MONUMENTA
ORDINIS
FRATRUM PRAEDICATORUM
HISTORICA

TOMUS III.

ACTA CAPITULORUM GENERALIUM (VOL. I.)

RECENSUIT

FR. BENEDICTUS MARIA REICHERT

EIUSDEM ORDINIS

ROMAE
IN DOMO GENERALITIA
10, via dicta « San Sebastiano », 10

STUTTGARDIAE
APUD JOS. ROTH, BIBLIOPOLAM
33, via dicta « Kanzleistrasse », 33

ROMAE
EX TYPOGRAPHIA POLYGLOTTA S. C. DE PROPAGANDA FIDE
1898

ACTA
CAPITULORUM GENERALIUM
ORDINIS PRAEDICATORUM

VOL. I.

AB ANNO 1220 USQUE AD ANNUM 1303

IUSSU

REVERENDISSIMI PATRIS

FR. ANDREAE FRÜHWIRTH

MAGISTRI GENERALIS

RECENSUIT

FR. BENEDICTUS MARIA REICHERT
EIUSDEM ORDINIS

ROMAE
IN DOMO GENERALITIA
10, via dicta « San Sebastiano », 10

STUTTGARDIAE
APUD JOS. ROTH, BIBLIOPOLAM
33, via dicta « Kanzleistrasse », 33

ROMAE
EX TYPOGRAPHIA POLYGLOTTA S. C. DE PROPAGANDA FIDE
1898

LECTORI

Iam anno Domini 1245., qui fuit vigesimus quintus post primum capitulum generale sub b. Dominico, ordinis praedicatorum institutore, celebratum, fratres diffinitores sub Ioanne Teutonico praeside Coloniae Agrippinae congregati actis laudati capituli inseruerunt legem: « quod in quolibet conventu sit unus quaternus, in quo scribantur singulis annis acta capituli generalis et provincialis . . . » (1). Quam legem deinde capitulum generale Treveris celebratum anno 1266. retractavit his verbis: « In quolibet conventu habeatur unus liber, in quo acta capitulorum generalium et provincialium integre conscribantur » (2). Nec desunt alia subsequentium capitulorum tam generalium quam provincialium acta, quae eandem rem serio mandaverint. Confer inter alia capitulum provinciale Provinciae apud DOUAIS (3), generalium vero admonitiones apud FONTANA — LO-CICERO (4).

---

(1) Pag. 32 l. 24 sqq.
(2) Pag. 135 l. 1 sqq.
(3) DOUAIS *Acta* pag. 15 n. 26.
(4) Pag. 19 sqq.

Neminem sane latere potest, acta capitulorum generalium esse fontem praecipuum legislationis familiae nostrae Dominicianae.

Nil igitur mirum, quod patres utriusque ultimi generalis capituli statuerunt, ut tota series nostrorum actorum publici iuris fieret. Lugduni enim anno 1891: « Committimus, inquiunt, Rmo. Ordinis Magistro, ut Capitulorum nostrorum Generalium collectionem, quantum fieri poterit integram et completam, cui non mediocrem iam a pluribus annis operam impendit hodiernus Rector totius Universitatis Catholicae Friburgi in Helvetia, A. R. P. Fr. Ioachim Berthier, Ordinis nostri, quanto citius absolvi publicique iuris fieri procuret ». Rursus Abulae anno 1895: « Item petitioni ultimi Capituli Generalis Lugdunensis inhaerentes committimus Rmo. P. Magistro Generali, ut typis edatur Collectio Actorum Capitulorum Generalium; quae omnia acta integro textu promantur ».

Sed A. R. P. fr. Ioachim Berthier multiplici studiorum genere perutiliter occupatus opus illud hucusque perficere non valuit; nec etiam A. R. P. fr. Vincentius Ligiez, ordinis nostri optime meritus archivista, propter ingravescentem aetatem et aerumnas plurimas novo huiusmodi labori humeros subiicere potest. Unde Rmus. P. Magister generalis, ea qua pater in filium pollet auctoritate, me operi tamdiu desiderato manum admovere, iterque Burdegalam instituere iussit ad codicem Burdegalensem cum ceteris conferendum.

Rationem porro et normam, quam in opere edendo sequerer idem Rmus. collatis consiliis cum AA. RR.

PP. MM. fr. Vinc. Ligiez, fr. Hen. Denifle et fr. I. Berthier hanc mihi praefixit, ut magistrorum generalium litterae encyclicae, datae in capitulis generalibus actisque annexae, separarentur et uno volumine colligerentur, non solum ea ratione motus, ne istis litteris continuatio textus actorum intercideretur, sed etiam ut studiosi nostri iuvenes istis litteris utpote plerumque de rebus spiritualibus et observantia disciplinaque regulari tractantibus commodius possent uti. Bullae autem aliaque diplomata summorum pontificum, ne actum ageretur, censebantur omnino praetermittenda, loco tantum, ubi iam typis mandata inveniri possint, indicato. Notae denique paucae ad textum intelligendum necessariae addendae quidem erant, aliae vero praeter varias diversorum codicum lectiones rarissime, ne actorum commentarius potius, quam textus edi videretur.

Textum editionis deprompsi e codice Burdegalensi, qui omnium videtur antiquissimus. Sed et primam actorum collectionem ope fr. Bernardi Guidonis factam continet et nonnullorum codicum, de quibus postea disseram, archetypus apparet.

De fratre Bernardo non est cur hic fusiore stylo tractem, cum hoc ad prolegomena pertineat. Interim adeas praeclarum opus D. D. Leopoldi Delisle de vita et scriptis Bernardi editum (1).

Cum codice autem Burdegalensi, quanta diligentia fieri potuit, contuli Tolosanum et Florentinum. Lectiones varias typis minoribus suis locis fideliter an-

(1) *Notice sur les manuscrits de Bernard Gui* par M. Léopold Delisle, Paris 1879.

notavi, ita ut e textu et lectionibus variis laudatorum trium codicum in notis adiectis textus uniuscuiusque codicis posset restitui. Alios vero codices mihi notos et editionem D. D. MARTÈNE (1) raro vel numquam contuli, cum alium textum quam codicis Burdegalensis-Tolosani non praebeant, eumque in pluribus truncum et mendosum, neque saepius nisi scribarum ineptiis dissentiant.

Celebratis singulis capitulis, curae fratribus congregatis erat, ut cuique provinciae acta capitulorum transmitterentur. Tradebantur autem acta scripta in schedis seu rotulis, quas schedas, ut iam dixi, ordinis magister et capitula generalia in libello quodam ad hoc destinato transcribi volebant. Nec mirum huiusmodi schedas e saeculo decimo tertio nullas me conscio superesse; collectis enim actis in codice schedae putabantur inutiles et, ut opinari licet, reiciebantur. Suspicari autem aliquis potest plura saltem exemplaria actorum in unum collectorum, eaque ab invicem independentia inveniri. Sed res aliter se habet. Nam ad finem usque saeculi XIII. tot admonitiones capitulorum de transcribendis colligendisque actis in librum quemdam vix usquam executioni mandatae esse videntur. Idque facile coniicitur ex hoc quod excepto codice Florentino, ceteri omnes sunt apographa collectionis Bernardianae.

Bernardus ipse pro sua collectione undequaque schedas colligere sategit rotulosque antiquiores conventus Figiacensis transcripsit (2). Unde et huic et

---

(1) *Thesaurus Novus Anecdotorum* tom. IV. Lutetiae Parisiorum 1717, pag. 1669-1964.

(2) Cf. infra p. 71 ad lin. 33.

Florentino codici prae ceteris fides mihi videbatur esse tribuenda.

Codex ipsius Bernardi hodie asservatur in bibliotheca publica Burdegalensi. Signum iam habet n°. 780; est membranaceus, folii magni, saeculi XIV. ineuntis.

Codex alius asservatur in bibliotheca urbis Tolosanae, signatus n°. 55 (489), item membranaceus, folii magni, saeculi XIV. ineuntis. Quos codices accuratius descripsit cl. LEOPOLDUS DELISLE (1).

Qui laudati codices, quamvis Bernardo auctore sint descripti cum eiusdem notis atque emendationibus in margine appositis, tamen non sunt paris valoris. Burdegalensis omnino praecedit Tolosanum; transcribendo enim codicem Burdegalensem totus in eo erat scriba, ut luculentius quam rectius opus suum conficeret, sane non pauca omittendo. Conferas lectiones varias.

Tertius codex, qui olim tabularii fratrum conventus s. Mariae Novellae Florentiae fuerat, hodie asservatur Romae in archivio generali ordinis. Membranaceus est, folii minoris, saeculi partim XIII., partim XIV.; constat foliis 352; signatus A1; continet acta capitulorum generalium ab a. 1236 ad a. 1344, et acta provincialium capitulorum provinciae Romanae ab a. 1243 ad a. 1344. Variorum capitulorum acta a diversis scribis in isto codice sunt confecta. Quem plurimi facio; cum enim ceteri codices ut Bononiensis, Cracoviensis, Francofurtensis, Ruthenensis sint apographa codicis Burdegalensis indirecte, directe vero plus minusve

---

(1) DELISLE l. c. pag. 347 n. 197; pag. 345 sqq. n. 196.

*

remote Tolosani, codex tertius, quem Florentinum nominare lubet, nulla in re dependet a codicibus familiae Bernardianae, unde ad stabiliendum verum et genuinum actorum textum quam plurimum confert. Quo in codice inter alia omnino singularia suis locis annotanda confirmationes et approbationes nonnisi prioribus verbis indicantur; suffragia tum pro vivis tum pro mortuis praescripta, necnon « paenitentiae » inflictae plerumque omittuntur; etc.

Descriptis codicibus infra publici iuris faciendis placet ceteros eandem partem actorum amplectentes breviter enumerare (1): Membranacei sunt omnes eodemque saeculo scil. XIV. scripti.

1. Barcinonensis, qui asservatur in bibliotheca universitatis Barcinonensis, signatus I. III. 16. continens acta generalium et provincialium capitulorum ad annum 1348.

2. Bononiensis, qui asservatur in bibliotheca universitatis Bononiensis, signatus n°. 1535, continens acta capitulorum generalium ad annum 1365.

3. Cracoviensis, qui asservatur Romae in tabulario generali ordinis, signatus A2, continens acta capitulorum generalium ad annum 1308.


4. Francofurtensis, qui asservatur in bibliotheca urbis Francofurtanae, signatus n°. 1514, continens acta capitulorum generalium ad annum 1340.

5. Ruthenensis, qui asservatur Romae in tabulario generali ordinis, signatus A3, continens acta capitulorum generalium ad annum 1314.

---

(1) Denifle *Archiv* II, pag. 168 sqq.

Quorum codicum inter se et cum rotulis connexio isto schemate explicatur:



Mea quidem in actis capitulorum edendis haec fuit ratio, ut textum codicis Burdegalensis fidelissime ad literam redderem, nisi alterius codicis lectio certo melior videbatur; tunc enim lectionem codicis Burdegalensis in notis inter lectiones varias ponendam iudicavi.

Una vero cum textu et interpunctionem laudati codicis Burdegalensis exhibui. Vix enim dubitare licet, quin Bernardus Guidonis summa cum diligentia textum sui codicis interpunxerit, ut nimirum sententiarum inter se coniunctio legentibus clarius pateret. Animadvertendum enim est iam tunc temporis praeceptum fuisse, ut quater in anno acta capitulorum generalium fratribus in capitulo sive in mensa adunatis legerentur. Interpunctio vero ipsa partim est grammaticalis partim musica. Qua interpunctione, ut ita dicam, mixta, nostri tunc temporis utebantur, transcribendo libros, qui aliquando quasi cantando legerentur fratribus in refectorió adunatis. Signum «⹎» ergo modulationem quandam vocis indicat. Qua de re in prolegomenis sermo redibit.

Orthographiam pariter, qualem in diversis codicibus inveni, fideliter exhibui, adhibendo nihilominus literas maiores pro nominibus propriis ac ponendo literam **v** pro **u** consonante; mutationes alias nisi forte mendum aliquod fuit manifestissimum, expresse suo loco annotavi.

Ne suspiceris proinde errorem typographi vel editoris, dum legis v. gr. modo *martiris,* modo *martyris,* nunc *penthecostes,* nunc *pentecostes, ydoneus* pro *idoneus,* et plura alia.

Si quaeras, cur actis capituli generalis anni 1303. Bisuntii celebrati primum actorum volumen absolverim, ratio est, quia illo anno provinciarum Provinciae, Teutoniae, Poloniae divisio perficitur, postquam provincia Regni Siciliae a Romana, et Arragoniae ab Hispana iam antea est seiuncta. Quae provinciarum divisio, cum totum organismum ordinis administrandi permutaverit, hoc anno ἐποχή quaedam, quam vocant, statuenda videbatur.

Restat, ut gratias referam iis omnibus qui me in opere edendo quomodolibet adiuverunt. Quos inter primo loco nominatos velim viros clarissimos D. D. Céleste, bibliothecae publicae Burdegalensis moderatorem, et D. D. Massip, directorem bibliothecae urbis Tolosanae. Prioribus quoque ceterisque fratribus conventuum nostrorum Burdegalensis et Tolosani, qui diu hospitantem me apud ipsos tam suaviter tractabant, pro fraternis, quibus me prosecuti sunt, officiis gratias referre dignas vellem quidem, at non valeo. Item Reverendo Adm. P. M. fr. Vincentio Ligiez, qui apographon codicis Florentini, ab ipso paratum meo usui

reliquit; sodalibus dilectis RR. PP. fr. Mauro M. Kaiser et fr. Thomae Wehofer, qui et ipsi strenuos se mihi praebuerunt adiutores; R. P. fr. Ceslao Paban Tolosano, qui mecum singulari patientia codicem Burdegalensem cum codice Tolosano contulit; A. R. P. fr. I. Berthier, qui fructus laborum suorum liberalissime mihi concessit: equidem et his omnibus gratias habeo et habebo quam maximas.

Dabam Romae, die festo s. Agnetis de Monte Politiano 1898.

Fr. Benedictus Maria Reichert
Ord. Praed.

TITULUS COMPLETUS

LIBRORUM PLURIES CITATORUM

Analecta Sacri Ordinis Fratrum Praedicatorum seu Vetera Ordinis Monumenta Recentioraque Acta, Reverendissimi Patris Fr. Andreae Frühwirth, eiusdem Ordinis Magistri Generalis, iussu edita. Romae, 1893–1898.

Balme-Lelaidier, Cartulaire ou Histoire Diplomatique de Saint Dominique. Paris, I. 1893, II. 1897.

Berthier, B. Iordanis de Saxonia, alterius Praedicatorum Magistri, Opera ad res ordinis Praedicatorum spectantia, quae exstant, collecta ac denuo edita. Friburgi Helvetiorum, 1891.

Bullarium Ord. FF. Praedicatorum opera Fr. Thomae Ripoll editum. I. II. Romae, 1730.

Denifle-Chatelain, Chartularium Universitatis Parisiensis. I. Paris, 1889.

Denifle-Ehrle Archiv für Litteratur und Kirchengeschichte des Mittelalters. Berlin, 1885 sqq.

Douais, Acta capitulorum provincialium Ordinis Fratrum Praedicatorum. Première Province de Provence, Province Romaine, Province d'Espagne. Toulouse, 1894.

Eubel, Hierarchia Catholica Medii Aevi sive Summorum Pontificum, S. R. E. Cardinalium, Ecclesiarum Antistitum Series ab anno 1198 usque ad annum 1431 perducta. Monasterii, 1898.

Finke, Ungedruckte Dominikanerbriefe des 13. Jahrhunderts. Paderborn, 1891.

Fontana — Lo-Cicero, Constitutiones, Declarationes et Ordinationes Capitulorum Generalium S. O. P. ab anno 1220 usque ad 1650 emanatae et ab Adm. Rev. P. M. Fr. Vincentio Fontana exscriptae, digestae atque anno 1655 evulgatae et usque ad annum 1862 continuatae. Opus ab Adm. R. P. M. Cajetano Lo-Cicero editum. I. Romae, 1862.

Humbertus de Romanis, Opera de vita regulari edita curante Fr. Ioachim Ioseph Berthier. Romae, I. 1888, II. 1889.

Potthast, Regesta Pontificum Romanorum Vol. II. Berolini, 1875.

Scriptores Ordinis Fratrum Praedicatorum recensiti a PP. Iac. Quetif et Iac. Echard. I. Lutetiae Parisiorum, 1719.

Siglis usus sum his:

A1 = Codex Burdegalensis.
A2 = Codex Tolosanus.
AASS = Acta Sanctorum edd. Bollandistae.
B = Codex Florentinus.
Bull. O. P. = Bullarium Ord. Praedicatorum.
HJB = Historisches Jahrbuch.
MOPH = Monumenta Ord. FF. Praedicatorum Historica.
SSOP = Scriptores Ord. Praedicatorum.
Uncinis ( ) inclusi, quae delenda, uncinis [ ], quae addenda esse puto.

ACTA CAPITULORUM GENERALIUM ORDINIS PRAEDICATORUM

VOL. I.

ACTA CAPITULORUM GENERALIUM

ORDINIS PRAEDICATORUM

Ab anno domini · m°· cc°· xx°· usque ad annum eiusdem domini benedicti · m°· cc°· xl°· de actis capitulorum generalium pauca que potui reperire inferius annotavi.

Ab anno vero domini · m°· cc°· xl°· usque ad annum domini · m°· ccc°· v°· quo hec scripsi. habentur inferius complecius recollecta. quibusdam tamen exceptis. pro quibus suo tempore si occurrerit recolligendis et complendis. spacia vacua locis suis inferius dimittantur.

Anno domini · m°· cc°· xx°· primum capitulum generale huius ordinis per beatum Dominicum institutorem ipsius ordinis fuit Bononie celebratum (1).

Cui capitulo interfuit digne deo memorie frater Iordanis. postmodum successor sancti Dominici missus de Parisius cum tribus aliis fratribus. Quia magister Dominicus mandaverat per suas litteras quatuor fratres de domo Parisiensi. ad Bononiense capitulum sibi mitti. sicut scribit ipse frater Iordanis in libello suo de principio ordinis (2).

In illo capitulo de communi fratrum consensu. statutum est. generale capitulum uno anno Bononie. altero vero Parisius celebrari. Ita tamen. ut proxime futuro anno apud Bononiam ageretur. et hoc propter sollempnitatem magnam tunc numerosi conventus.

Tunc eciam ordinatum est. ne possessiones vel redditus de cetero tenerent fratres nostri. sed et hiis renunciarent quos habuerant in par-

---

1) Ab anno - dimittantur *a Bernardo ipso in marg.; A2 in textu. Cf. praef.* — 5) 1313 A2. — inferius *om.* A2. — 6) si occurrerit *om.* A2. — 8) anno — celebratum] 1220 celebratum fuit Bononie primum cap. generale ordinis fratrum predicatorum a primo magistro b. Dom. ipsius ordinis fundatore A2. — huius *om.* A2. — 11) digne deo memorie *om.* A1. — 14) sicut - ordinis *om.* A1. — 18) proxime] proximo A2. — 19) magnam] magis A2. — 21) tenerent] teneant A2.

---

(1) Cf. de primo capitulo generali *Chronica Ordinis* Fr. Gerardi de Fracheto MOPH 1 p. 321 sqq. et *Chronica Ordinis* Fr. Galuagni de la Flamma MOPH 2 p. 23 sqq. Fusius de hoc capitulo disseremus in prolegomenis.

(2) Ed. Berthier in *B. Iordanis de Saxonia Opera ad res ordinis spectantia.* Friburgi Helvetiorum 1891 p. 1-41.

tibus Tholosanis. Unde per constitucionem perpetuam abdicatis omnibus temporalibus resignando tam presentibus redditibus quam futuris ? ordo fratrum predicatorum paupertatem voluntariam est professus (1).

Alia quoque ibidem plura constituta sunt. que usque hodie observantur.

Anno domini ·m°· cc°· xxi°· secundum generale capitulum est Bononie per beatum Dominicum celebratum. In quo fundatis per orbem ·lx· circiter conventibus. dicti conventus per ·viii· provincias sunt distincti. scilicet Hyspaniam. Provinciam. Franciam. Lombardiam. Romanam provinciam. [Ungariam. Theutoniam]. Angliam. In quo quidem capitulo generali frater Iordanis predictus factus fuit prior provincialis Lombardie. sicut ipsemet in suo libello seu tractatu de principiis ordinis scribit. qui tamen presens non erat (2).

In ipso quoque capitulo conventus fratrum in Angliam cum fratre Giliberto priore scilicet provinciali. transmissus est.

Eodem anno. post capitulum generale. nonis augusti beatus Dominicus apud Bononiam. secundum quod ipse predixerat. diem clausit extremum plenus miraculis plus quam annis (3).

Anno domini ·m°· cc°· xxii°· celebratum fuit tercium capitulum generale Parisius. In quo capitulo electus fuit in magistrum ordinis frater Iordanis Theutonicus verus Israelita. qui tunc erat prior provincie Lombardie.

Anno domini ·m°· cc°· xxiii°· celebratum fuit ab prefato fratre Iordane Bononie quartum capitulum generale.

Anno domini ·m°· cc°· xxiiii°· celebratum fuit ab eodem patre ? ·v^{m}· capitulum generale Parisius.

Anno domini ·m°· cc°· xxv°· celebratum fuit ab eodem patre et magistro Bononie ·vi^{m}· capitulum generale.

Anno domini ·m°· cc°· xxvi°· celebratum fuit ab eodem magistro Parisius .vii^{m}. capitulum generale.

Anno domini ·m°· cc°· xxvii°· celebratum fuit ab eodem magistro Bononie .viii^{m}. capitulum generale.

---

6) est] fuit A2. — 7) fundatis iam A2. — 10) Teutoniam *corr. super* provinciam A2. — 11) memoratus frater A2. — 12) libello prefato scribit... erat in capitulo A2. — 15) scil. provinciali *om.* A2. — 18) plenus - annis *om.* A1. — 21) memoratus verus Israelita dei A2. — provincie] provincialis A2. — 24) De isto capitulo generali (et provinciali) nihil amplius adhuc potui invenire nec de sequentibus nisi quorum posui inferius *add. in marg.* A1. — 25) patre] magistro A2.

---

(1) De possessionibus tunc temporis habitis cf. *Iordanis* l. c. 550 p. 13 sqq.; SSOP I. 10. Balme *Cartulaire de S. Dominique,* I, II Paris 1895, 1897 passim.

(2) L. c. p. 27. De b. Iordane cf. MOPH 1 p. 99 sqq., 326 sqq.

(3) De morte s. Dominici eiusque sepultura cf. MOPH 2 p. 37 sqq.

Anno domini ·m°· cc°· xxviii°· celebratum fuit a prefato magistro Iordane? primum capitulum generalissimum Parisius. In quo capitulo? ·viii· prefatis provinciis per beatum Dominicum institutis? ·iiii^{or}· fuerunt superaddite scilicet Polonia. Dacia. Grecia. et Terra sancta (1). Et quedam alia que in constitucionibus continentur? fuerunt ibi instituta et ordinata (2).

Anno domini ·m°· cc°· xxix°· celebratum fuit ab eodem magistro? ·ix^{m}· capitulum generale Bononie.

Anno domini ·m°· cc°· xxx°· celebratum fuit ab eodem magistro? ·x^{m}· capitulum generale Parisius.

Anno domini ·m°· cc°· xxxi°· celebratum fuit sub eodem magistro? ·xi^{m}· capitulum generale Bononie.

Admonemus quod fratres non exeant ad mortuos efferendos? extra cepta domus. nisi pro rege. vel episcopo vel domino terre. vel patrono. vel patrona.

Anno domini ·m°· cc°· xxxii°· celebratum fuit Parisius sub eodem magistro? ·xii^{m}· capitulum generale.

Anno domini ·m°· cc°· xxxiii°· fuit Bononie celebratum ab eodem Iordane magistro ·xiii^{m}· capitulum generale.

In quo capitulo translatum est corpus beati Dominici prima vice a venerabilibus viris archiepiscopo Ravennate et ·iiii^{or}· episcopis et magistro Iordane. et plus quam trecentis fratribus aliis. qui ad capitulum venerant generale. et potestate Bononiensi cum nobilibus viris suis. videbatur enim et hoc beati viri sarcofagum aclamare. Nam cleri et populi ad ipsam devocione crescente monumentum elevabatur a terra quasi virtute interiori exterius pelleretur. In prima autem apercione sepulcri tanta odoris suavitate repleti sunt omnes ac si celestium cella aromatum patuisset. et multi compuncti et plures a diversis infirmitatibus sunt sanati (3).

Iste sunt admoniciones. Admonemus quod priores provinciales moderamen habeant in recipiendis fratribus laicis? ne conventus graventur.

---

2) ordinis Parisius A2. — de isto capitulo [generalissimo *add.* A2] fit mencio in constitucionibus nostris in capitulo de capitulo generalissimo [nostris-generalissimo *om.* A2] *add. in* marg. A1, 2. — 5) instituta] constituta A2. — 16) sub] ab A2. — 17) magistro Iordane A2. — 19) Iordane *om.* A2.

---

(1) Provincia « Terra sancta » apud nostros et « Ierosolimitana » et « Syria » et « ultramarina provincia » audit.

(2) Hoc anno promulgatae sunt primae constitutiones ordinis, ed. Denifle in *Archiv für Litteratur und Kirchengeschichte des Mittelalters* I. 165 sqq.

(3) De prima translatione corporis s. Dominici cf. Iordanis l. c. pag. 43 sqq.; MOPH 2 p. 88 ad annum 1233.

Item. Illi qui ab heresi convertuntur. cum magna difficultate ad ordinem recipiantur.

Item. Volumus et mandamus ut prior provincialis et diffinitores non addant nec minuant hiis que a fratribus communiter tenentur.

Item. Volumus et mandamusˀ ut libri fratrum decedencium. et maxime biblie. extra nec intra ordinem vendantur. sed pocius fratribus proficientibus concedantur (1).

Item. Ne garciones per viam ducantur. et si aliqui duxerint puniantur. et ipsi garciones non recipiantur in hospiciis fratrum.

Item. Quod non detur de facili licencia fratribus eundi de domo ad domum.

Item. Volumus ut novicii qui tantam pecuniam habentˀ ut solutis vestibus. possint de illa emere bibliam et breviariumˀ quod ex ea de residuo emant.

Item. Ego frater Iordanisˀ magister ordinis fratrum predicatorum precipio districte in virtute obediencie. quod nullus frater nostri ordinis de cetero consensum prebeat electioni vel postulacioni de se facte in dignitatem episcopalemˀ nisi de speciali licencia domini pape vel generalis capituli vel nostri. quod si aliquis contra feceritˀ ipso facto sit excommunicatus (2).

Anno domini · m°· cc°· xxxiiii°· celebratum fuit Parisius ab eodem magistro Iordane · xiiii^{m}· capitulum generale.

Admonemus ne fratres predicent. quod carnes comedere monachis sit mortale.

Item. Ne fratres commissiones causarum arbitria. sive iudicia nec eciam pignora sive obsides recipiant. sed neque per iurisdictionem episcopalem aliquos coherceant. nec eligant potestatem. nec ducant. sive reducant. et qui contra fecerintˀ graviter puniantur.

Item. Ne ex quacumque auctoritate fratres precipiant episcopis.

Item. Ne impediant questuarios sancti Antonii. sive alios. repellendo testimoniales litteras habentes. et modum generalis consilii observantes (3).

4) diminuant A2. — 12) quod novicii A2. — 29) ne] nec A2. — 30) ne] nec A2.

(1) « Proficientibus » idem sonare arbitror ac « studentibus ». Vulgata enim diu fuit formula: « Frater N. mittitur ad studium, N. ad proficiendum ».

(2) Cf. MOPH I p. 141 sqq. §§ X, XI; p. 209 sqq. cap. XXI.

(3) Quaestuarii s. Antonii fuerunt laici quidam regulam s. Augustini professi, qui aegrotis in nosocomiis inserviebant. His Bonifatius VIII. abbatem praefecit; ex quo inter regulares familias adnumerari coeperunt. Cf. BONANNI *Ordinum religiosorum catalogus* Romae (3) 1722 P. I. §§ I, II. Concilium laudatum est Lateranense IV (a. 1215), cuius acta (cap. 62) hunc modum praecipiunt; « Eleemosynarum quoque quaestores..... admitti, nisi Apostolicas vel diocesani Episcopi literas veras exhibeant prohibemus ».

Item. Non mittantur littere per seculares. continentes cuiusquam aliquid inhonestum. sed nec fratres nostri portent litteras alicuius qui non sit de ordine. nisi prius eas inspexerint.

Item. Caveatur attencius. ne fiat discursus fratrum ad priores provinciales.

Item. Nullus frater predicet. aut confessiones audiat sine speciali licencia prioris sui. nisi predicator fuerit generalis.

Item. Nullus prior in hoc deferat alicui. quin litteras mittendas et recipiendas legat. nisi suppriori suo. aut suus supprior ei.

Item. Nullus frater per quamcumque potestatem sibi traditam. faciat indulgenciam. nisi secundum moderamen sui prioris provincialis.

Item. Ne biblia fratri a fratre vendatur carius. quam emerit. et idem de aliis scriptis servetur.

Item. Volumus quod frater cuiuscumque provincie sit; in provincia in qua deliquerit puniatur. si ibi repertus fuerit.

Item. Ad dilectionem internam fratrum minorum melius conservandam. volumus ut infra terminos cuiuscumque ministri provincialis eligatur unus de fratribus minoribus a fratribus nostris. et unus de nostris ab eis; si eis placuerit. Et isti duo vice ministri provincialis eorum. et prioris provincialis nostri excessus ubicumque factos corrigant et emendent.

Anno domini ·m^{o}· cc^{o}· xxxv^{o}· celebratum fuit Bononie ab eodem magistro ·xv^{m}· capitulum generale.

Admonemus quod fratres diligenter instruantur in officio audiendarum confessionum; antequam fiant auditores earum.

Item. Fratres non dicant preciosa in via. nec in domo post completorium. nisi necessitate urgente.

Item. Visitatores qui non possunt mittere litteras visitacionis sue in anno illo ad capitulum; mittant in secundo.

Item. Fratres nullo modo ostendant acta capituli illis qui non sunt de ordine nostro.

Item. Inhibemus ne directe. vel indirecte per personas que non sunt de ordine nostro fratres procurent. quod ordinacio facta vel facienda de fratribus mutetur vel impediatur.

Anno domini ·m^{o}· cc^{o}· xxxvi^{o}· fuit Parisius secundum capitulum generalissimum celebratum. ab eodem magistro Iordane.

Eodemque anno post ipsum capitulum. idibus februarii. idem pater transiens ad visitandum terram sanctam. et loca sancta; transivit ex hoc mundo ad patrem deum (1).

22) magistro Iordane A2. — 35) magistro fratre A2.

(1) De morte b. Iordanis cf. MOPH I p. 129 sq.; p. 329 sqq.

HEE SUNT CONSTITUCIONES CAPITULI GENERALISSIMI PARISIUS CELEBRATI ANNO DOMINI ·M°·CC°·XXXVI°·

Magister aut priores provinciales non mutent acta capituli generalis vel provincialis nisi forte in speciali causa necessaria et utili.

Item. Nulla domus de cetero detur nisi a priore provinciali et diffinitoribus provincialis capituli fuerit postulata. nec concessa ponatur nisi ubi predicti decreverint expedire.

Item. Priores provinciales commissas sibi provincias curent visitare. cum tamen commode non valuerint. poterunt committere vices suas.

Item. Priores provinciales conversos non recipiant nisi conventuum ubi fuerint induendi. nec fratres conversi vadant extra domum soli. nisi cum clerico vel converso.

Item. Nullus fratrum nostrorum legat in prophetis et in psalmisˀ alium sensum litteralem nisi quem sancti approbant et confirmant.

Item. Ubi dicitur. fratres non utantur lineis ad carnemˀ addatur. nec eciam infirmi. lintheamina omnino removeantur de infirmitoriis nostris.

Item. In domibus nostris non sint nisi duo loca in quibus infirmi vel debiles comedant. unus carnium et alius ciborum aliorum. nisi fuerit evidens necessitas aut urgens infirmitas. Similiter nec alii fratres comedant. nisi in communi refectorio vel domo hospitum.

Item. Nullus excepto magistro ordinis qui in communi tollerari possit. habeat specialem locum ad iacendum. nisi propter rerum custodiam. lectoribus tamen secundum discrecionem priorum provideatur.

Item. Fratres nostri infirmi in locis ubi conventum non habemusˀ carnes extra domos non comedant.

Item. Ubi dicitur in constitucionibus. itinerantes tamen bis possunt refici. addatur. nisi in adventu domini et ·xl^a^·

Item. In constitucionibus ubi dicitur. super saccos et stramina iacere licebitˀ addatur. extra domum autem sicut eis stratum fueritˀ iacere poterunt. ne hospites molestentur. qui autem culcitram pecieritˀ ieiunet ·i· diem in pane et aqua.

Item. Ubi agitur de silencio et dicitur. prior ad mensam loqui poterit. illud removeatur. et dicatur sic. in mensa autem ubique omnes fratres intus scilicet et extra silencium teneant. tam priores quam alii. excepto uno qui maior fuerit inter ipsos. vel alio cui pro se loqui commiserit. et tunc ipse taceat. Si quis vero illud silencium fregerit ex proposito. vel loquendi licenciam dederit. in uno prandio tantumˀ aquam bibat

6) ubi *om.* A2. — 10) vadant] cant A2. — 12) in (*ante* psalmis) *om.* A2. — 32) loqui] locum A2.

absque dispensacione et similiter unam disciplinam coram omnibus recipiat in capitulo. de hiis autem excipiuntur infirmi decumbentes.

Item. Omnes fratres nostri singulis annis semel omnia sibi commissa prioribus suis exponant pariter et exhibeant eorum disposicioni; omnia relinquendo.

Item. Quilibet prior cum conventu scribat singulis annis priori suo provinciali et diffinitoribus capituli provincialis debita domus. ponentes nichilominus causas debitorum.

Item. Confirmamus hanc constitucionem. ut nulla domus nostri ordinis transferatur de provincia ad provinciam; nisi per tria capitula fuerit approbatum.

Item. In constitucionibus ubi dicitur. quod si in anno electionis magistri fratres sunt diffinitores. quod priores provinciales admittantur ad diffinicionem. addatur. quod si priores illo anno habeant diffinire; unus de qualibet provincia de fratribus electoribus qui in suo provinciali capitulo ad hoc fuerit electus ad diffiniendum cum eis pariter (ad) admittatur.

Item. Conventus qui mittit accusaciones ad capitulum generale vel provinciale. scribat de quolibet articulo numerum et nomina accusancium. et si accusat de visu vel auditu. et nullus accuset de auditu nisi dicat a quo audierit.

Item. Ubi dicitur quod accusacioni et correctioni professi post annum sue professionis poterunt interesse. radatur post annum. et ponatur. post triennium ab ingressu ordinis.

Item. Ubi dicitur. in constitucionibus non deponatur magister nisi pro heresi radatur. pro heresi. et ponatur. pro crimine.

Item. Confirmamus hanc constitucionem. quod electio prioris provincialis spectet tantum ad priores conventuales cum duobus fratribus de quolibet conventu ad hoc electis. omnibus fratribus ad illum pertinentibus si commode fieri potest convocatis.

Item. Fratres post annum sue professionis tantum; admittantur ad electionem prioris conventualis.

Item. Illam. nulla peticio offeratur provinciali capitulo nisi a conventu. nec generali nisi a provinciali.

Item. Generalissimum capitulum non convocetur. nisi quando maior pars provinciarum pecierit. vel magistro visum fuerit expedire; Provincie que petunt scribant causas quare petunt. de hiis tamen capitulum generale non habebit iudicare. utrum sufficiant vel non. sed scribantur; ut ante capitulum fratres de hiis possint habere collacionem.

32] conventualis] provincialis A2.

provinciales autem cum duobus fratribus a capitulo provinciali electis? tale capitulum celebrandi habeant potestatem. et duobus annis ante pronuncietur. nisi fuerit urgens necessitas.

Item. Confirmamus hanc constitucionem. quod in constitucionibus ubi dicitur? ea propter unitati et paci etc. volumus et declaramus ut constituciones nostre non obligent nos ad culpam. set ad penam. nisi propter contemptum vel preceptum (1).

Item. In constitucionibus ubi dicitur. in electione magistri secundum formam inferius positam. radatur inferius positam. et ponatur. canonicam. Cum vero per disquisicionem. vel scrutinium voluntatum procedet electio? tres de prioribus provincialibus. qui inter alios provinciales nostre religionis habitum primitus susceperunt. vota singulorum seorsum et ad partem in conspectu omnium audiant et disquirant. et ille in quem maior pars medietate eligencium concordaverit? verus magister ordinis habeatur. si vero in partes inequales se diviserint? ille in quem plures medietate omnium qui debent eligere consenserint? ex vi talis electionis. et huius constitucionis sit magister. cetera radantur usque. quod si aliquem. etc.

Priore conventuali mortuo vel amoto. conventus eligat sibi priorem infra mensem. postquam ei innotuerit. alioquin prior provincialis eidem conventui provideat de priore.

Item. Priore provinciali mortuo vel amoto. prior qui locum eius obtinet. teneatur convocare quam cicius poterit commode electores. et statim prior provincialis eligatur. et capitulum provinciale celebretur. nisi iam fuerit celebratum. si statim non elegerint qui debent eligere? potestas eligendi vel providendi ad magistrum ordinis transferatur.

Item. Vestes noviciorum quando professionem faciunt. benedicantur. ad minus scapulare.

Item. Priores nostri sive provinciales sive conventuales pecuniam penes se non servent. sed apud fratres deponant. nec sine testimonio et consilio fratrum? expendant.

Item. Approbamus ordinacionem studii factam in penultimo capitulo Parisius celebrato. excepto quod fratres bibliam perlegere non teneantur.

Item. Quando dicitur. Laudate dominum omnes gentes? fratres non sedeant. et eo finito sedeat chorus ille qui prius sedere debuerat.

---

4) concordaverit] convocaverit A1, 2. — 17) usque ibi A2.

---

(1) Cf. HUMBERTI DE ROMANIS *Opera de vita regulari* ed. BERTHIER. Romae 1888 vol. II p. 46.

Admonemus ne extranei recipiantur ad comedendum in infirmaria fratrum.

Item. Certa prebenda nulli exteriori detur in domibus nostris.

Item. Humilitas habitus observetur.

Item. Admonemus priores quod confessores maturos ponant discretos et securos. et quando vadunt foras: invicem se diligenter custodiant. et confessores instruantur de confessionibus audiendis.

Item. Admonemus priores ut servent diligenter constitucionem de predicatoribus mittendis. examinandis et instruendis.

Item. Nullus audeat narrare quod audierit ab alio. nisi eum qui narraverit velit publicare. et si publice infamat: publice satisfaciat. nec confessor eum aliter absolvat.

Volumus et mandamus ut secundum correctionem quam faciunt fratres quibus hic iniungitur in provincia [Francie]. biblie alie ordinis corrigantur et punctentur (1).

Item. Memoriale de pace fratrum nostrorum et minorum. monemus et rogamus et consulimus quod priores nostri et fratres nostri diligentissime attendant quod fratres minores corde. ore. opere. ubique diligant et honorent in omnibus in quantum in eis est pacem habentes. Si quis vero contra hoc facere attemptaverit: gravissime puniatur.

Item. In hoc provideant quod neque inter se. neque coram aliis quantumcumque familiaribus obloquantur de eis. Et si eis mala de predictis fratribus aliqui sub pretextu familiaritatis et amicicie retulerint: non sint faciles ad credendum. set excusent eos. et si forsan fratres nostros dicti fratres provocaverint. in iniuriis et contumeliis. in publico nullo modo contendant fratres nostri.

Item. Fratres nostri non faciant negociaciones librorum.

Item. Monemus ne littere testimoniales dentur secularibus indifferenter.

Item. Monemus fratres de iurisdictione episcoporum sicut in alio capitulo dictum est.

Item. Fratres studentes certis conventibus deputati. si auferantur. refundatur eis pecunia posita in scripto.

Item. Monemus quod de cetero melius teneatur silencium. et amoveatur pluralitas infinitivorum a collacionibus fratrum.

Item. Monemus quod in omnibus provinciis et conventibus fratres linguas addiscant illorum. quibus sunt propinqui.

---

9) mittendis et B. — instruendis] instituendis A2. — 11) narraverit] narravit eciam B.— 18) ore et A2. — 20) contra hoc] contra facere presumpserit B. — 22) obloquantur] collocantur A2.— 25) in (*ante* iniuriis) *om.* A2. — 33) monemus quod *om.* B.— amoveatur] removeatur B. — 35) fratres *om.* A1, 2.

---

(1) De correctione bibliae cf. SSOP I, 197 sqq. Denifle l.c. IV 263 sqq. 471 sqq.

Item. Scapulare noviciorum. benedicatur hoc modo. Oremus. domine Ihesu Christe qui tegimen nostre mortalitatis induere dignatus es: obsecramus inmense largitatis tue habundanciam. ut hoc genus vestimenti. quod sancti patris ad innocencie et humilitatis indicium abrenunciantes seculo. ferre sanxerunt. ita benedicere digneris. ut hii famuli tui. qui hoc usi fuerint. te induere mereantur: Christum dominum nostrum. amen. Postea aspergatur aqua benedicta.

Anno domini · m°· cc°· xxxvii°· non fuit generale capitulum celebratum. propter mortem fratris Iordanis prefati magistri qui obiit precedenti mense februarii. anno domini · m°· cc°· xxxvi°· ut dictum est supra.

Anno domini · m°· cc°· xxxviii°· celebratum est Bononie capitulum generale in quo fuit electus in magistrum ordinis. die translacionis beati Dominici fere ab omnibus electoribus frater Raymundus de Penaforti Cathalanus nacione Barchinonensis. qui fuerat doctor in decretis Bononie. domini pape capellanus et penitenciarius. Qui mandante domino papa Gregorio · ix°· compilaverat decretales. Summam eciam de casibus seu de penitencia perutilem fecit (1).

Et hec sunt acta capituli.

Inchoamus hanc constitucionem ut de tercio in tercium annum mittantur de provincia in provinciam visitatores.

Item. Damus licenciam ut fratres. si incederint in minorem excommunicacionem. absolvant se invicem.

Item. Volumus ut carceres fiant pro apostatis et fratribus inquietis cohercendis.

Item. Damus licenciam captivandi apostatas et corrigendi inordinate ambulantes.

Item. Concedimus ut priores provinciales eligant sibi confessores etc.

Anno domini · m°· cc°· xxxix°· celebratum fuit Parisius a magistro Raymundo de penna forti: ·xvii^m· capitulum generale.

1) Item. scapulare — benedicta *om.* B. — 7) cum aqua A2. — 8) Anno — supra] supersedit ordo a capitulo generali propter mortem magistri Iordanis. propter quod acta non reperiuntur B. — 9) mortem prefati magistri A2; obierat A2; — 10) domini pretaxato A2. ut — supra *om.* A2. — Anno domini · m°· cc°· xxxvi°· ydus februarii, dulcis memorie pater, frater Iordanis magister ordinis transivit ex hoc mundo ad patrem in litore insule que dicitur Sathalie. *add. in marg.* A1. 2.

Anno domini · m°· cc°· xxxviii°· fuit generale capitulum Bononie celebratum. In quo est electus in magistrum ordinis vir deo plenus. Frater Raymundus de penna forti. nacione Cathalanus existens tunc temporis in conventu barchinonensi. Iverunt autem inde ad eum Barchinonam pro magisterio suscipiendo Frater Ugo prior provincialis Francie. Frater Poncius prior provincialis Provincie, et multi alii boni fratres *add. in marg.* A1, 2. — 11) Anno domini — in provinciam visitatores *om.* B. — 12) die — electoribus om. A1; — 16) eciam] quoque A2. — 18) acta eiusdem A2. — 23) item *om.* B. — 28) In isto capitulo in magistrum fuit electus fr. Raymundus de penna forti. B; *cetera vero usque* admoniciones (l. 24) *om.* B. — Anno domini 1239 Parisius generale. Acta... A2.

(1) De s. Raymundo de Peñaforti cf. MOPH 1 p. 330 sqq.

HEC SUNT ACTA CAPITULI GENERALIS PARISIUS CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· XXXIX°·

Approbamus hanc constitucionem. De tercio in tercium annum mittantur visitatores per provincias a capitulo generali. qui habeant potestatem corrigendi excessus priorum conventualium et aliorum fratrum. et hec habet · ii · capitula.

Inchoamus has constituciones. Statuimus ut · iiii^or^· provincie. Polonia Dacia. Syria? Grecia aliis provinciis per omnia adequentur tam in duobus electoribus magistri quam in potestate quam habent priores provinciales magistro ordinis mortuo vel amoto.

Item. Statuimus quod lectores quamdiu possunt officium exercere. in priores conventuales nullatenus eligantur. sed nec in diffinitores nisi forte capitulum fuerit in eadem provincia celebrandum. nec passim in confessionibus occupentur.

Item. Statuimus ut ornamenta aurea et argentea preter calices fratres nostri non habeant. nec pannos sericos. nec lapides preciosos. nec campanas ad horas nisi unam.

Item. Statuimus ne de cetero in nostris conventibus habeantur ymagines nisi picte nec fenestre vitree nisi albe cum cruce nec littere auree in libris nostris.

Item. Statuimus ut hec correctio et ordinacio et addicio ab omnibus uniformiter et universaliter observetur.

Admoniciones. Admonemus ut fratres nostri non eligant vel postulent sibi priores. nisi ille qui preest primitus sit amotus. nec eciam sub condicione si eum contigerit amoveri.

Item. Admonemus. ut fratres nostri si vacaverit. semel in septimana celebrent in honorem beati Dominici missam conventualem. et quod in festis · ix· lectionum dicatur ad vesperas ad memoriam antiphona. Transit pauper. ad laudes antiphona. Carnis vigor. ad secundas vesperas. O decus Hyspanie. In diebus vero ferialibus ad vesperas. Senescenti Iacob. in matutinis. Imitator.

Item. Ut festum beati Vincencii fiat de cetero semiduplex.

Item. Ut fratres nostri diligenter admoneant populum. ut ecclesias et prelatos eorum honorent. et eis fideliter reddant iura sua. et quod temporibus suis ecclesias suas parrochiales frequentent.

Item. Admonemus. ne fratres nostri vadant ad domos secularium. vel clericorum pro funeribus. nec recipiant cum scandalo evidenti.

---

5) generali *om.* A2. — 9) aliis octo A2. — assequentur A1; quod A2 *corrig. in* adequentur. — 13) forte cum A2.— 24) admoniciones] incipiant admoniciones fratres... A2.— 27) Item. Admonemus — item ut fratres *om.* B. — 34) populum *om.* A1, 2. — 37) item ne ad domos... clericorum vadant B.

Item. Ut priores non mittant ad predicandum vel confessiones audiendas nisi fratres maturos et discretos.

Item. Fratres nostri dum officium exercent? questus publice non faciant nec procurent quod pro eis in eorum presencia in ecclesia aut in aliquo loco publico fiat. sed nec vinum nec bladum nisi ad presentis anni necessitatem accumulent.

Item. Ne fratres curias regum vel principum absque magna necessitate seu fructu animarum frequentent. nec arbitrium in se suscipiant. nec testamentis intersint. nec eorum executores fiant.

Item. Admonemus ne fratres nostri itinerantes pro quacumque necessitate habitum nisi de sui prioris provincialis licencia speciali transforment. nec prelatis suis nimis sint importuni pro impetranda licencia exeundi. nisi neccessitas vel evidens utilitas hoc exposcat. sed nec priores se exhibeant faciles ad huiusmodi licencias concedendas.

Item. Fratres nostri proprios currus vel equos non habeant. nec eciam alienos in domibus suis detineant nisi de licencia magistri ordinis vel capituli generalis. nec servientes seculares plus quam duos vel tres in domibus suis teneant. nisi propter necessitatem in aliquibus locis per priorem provincialem de pluribus dispensetur. pro quibus eciam in domibus nostris carnes non preparentur.

Item. Admonemus ut fratres hospites. secundum quod magis et minus in itinere laboraverint diucius et commodius procurentur. qui autem adeo infirmi et debiles fuerint. ut necesse habeant carnibus recreari sive sint priores sive sint alii extra non exeant. et si aliquando occasione capituli vel neccessitate exire contigerit. nec equitent nec quadrigent. nec carnes comedant. nisi adeo gravis infirmitas supervenerit. quod aliter fieri sit neccesse. Et tunc ad suos conventus revertantur.

Declaracio illius constitucionis. maior in mensa loqui poterit. qui maior est in ordine. potest loqui in mensa ubique extra refectorium absque alia licencia speciali. Et si maior supervenerit ipse quidem taceat et qui ceperat loqui. loquatur. ad mensam vero episcoporum uno loquente nichilominus alii ad interrogata respondeant.

Item. Lecti nostri in dormitorio vel alibi nullis intermediis obumbrentur. poterit tamen in extremitatibus lectorum in altitudine unius cubiti usualis a superficie lecti aliquid intermedium ligneum vel plastreum interponi. Hoc autem intelligimus. ubi celle cum lectis minime coniunguntur. ubi aliter factum est. emendetur.

1) item. prior non mittat... B: — 2) fratres *om.* B. — 3) item. dum questuacionis officium exercent. questum... B. — 8) frequentent] frequentare presumant B. — 10) pro *om.* A1, 2. — 11) provincialis *om.* A2. — 12) nimis *om.* A1. — 15) nostri *om.* B. — 16) detineant] teneant B. — 17) nec servientes-preparentur *om.* B. — 22) autem *om.* B. — 28) declaracio-respondeant *om.* B.

Item. Admonemus. ut nulli seculari hospiti in domo nostra recepto. lectus cum lintheaminibus a nostris fratribus preparetur. quod si secum ea detulerit. poterit sustineri.

Item. Volumus ut prior provincialis cum diffinitoribus provincialis capituli visitatoribus provincie conventus dividat visitandos prout viderit expedire.

Item. Volumus ut frater qui dum esset in seculo provinciam in qua natus est dimisit omnino et ad aliam se transtulerat domicilium commutando; sit de illa provincia in qua domicilium habuit. nisi de eo per magistrum vel capitulum generale aliter ordinetur.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS BONONIE CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· XL°·

Revocamus hanc constitucionem. De tercio in tercium annum; mittantur visitatores per provincias a capitulo generali etc.

Item. Hanc. Lectores quamdiu possunt lectionis officium exercere; in priores conventuales nullatenus eligantur. sed nec [in] diffinitores etc.

Item. Constitucionem de ornamentis [sericis] non habendis.

Approbamus. quod non habeamus nisi unam campanam ad omnes horas.

Item. Quod non habeamus ymagines sculptas.

Approbamus hanc constitucionem. Hec ordinacio et correctio. et addicio. ab omnibus universaliter observetur. Et hec habet · ii · capitula. Hoc tamen addimus. Fratres nostri sedeant ad Laudate. sicut prius.

Item fratres nostri layci. dicant · d · pater noster.

Item. Si quis in proclamacione sua iurgium fecerit. ponatur in levi culpa. post illud verbum. vindicando clamare presumpserit.

Item. Ubi dicitur de annunciacione mortis magistri. addatur quod domus Parisiensis. annunciet provincie Dacie. Bononiensis vero Polonie. Terre sancte. Grecie. et deleatur de constitucionibus illud. aliis quibus poterit.

Item. Ubi dicitur. Scripturam publicent in medium. addatur. expressis nominibus eligencium et electorum.

---

1) admonemus] monemus B. — 2) domo nostra] domibus nostris B. — 3) *Sequuntur post* sustineri *quaedam verba (circa sex) quae legere non possum. Reliqua vero acta huius capituli et acta capituli sequentis usque ad admonitionem quae incipit:* Fratres studentes Parisius *om.* B. — 8) dimiserat A2. — aliam] illam A1, 2. — 18) etc. *om.* A2. — 25) Approbamus] item approbamus hanc. hec... A2. — 27) laudate] laudes A2. — 30) culpa non A2.

Item. Ubi dicitur de diffinitore. vel in priorem provincialem electus fuerit. addatur. et confirmatus.

Item. Ubi dicitur in constitucione de priore conventuali eligendo. secundum formam canonicam eligatur. addatur. videlicet a maiori parte medietate eligencium. vel per compromissionem vel per communem inspiracionem. aliis iuris subtilitatibus relegatis. quod similiter in electione magistri ordinis. et priorum provincialium observetur.

Item. Quod dicitur in gravi culpa. si indumenta vel alii alia data fratri vel concessa. sine ipsius licencia alius acceperit. etc. ponatur in titulo de levi culpa. post illud. negligenter tractaverit.

Item. Predicatores et eciam alii fratres itinerantes. sint contempti officio illorum ad quos aliquando declinant. residuum amoveatur.

Item. Frater qui in alienam provinciam ad legendum mittitur: omnes libros suos glosatos. postillas. bibliam et caternos secum deferat. Et si simpliciter illi provincie. ad quam mittitur assignetur: libri quos habuit de provincia de qua mittitur. ipso mortuo ad illam provinciam pertinebunt. Alii vero omnes sint illius provincie ad quam mittitur. sive in via sive in provincia moriatur. Si vero ad tempus mittitur: omnes libri ad provinciam de qua assumptus est revertantur.

Item dicimus de missis de provincia non ad regendum. non tamen portent nisi bibliam et breviarium.

Item. Ubi dicitur. quod socius obediat in omnibus predicatori: removeatur. in omnibus.

Item. Ubi dicitur. Predicator non audeat. etc. nisi habeat mandatum generale. etc. removeatur generale.

Item. In suffragiis defunctorum. removeatur quod dicitur de sociis magistri et priorum provincialium.

Item. Removeatur quod dicitur de Cisterciensibus recipiendis absque domini pape licencia speciali.

Item. Benedictio post completorium non detur. et hec addictio et subtractio habet unum capitulum.

Item. Approbamus. ut · iiii^or^ · provincie videlicet. Polonia. Dacia. Ierosolimitana. Grecia aliis octo provinciis per omnia adequentur. tam in duobus electoribus magistri: quam in habenda potestate quam habent priores provinciales. magistro ordinis mortuo vel amoto. Et hec habet · ii · capitula.

Item. Inchoamus has constituciones. Generale statutum ordinis vel consuetudinem diu obtentam et communiter in ordine approbatam. neque

---

1) vel nisi A2. — 37) item *om.* A2. — Generale statutum] generalem statum ordinis et... A1.

magister ordinis. neque priores provinciales aliquatenus valeant immutare nisi per tria capitula fuerit approbatum.

Diffinitores excessum magistri; seorsum corrigant et emendent. quod si prevaricator ordinis fuerit aut contemptor. aut adeo negligens et remissus. quod ordinis dissolucionem inducat; moneatur a diffinitoribus. ut magisterio cedat. et locum ad manendum sibi eligat. Alioquin amovendi ipsum ab officio. liberam habeant potestatem. et alia forma removeatur.

Item. Statuimus. ut ornamenta pannorum tam altaris quam ministrorum sint absque lapidibus preciosis et auro. preter aurifrisium. et quod solus ebdomadarius cappa serica tam in choro quam in processione utatur. Et iste constituciones habent unum capitulum.

Item. Frater. qui dum esset in seculo. provinciam in qua natus est omnino dimisit et ad aliam se transtulit. domicilium commutando. sit illius provincie in qua domicilium habuit. nisi de eo per magistrum ordinis vel generale capitulum aliter ordinetur.

Admonemus ut in festo · ix · lectionum dicatur ad primas vesperas. Transit pauper. ad secundas. O lumen. pro memoria.

Item. Fratres nostri diligenter admoneant populum. ut ecclesias et prelatos honorent. ut ecclesiis reddant iura sua.

Item. Priores non mittant ad predicandum. nec ad confessiones audiendas instituant fratres nisi discretos et maturos.

Item. Fratres nostri vinum et bladum non accumulent nisi ad presentis anni necessitatem. quod bona fide servetur.

Item. Fratres curias regum vel principum absque magna neccessitate. seu fructu animarum. frequentare non presumant. nec testamentorum executores fiant.

Item. Fratres nostri itinerantes habitum nisi de sui prioris provincialis licencia speciali non transforment. nec sint prelatis suis nimis importuni pro impetranda licencia exeundi. nisi necessitas vel evidens utilitas hoc exposcat. sed nec faciles reddant se priores. vel exibeant ad huiusmodi licencias concedendas.

Item Fratres non eligant. vel postulent sibi priorem. nisi ille qui preest; fuerit primitus amotus. nec eciam sub condicione. si contigerit eum amoveri.

Item. Non vadant ad domos secularium vel clericorum pro funeribus aportandis. nec recipiant ea cum scandalo evidenti.

Item. Fratres nostri proprios currus vel equos non habeant. nec

---

4) et] aut A2. — 16) ordinetur. iste constituciones habent unum capitulum A2. — 17) Moniciones admonemus A1. — 31) hoc] id A2. — 35) eum] ipsum A2.

eciam alienos in domibus suis teneant. nec servientes seculares habeant plus quam duos vel tres. nisi propter neccessitatem per priorem provincialem dispensetur. Pro servitoribus vero in domibus nostris carnes nullatenus preparentur.

Item. Fratres hospites secundum quod magis vel minus laboraverint in itinere diucius et commodius procurentur.

Item. Qui adeo infirmi et debiles fuerint. quod neccesse habent carnibus recreari. sive sint priores sive aliiˀ extra claustrum non exeant. et si aliquando occasione capituli vel alia necessitate exire contigeritˀ non equitent nec quadrigent. nec carnes comedant. nisi in via adeo gravis infirmitas superveniat. quod aliter fieri sit necesse. et tunc ad suos conventus revertantur. Possit tamen prior provincialis aliter dispensare.

Item. Lecti nostri in dormitorio vel alibi nullis intermediis obumbrentur. Poterit tamen in extremitatibus lectorumˀ in altitudine unius cubiti usualis a superficie cervicalis aliquod medium lignum vel plastreum interponi. Et hoc intelligimus. nisi celle cum lectis coniunguntur. ubi autem aliter factum est. emendetur.

Item. Nulli hospiti seculari recepto in domo nostra. lectus cum linteaminibus a fratribus preparetur. sed si secum ea detulerit poterit sustineri.

Item. Fratres studentes Parisius qui sunt pro lectoribus assignati. in ferialibus diebus ad completorium tantum venire teneantur. In festis vero ·ix· lectionum. in aliis horis. nisi remanserint de licencia speciali eos volumus interesse. nec ad officium infirmarie scribantur.

Item. Prior provincialis. cum diffinitoribus capituli provincialis. visitatoribus provincie conventus dividat visitandos. prout viderit expedire.

Item. Carceres fiant ad compescendam insolenciam perversorum.

Item. Provideatur lectoribus in libris. ut scriptum est. et in cibis neccessariis. ut possint laborem studii sustinere.

Item. Nullus remittat fratres ad suas provincias. sine licencia magistri ordinis. vel nisi a prioribus provincialibus. de quorum provinciis oriundi suntˀ repetantur.

Item. Libri non vendantur. nisi alii magis neccessarii. ex illa pecunia ementur.

Item. Nullus aptus et ydoneus recipi. propter defectum vestium repellatur. sed studentes pro provinciis prout commodius poterunt provideant sibi vestes. et provincie ad quas pertinent pecuniam illam persolvere teneantur.

---

11) cicius ad A2. — 15) plaustreum A2. — 16) nisi celle cum lectis] ubi lecti cum cellis A2.. — 19) detulerit] tulerit A2. — 20) Item *om.* B — 23) officium] servicium A2. — 25) conventus dividat] dividant per tres conventus prout... B. — 27) in cibis necessariis] in cibis et in aliis necessariis ut labores... B. — 33) emerentur A2. — 35) pro *om.* B. — 37) persolvere] solvere B.

Item. Fratres nimis iuvenes et indocti. non multiplicentur. nec predicatorum generalium numerus. absque diligenti cautela et debita augeatur.

Item. A prioribus procuretur. ut lumen maius in nostris dormitoriis et cameris privatis universaliter habeatur.

Item. Studentes mittantur Parisius a priore provinciali de concilio diffinitorum capituli provincialis.

Item. Notabiles superfluitates a choris nostris penitus removeantur. et amodo alie in nostro ordine numquam fiant.

Item. Novicii nullam curam rerum suarum. nec occasione librorum retineant. sed priores procurent eis libros. secundum quod ex rebus eorum poterunt et viderint expedire.

Item. Nullus faciat sibi sigillum fieri. nisi predicator fuerit generalis. et qui aliter habent. usque ad instans capitulum provinciale reddere suis prioribus teneantur.

Item. Nullus sigillum habeat curiosum. nec excepto magistro ordinis. in sigillo suo faciat fieri crucifixum.

Item. Monemus. ne fratres nostri a modo religiosis mulieribus sacramenta preter penitenciam administrent. Qui vero contrarium attemptaverint. post generale capitulum. quod fuit Bononie ultimo celebratum. cum eis tunc fuerit inhibitum et acriter reprehensum. ieiunent ·vii· dies in pane et aqua et dicant ·vii· missas de sancto spiritu et ·vii· psalteria et ·vii· recipiant disciplinas.

Item. Priori Regino iniungimus ·iii· dies in pane et aqua et tria psalteria. et ·iii· missas de spiritu sancto. et paret se ad disciplinam. et cuilibet fratri qui interfuit ·i· diem in pane et aqua et ·i· missam et ·i· psalterium. et ·i· disciplinam.

Item. Frater Bartholomeus privetur biblia propter modum notabilem acquirendi. et paret se ad disciplinam. et faciat penitenciam sibi a vicario iniunctam.

De hiis qui non debuerunt venire ad capitulum. et venerunt sine licencia.

Item. Culpe sociorum prioris Brixiensis. in inquisicione episcopi reserventur priori provinciali.

Item. Visitatoribus qui non visitaverunt? iniungimus ·v· dies in pane et aqua et ·v· psalteria. et totidem disciplinas in capitulo. et illis qui non scripserunt ut debuerunt ·iii· dies et tres disciplinas.

---

4) ut] quod B. — nostris *om.* B. — 10) novicii *om.* B. — 13) sigillum] sigillum nisi predicator generalis (?) et excepto magistro nullus faciat in sigillo suo fieri crucifixum B. — 14) capitulum provinciale *om.* A2. — 18) monemus] ammonemus B. — 19) vero *om.* B. — 22) aqua] *reliqua om.* B. *usque ad* Interpretacio. — de s. spiritu *om.* A2.

Concessiones domorum. Concedimus duas domos. provincie Ungarie: unam ponendam in provincia Silvana. Dacie: ·ii· secundum quod videbitur capitulo provinciali. Francie: ·i· ponendam in Altisiodoro. Polonie: ·i· secundum quod videbitur capitulo provinciali.

Suffragia. Pro domino papa quilibet sacerdos ·iii· missas de beata virgine. clericus psalmos. conversi ·d· pater noster.

Pro fratre R[aymundo] quondam magistro ordinis. fiat post mortem: sicut pro magistro ordinis. Pro electione magistri futuri. quilibet sacerdos ·i· missam de sancto spiritu. quilibet conventus ·i· clericus ·vii· psalmos. conversus ·c· pater noster.

Concedimus et confirmamus fratrem Stephanum. in priorem provincialem provincie Grecie.

Interpretacio de silencio mense revocetur.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS PARISIUS CELEBRATI ANNO DOMINI ·M°· CC°· XLI°·

Confirmamus hanc constitucionem. quod non habeamus nisi unam campanam ad omnes horas. et hoc ponatur in fine capituli de officio ecclesie. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. ut ·iiii^or^· provincie scilicet Polonia. Dacia. Iherosolimitana. Grecia aliis provinciis in omnibus adequentur tam in duobus electoribus magistri ordinis quam in habenda potestate. quam habent priores provinciales. magistro ordinis mortuo vel amoto. Ubicumque ergo in constitucionibus fit mencio de octo provinciis. ponatur ·xii· Et hec habet ·iii· capitula.

Item. Quod hec correctio. et ordinacio. et addicio constitucionum nostrarum ab omnibus universaliter observetur. Et hec habet ·iii· capitula.

Item. Confirmamus hanc. quod fratres nostri ad Laudate omnes gentes. sedeant sicut prius.

Item. Fratres nostri layci quingenta pater noster dicant.

---

1) duas *om.* A1. — 6) psalmos] psalterium A1. — 15) In isto capitulo fuit electus in magistrum ordinis fr. Iohannes Theutonicus. episcopus quondam Bosnensis in Ungaria. qui episcopatui cesserat ante. *add.* in marg. A1, 2. — acta] hec sunt acta A2. — 17) *Exceptis duabus primis confirmationibus acta huius capituli om.* A1. *Remittitur tamen nota marginali lector ad alium librum scil. codicem* A2 *hisce verbis:* Require in alio libro in quo sunt. — 20) ut] quod B. — 23) ordinis *om.* A2. 24) in constitucionibus *om.* B. provinciis et prioribus provincialibus B. — 29) Item *om.* A2. B. item] Hoc addito. fratres... A1.

Item. Illud. Si quis in proclamacione sua iudicium fecerit. ponatur in levi culpa post illud verbum. vindicando clamare presumpserit.

Item. Ubi dicitur de annunciacione mortis magistri. addatur. quod domus Parisiensis annunciet provincie Dacie. Bononiensis vero Polonie. Terre sancte. Grecie. et deleatur illud de constitucionibus. et aliis quibus poterit. Et hec habet ·ii· capitula.

Item. Ubi dicitur. scripturam publicent in medium. addatur. expressis nominibus eligencium et electorum. Et hec habet ·iii· capitula.

Item. Ubi dicitur de diffinitore. vel nisi in priorem provincialem electus fuerit. addatur. et confirmatus. Et hec habet ·ii· capitula.

Item. Ubi dicitur in constitucionibus de priore conventuali eligendo secundum formam canonicam a maiori parte eligencium vel per compromissionem vel per communem inspiracionem. aliis subtilitatibus iuris relegatis. quod similiter in electione magistri ordinis et priorum provincialium observetur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item. Quod dicitur in capitulo de gravi culpa. si indumenta vel alia fratri data vel concessa sine ipsius licencia alius acceperit etc. ponatur in titulo de levi culpa post illud. negligenter tractaverit.

Item. Predicatores et eciam alii fratres itinerantes sint contenti officio illorum. ad quos aliquando declinant. residuum removeatur. Et hec habet ·iii· capitula.

Item. Frater. qui in aliam provinciam mittitur ad legendum omnes libros suos glosatos. postillas. bibliam. breviarium et quaternos secum deferat. et si simpliciter illi provincie ad quam mittitur assignetur. libri quos habuerit a provincia a qua mittitur. ipso mortuo ad illam provinciam pertinebunt. alii vero omnes sint illius provincie. ad quam mittitur. sive in via sive in provincia moriatur. Si vero ad tempus mittitur. omnes libri ad provinciam. de qua assumptus est. revertantur.

Idem dicimus de missis de provincia ad provinciam non ad regendum. non tamen portent nisi bibliam. breviarium et quaternos. Et hec habet ·ii· capitula.

Item. Ubi dicitur. quod socius obediat predicatori in omnibus. removeatur. in omnibus. Et hec habet ·ii· capitula.

Item. Ubi dicitur. predicare non audeat. nisi habeat generale mandatum etc. removeatur. generale. Et hec habet ·ii· capitula.

Item. Removeatur. de Cisterciensibus non recipiendis absque speciali licencia domini pape. Et hec habet ·iii· capitula.

---

1) illud *om.* A2. — ponatur in levi culpa *om.* B. — 11) item] item hanc ubi dicitur de... B. — 12) canonicam] canonicam eligatur. addatur. a maiori... B. — compromissionem] provisionem vel B. — 16) item] item ubi dicitur de gravi... B. — 18) titulo] capitulo A2. — 19) eciam *om.* B. — 20) removeatur] admoveatur B. — 28) assumptus est] mittitur B. — 34) Item — capitula *om.* A2.

Approbamus has constituciones. generale statutum ordinis vel consuetudinem diu optentam et communiter in ordine approbatam. nec magister ordinis nec priores provinciales aliquatenus valeant inmutare. nisi per tria capitula generalia fuerit approbatum. Et hec habet ·ii· capitula.

Item. Approbamus hanc quod solus ebdomadarius capa serica tam in choro quam in processione utatur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. diffinitores excessum magistri ordinis seorsum corrigant et emendent. quod si prevaricator ordinis fuerit aut contemptor aut adeo negligens et remissus. quod ordinis dissolucionem inducat. moneatur a diffinitoribus. ut magisterio cedat et locum ad manendum sibi eligat. alioquin amovendi ipsum ab officio liberam habeant potestatem. et alia forma removeatur. Et hec habet ·ii· capitula.

Inchoamus hanc addicionem. quod cessio eius non admittatur a diffinitoribus nisi propter aliquid premissorum aut propter defectum vel impotenciam. que ipsum ab execucione officii magistratus perpetuo impediret. Et hec precipimus firmiter observari. Et hec habet ·i· capitulum.

Item. Inchoamus hanc. quod in constitucionibus ubi dicitur. mortuo priore. etc. donec prior eiusdem provincie sit electus et confirmatus. addatur. et ipse vel ille cui vices eius (!) commiserit presens in provincia fuerit.

Item. Inchoamus hanc in constitucionibus ubi dicitur. de suppriore et in aliis quantum ei assignaverit. vel permiserit. addatur. Idem autem supprior mortuo priore vel amoto. vices eius in omnibus plenarie optineat. quousque prior electus et confirmatus in domo presens extiterit. vel prior provincialis aliter ordinaverit.

Item. Inchoamus hanc. quod in constitucionibus ubi dicitur. capitulum generale uno anno Parisius alio anno Bononie celebretur. addatur. nisi magistro et diffinitoribus ex causa legittima quandoque aliud videatur.

Item. Inchoamus hanc. quod in provincia. ubi capitulum generale celebratur ad illud capitulum non veniant nisi diffinitor et socius eius sicut de aliis provinciis. Sed alio tempore capitulum provinciale eiusdem provincie celebretur. et deleatur ista constitucio. statuimus insuper quod omnes priores conventuales. etc.

Admonemus quod fratres accusaciones non mittant ad capitulum litteris apertis. sed clausis.

Item. Quod fratres nostri horas beate virginis calciati incipiant.

1) generale statutum] generalem statum A1. — 4) generalia *om.* B. — 5) Item approbamus — capitula *om.* A2. — 6) et — capitula *om.* B. — 7) hanc *om.* B. — 13) eius *om.* B. — 19) vel] et ille A2. — 21) hanc quod A2. — 26) *ista inchoatio om.* B. — 31) eiusdem provincie *om.* B. — 32) ista] illa B. — 34) capitulum in B. — 36) Marie virginis A2.

Pro rege Francie et matre et uxore quilibet frater missam de sancto spiritu. et in morte fiat pro eo sicut pro magistro ordinis per totum ordinem.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS BONONIE CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· XLII°·

Revocamus hanc inchoacionem. ita quod in provincia ubi capitulum generale celebratur. ad capitulum non veniant. nisi diffinitor et socius eius. sicut de aliis provinciis. sed alio tempore provinciale capitulum celebretur.

Item. Confirmamus has constituciones. Ubi dicitur de annunciacione mortis magistri. addatur. quod domus Parisiensis anunciet provincie Dacie. Bononiensis vero Polonie. Terre sancte Grecie. et illud deleatur de constitucionibus. et aliis quibus poterit anunciare. Et hec habet ·iii· capitula.

Item. Ubi dicitur. Scripturam publicent in medium. addatur. expressis nominibus eligencium et electorum. Et hec habet ·iii· capitula.

Item. Ubi dicitur de diffinitore. nisi in priorem provincialem electus fuerit. addatur. et confirmatus. Et hec habet ·iii· capitula.

Item. Ubi dicitur de priore conventuali eligendo. secundum formam canonicam eligatur. addatur. a maiori parte mediate eligencium. vel per compromissionem. vel per communem inspiracionem. aliis subtilitatibus iuris relegatis. quod similiter in electione magistri ordinis. et priorum provincialium observetur. Et hec habet ·iii· capitula.

Item. Quod dicitur in gravi culpa. Si indumenta vel alia fratri data vel concessa. sine ipsius licencia alius acceperit. ponatur in titulo de levi culpa. post illud. negligenter tractaverit. Et hec habet ·iii· capitula.

Item. Ubi dicitur. predicatores et alii fratres itinerantes contenti sint officio illorum ad quos quandoque declinant. residuum amoveatur. Et hec habet ·iii· capitula.

Item. Ubi dicitur predicare non audeat. nisi habeat generale mandatum. amoveatur. generale. Et hec habet ·iii· capitula.

---

1) frater sacerdos A2. — Pro domino papa quilibet sacerdos · III· missas de beata virgine. clericus psalterium. conversus centum pater noster. Concedimus domos in regno Boemie ·I· in Oppavia. et aliam............. duas provincie Tuscie. si capitulo provinciali fuerit visum. Pro domino duce Polonie... a tartaris et regina Boemie defuncta quilibet sacerdos ·I· missam................. B. *suffragia vero pro rege Francie etc. om.* B. *Acta duorum capitulorum sequentium nempe anni 1242 et anni 1243 pariter om.* B. — 2) fiat] faciat A2. — 9) capitulum illud A2. — 27) acceperit] receperit A2.

Item. Ubi dicitur. frater qui in aliam provinciam ad legendum mittitur. omnes libros suos glossatos. postillas. bibliam. et quaternos. secum deferet. et si simpliciter illi provincie ad quam mittitur assignetur. libri quos habuit de provincia de qua mittitur. ipso mortuo ad illam provinciam pertinebunt. alii vero omnes sint illius provincie ad quam mittitur. sive in via. sive in provincia moriatur. Si vero ad tempus mittitur. omnes libri ad provinciam de qua assumptus est⁝ revertantur. Idem dicitur de missis de provincia ad provinciam. non ad regendum. non tamen portent nisi bibliam. breviarium. et quaternos. Et hec habet ·iii· capitula.

Item. Ubi dicitur. quod socius obediat in omnibus predicatori⁝ removeatur. in omnibus. Et hec habet ·iii· capitula.

Item. Removeatur quod dicitur de Cisterciensibus non recipiendis absque licencia domini pape. Et hec habet ·iii· capitula.

Item. Generale statutum ordinis. vel consuetudinem diu optentam. et communiter approbatam in ordine. nec magister ordinis nec priores provinciales aliquatenus valeant immutare. nisi per tria capitula fuerit approbatum. Et hec habet ·iii· capitula.

Item. Quod solus epdomadarius capa serica utatur. tam in choro quam in processione. Et hec habet ·iii· capitula.

Item. Diffinitores excessum magistri corrigant seorsum et emendent. quod si prevaricator ordinis fuerit aut contemptor aut adeo negligens. quod ordinis dissolucionem inducat⁝ moneatur a diffinitoribus. ut magistratui cedat. et locum ad manendum sibi eligat. alioquin ammovendi ipsum ab officio liberam habeant potestatem. et alia forma removeatur. Et hec habet ·iii· capitula.

Approbaciones. Approbamus hanc addicionem. Cessio magistri non admittatur a diffinitoribus. nisi propter aliquid predictorum. aut propter defectum. aut impotenciam. que ipsum ab execucione officii magistratus perpetuo impediret. et hec precipimus firmiter observari. Et hec habet ·ii· capitula.

Item. Ubi dicitur. mortuo priore provinciali vel amoto. donec prior eiusdem provincie. sit electus et confirmatus. addatur. et ipse vel ille cui vices suas commiserit⁝ presens in provincia extiterit. Et hec habet ·ii· capitula.

Item. Ubi dicitur de suppriore. et in aliis quantum ei prior assignaverit vel permiserit. addatur. Idem autem supprior. mortuo priore vel amoto. vices eius in omnibus plenarie optineat. quousque prior fue-

---

2) et (*ante* quaternos) *om.* A2. — 7) assumptus est] mittitur A2. — 27) approbaciones] iste sunt approbaciones A2. — 33) confirmatus] et *add.* A2. — 37) permiserit] promiserit A2.

rit electus et confirmatus. et in domo presens extiterit. vel prior provincialis aliud ordinaverit. Et hec habet ·ii· capitula.

Item. Ubi dicitur. quod capitulum generale uno anno Parisius. alio anno Bononie celebretur. addatur. nisi magistro ordinis et diffinitoribus. ex causa legittima quandoque aliud videatur.

Item. Ubi dicitur. quod si diffinitor non possit venire ad capitulum generale. ipso iure socius eius. loco ipsius. diffinitor habeatur. addatur. quod si alterum ipsorum. predicto modo impediri contigerit. primus conventus ad quem declinaverit. teneatur ei de competenti socio itineris? providere? et litteras testimoniales sue electionis ad capitulum secum ferant.

Item. Quod de quarto in quartum annum. mittantur visitatores per provincias a capitulo generali. qui sui officii tunc ab ipso capitulo. limitatam habeant potestatem.

Item. Ubi dicitur. quod ·iiii^or^· fratres eligantur ad visitandam provinciam. addatur. vel plures secundum quod capitulo provinciali videbitur expedire. qui omnes teneantur sequentis anni capitulo interesse.

Item. Ubi dicitur? litteras testimoniales secum ferant. et in conventibus ad quos declinaverint. de excessibus suis ibidem corrigantur. addatur. in quacumque autem provincia fratres itinerantes deliquerint. prior provincialis vel conventualis. in cuius terminis inventi fuerint. ipsos sicut suos fratres. corrigendi liberam habeant potestatem.

Item. Ubi dicitur. quod prior conventualis. ubi debet provinciale capitulum celebrari. vices eius optineat. addatur. nisi magister vel generale capitulum. alteri commiserit.

Item. Ubi dicitur. audito primo signo surgant fratres. dicendo. etc. deleatur dicendo. et addatur. et stando dicant matutinas de beata virgine.

Item. Quod priores conventuales postquam duobus annis continuis fuerint ipso iure sint absoluti. Similiter priores provinciales de quarto in quartum annum ipso iure sint absoluti. nisi electio magistri sit ipso anno celebranda. vel illorum sit diffinicio. et tunc terminato capitulo sint absoluti.

Iste sunt admoniciones. Monemus ut pulmenta cocta cum carnibus. vel sanguine. a domibus hospitum. penitus amoveantur.

Item. Ne fratres ante ·xxv· annos ad sacerdocium promoveantur.

Item. Ne subpriores dentur in socios prioribus ad capitulum generale vel provinciale.

Item. Ne aliquo modo fiant discantus a fratribus nostris in ecclesiis nostris vel alienis.

---

6) item] inchoaciones A2. — 17) in conventibus] ad conventus cuius A2. — 20) cuius quorum A2. — 22) provinciale *om.* A1. — 26) et (*ante* stando) *om.* A2. — 27) quod *om.* A2. — 37) nostris (*post* fratribus) *om.* A2.

Item. Volumus et mandamus. ut vivaria artificiosa. a domibus nostris removeantur. et vinee preter quam ad comestionem et agrestam faciendam. extirpentur.

Item. Monemus. quod fratres nostri sollicite servent pacem prelatorum et fratrum minorum.

Item. Quod fratres se exerceant studiosius in hiis que sunt contra hereticos. et ad fidei defensionem.

Item. Monemus priores. ne in scandalum ordinis nostri. fugitivos et apostatas nostros in aliis religionibus stare. vel alias vagari permittant. sed utantur contra eos privilegiis ordini nostro concessis.

Item. Ne aliqua fiat dispensacio sanis in vino in tota die parasceves.

Item. Monemus et volumus. quod abradatur de legenda beati Dominici. ubi semetipsum asserit. licet in carnis integritate divina gracia conservatum. nondum illam imperfectionem evadere posse. quin magis afficeretur iuvencularum colloquiis. quam affatibus vetularum.

Item. Ecclesie nostre de nocte secularibus non aperiantur. nisi forte in totis duplicibus. et tribus noctibus tenebrarum.

Item. Monemus de silencio in toto choro clericorum et conversorum servando.

Item. Fratribus qui monialibus. vel aliis religiosis mulieribus sacramentum extreme unctionis administraverunt. vel prelatos earum instituerunt vel destituerunt. vel officium visitacionis in earum domibus exercuerunt. iniungimus ·vii· dies in pane et aqua. ·vii· psalmos et ·vii· disciplinas et in virtute obediencie districte precipimus. quod a talibus abstineant. et eas de cetero non communicent. Qui autem eas visitaverint: non excusentur ab hac pena vel precepto propter litteras domini pape. nisi in eis contineatur. non obstante privilegio. etc. vel domini pape preceptum speciale. Nec aliquis fratrum de cetero sermones vel collaciones vel alias sacras scripturas. de latino transferant in vulgare.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS PARISIUS CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· XLIII°·

Confirmamus hanc constitucionem. Cessio magistri non admittatur a diffinitoribus. nisi propter aliquid predictorum. aut propter defectum aut impotenciam. que ipsum ab exequucione officii magistratus perpetuo

18) monemus] admonemus A2. — 21) earum ecclesiarum A2. — 26) non — precepto *om.* A1.— 27) non] hoc non A2.

impediret. Et hec habet ·iii· capitula. Et ponatur in constitucionibus post illud verbum. liberam habeant potestatem.

Item. Confirmamus hanc. Ubi dicitur. Mortuo priore provinciali. vel amoto. donec prior eiusdem provincie sit electus et confirmatus. addatur et ipse vel ille cui vices suas commiserit. presens in provincia existat. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. Ubi dicitur. de suppriore. et in aliis quantum ei prior assignaverit vel permiserit. addatur. Idem autem supprior. priore mortuo vel amoto vices eius in omnibus plenarie optineat. quousque prior fuerit electus et confirmatus. et in domo presens extiterit. vel prior provincialis aliter ordinaverit. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. Ubi dicitur. quod capitulum generale uno anno Parisius. alio anno Bononie celebretur. addatur. nisi magistro et diffinitoribus. ex causa legitima quandoque aliud videatur. Et hec habet ·iii· capitula.

Approbamus hanc. Ubi dicitur. de silencio mense. et ipse taceat. addatur. nulli autem aliorum liceat loqui oracione perfecta. nisi pro necessariis mense. Et hec habet ·ii· capitula.

Item. Approbamus hanc. ubi dicitur quod si diffinitor generalis capituli non possit venire ad capitulum generale. socius eius. loco ipsius diffinitor habeatur. addatur. quod si alterum ipsorum. supradicto modo. impediri contigerit. primus conventus ad quem declinaverit. teneatur de competenti socio itineris providere. et litteras testimoniales sue electionis secum ferant ad diffinicionem. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. Ubi dicitur. quod ·iiii^{or}· fratres eligantur ad visitandam provinciam. addatur. vel plures secundum quod capitulo provinciali videbitur expedire. qui omnes sequentis anni capitulo teneantur interesse. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. Ubi dicitur. litteras testimoniales secum ferant et in conventibus ad quos declinaverint. de excessibus corrigantur. addatur. In quacumque autem provincia fratres itinerantes deliquerint. prior provincialis. vel conventualis. in cuius terminis inventi fuerint. ipsos sicut fratres suos. corrigendi. liberam habeant potestatem. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. Ubi dicitur quod prior provincialis ubi debet provinciale capitulum celebrari. etc. addatur. nisi magister vel generale capitulum alteri commiserit. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. Ubi dicitur. Audito primo signo. surgant fratres dicendo. etc. deleatur. dicendo. et dicatur. stando dicant de beata virgine matutinas. Et hec habet ·ii· capitula.

16) pro] de A2. — 18) approbamus *om.* A2. — 34) prior provincialis] prior conventualis A2.

Omnes alias inchoatas revocamus.

Inchoamus hanc. Ubi dicitur. que ipsum ab officio magistratus perpetuo impediret addatur. perpetuum autem decernimus: quod diffinitores de consilio prudencium perpetuum iudicabunt.

Item. Hanc constitucionem preteriti capituli. solus ebdomadarius capa serica tam in choro quam in processione utatur. ponatur in fine capituli de officio ecclesie.

Hee sunt admoniciones. Fratres qui potestatem habent ab episcopis. indulgencias in suis sermonibus faciendis. in eodem die. et in eodem loco non dent nisi semel indulgenciam. si tamen duo predicaverint: non det indulgenciam nisi unus.

Item. Priores in domibus nostris ubique confessores beginarum instituant. certos maturos et paucos.

Item. Nullus prior provincialis vel conventualis faciat servari pecuniam nisi sub communi custodia fratrum.

Item. Fratres non procurent literas apud principes. prelatos seu magnates. de mutacione sui status. vel aliorum fratrum.

Item. Fratres de una provincia. infra terminos alterius provincie. non faciant questus. nisi de licencia prioris provincialis. vel conventualis infra cuius terminos: questum facere voluerint. nec eciam mittantur ad faciendum moram. in predicacione in terminis alterius. nisi de consimili licencia.

Item. Fratres non studeant in libris philosophicis. nisi secundum quod scriptum est in constitucionibus. nec eciam scripta curiosa faciant (1).

Item. Cum fratres intersunt testamentis. caveant ne impediant elemosinam fieri templariis. qui devoti amici sunt ordinis. vel aliis bonis viris.

Item. Garciones in domibus nostris non lavent pedes fratrum.

Item. Fratres non mittant litteras eciam non sigillatas. nec recipiant sine licencia.

Item. Omnes generales licencias cuicumque datas: revocamus.

1) revocamus.] Iste autem sunt incohaciones *add.* A2. — 5) epdomadarius] episcopus A2. — 8) admoniciones.] Admonemus *add.* A2. — 10) cum *pro* si tamen A2. — 16) seu] et A2.

(1) En textus constitutionum antiquarum (de studentibus cap. XIV.) [ed. DENIFLE in *Archiv für Litteratur und Kirchengeschichte des Mittelalters* V, 562]. In libris gentilium et phylosophorum non studeant, etsi ad horam inspiciant. Seculares sciencias non addiscant, nec artes quas liberales vocant, nisi aliquando circa aliquos magister ordinis vel capitulum generale voluerit aliter dispensare, sed tantum libros theologicos tam iuvenes quam alii legant. — Ad quae dubium non est quin referri debeat MOPH I p. 208 sq. §§ I-V.

Item. Concedimus omnibus prioribus provincialibus quod fratres de suis provinciis. ubicumque. sint possint revocare si voluerint. nisi per magistrum. vel capitulum generale? aliis provinciis fuerint assignati. Excipimus provincias Grecie et Terre sancte.

Inhibemus districte fratribus universis. quibus commissa est votorum redempcio. ne ipsi vel conventus ubi sunt? pecuniam recipiant. ab illis quibus huiusmodi redempciones debent assignari. Qui autem receperunt. quantum. vel per quem modum receperunt. quam cicius poterunt suo provinciali teneantur intimare.

Item. Errores condempnatos per magistros Parisienses. fratres omnes abradant de caternis (1).

Item. Fiat festum ·ix· lectionum de ·xi· milium virginum. Similiter et de sancta Helisabeth.

Pro statu universalis ecclesie. quilibet sacerdos ·iii· missas de spiritu sancto. clericus psalterium. conversi ·l· pater noster dicant. etc.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS BONONIE CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· XLIIII°·

Confirmamus has constituciones. Ubi dicitur in constitucionibus. quod si diffinitor venire non possit ad capitulum generale. ipso iure. socius eius. loco ipsius diffinitor habeatur. addatur. quod si alterum ipsorum. supradicto modo contigerit impediri ? primus conventus ad quem declinaverit. teneatur ei de competenti socio itineris providere. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. Ubi dicitur. quod fratres itinerantes litteras testimoniales ferant. et in conventibus ad quos declinaverint. ibidem de suis excessibus corrigantur. addatur. in quacumque autem provincia. fratres itinerantes deliquerint. prior provincialis. vel conventualis. in cuius terminis inventi fuerint. ipsos sicut fratres suos corrigendi liberam habeant potestatem. Et hec habet ·iii· capitula.

6) illis] ipsis A2. — 18) Acta] Hec sunt acta... B. *et sic deinceps.* — 19) iste sunt confirmaciones, Confirmamus *add.* A2. *et sic deinceps etiam quoad approbationes, inchoationes, admonitiones nisi aliter notetur.* — 22) impediri — et in excessibus corrigantur *om.* B. — 26) ferant secum A2; — de *om.* A1. — 27) autem *om.* B; itinerantes si A2. — 30) *tota confirmatio om.* B.

(1) De his erroribus condemnatis a Guillelmo Parisiensi episcopo et Odone cancellario de consilio omnium magistrorum theologicae facultatis Parisiensis cf. DENIFLE *Cartularium Universitatis Parisiensis* Parisiis 1889 I. p. 170. n. 128.

Item hanc. Ubi dicitur. quod ·iiii[or]· fratres eligantur ad visitandum provinciam. addatur. vel plures. secundum quod provinciali capitulo videbitur expedire. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. Ubi dicitur de silencio mense. et ipse taceat. addatur. nullus autem aliorum ibidem loquatur. nisi tantum necessaria mense petendo. et hoc per unicam dictionem. Et hec habet ·iii· capitula.

Item. Approbamus hanc. Ubi dicitur. quod ipsum ab officio magistratus perpetuo impediret. addatur. perpetuum autem dicimus? quod diffinitores de prudencium concilio. perpetuum iudicabunt. Et hec habent ·ii· capitula. Cetera revocamus.

Inchoamus has constituciones. Ubi dicitur. pena autem pro fractione silencii hec est. etc. radatur totum illud. usque ad sequentem rubricam. et dicatur. fratres de silencio in capitulo se accusent. sicut de aliis culpis. et priorum arbitrio puniantur.

Item hanc. Quicumque falso scienter infamaverit de mortali. vel in capitulo proclamaverit. non absolvatur in privato? nisi prius in capitulo se accuset.

Item hanc. Ubi dicitur de apostatis. numquam priorem locum tenebit. sed inferiorem secundum quod prelato visum fuerit. removeatur hoc. secundum quod prelato visum fuerit. et ponatur. et ad priorem locum non redeat. nisi per provinciale capitulum. cum eo fuerit dispensatum. Ita tamen quod anni quibus fuerit in apostasia. non computentur ei quo ad locum. sed sit sub omnibus illis. qui habent plures annos in ordine. quam ipse habuit. cum exivit.

Item hanc. Si priorem provincialem aliquo modo impediri contingat. quod ire non possit ad capitulum generale. quando capitulum est priorum provincialium. socius sibi datus a diffinitoribus provincialis capituli. admittatur ad omnia cum prioribus provincialibus. sicut admittitur socius diffinitoris capituli generalis.

Item hanc. Ubi dicitur in constitucionibus. quod si alterius religionis inventus fuerit. non recipiatur in ordine nostro. nisi per provinciale capitulum cum eo fuerit dispensatum. totum istud removeatur.

Item hanc. Quod fratres non audiant confessiones preter quam fratrum citra ·xxx· annos.

Hee sunt admoniciones. Admonemus priores provinciales. et capitula

1) hanc] hanc constitucionem B. — 5) tantum *om.* B. — 6) petendo *om.* A2. — 7) *Approbatio haec om* B.; hanc *om.* A2. — 8) impediret] impediatur A2 — autem *om.* B. — 9) Et hec. — cap. *om.* B. — 11) pro fractione *om.* A1, 2. — 15) falso et B. — 16) prius] prius de hoc B. — 18) dicitur] in capitulo *add.* A2. — numquam — inferiorem *om.* B. — 19) hoc] hoc. et addatur. ad priorem... B. — 24) cum] quando B. — 25) aliquo modo] impediri contigerit aliquatenus quod... B. — 26) est *om.* A1. — 30) in constitucionibus *om.* B. — 32) cum eo *om.* B; secum A2. — istud] hoc totum B. — 33) item hanc *om.* A2. — aliorum *loco* preter B. — 35) hee — admonemus *om.* B; hee] iste A2.

provincialia. quod provideant in suis provinciis. ut domus debitis non graventur.

Item. Quod deposita fideliter custodiantur. et nichil de ipsis accipiatur sine licencia deponentis.

Item. Monemus lectores. quod novas opiniones non inveniant. sed communiores et magis approbatas sequantur (1).

Item. Monemus quod fratres nostri studiosius se exerceant in hiis que sunt contra hereticos et ad fidei defensionem.

Item. Monemus priores. ne in scandalum ordinis nostri. fugitivos et apostatas nostros in aliis religionibus stare. vel alibi vagari permittant. sed utantur contra eos privilegiis ordini nostro concessis.

Item. In domibus nostris ubique priores. confessores certos. maturos et discretos instituant.

Item. Fratres de una provincia infra terminos alterius provincie. non faciant questum. nisi de licencia prioris provincialis. vel conventualis. in cuius terminis questum facere debuerant. nec eciam mittantur ad faciendum moram. in predicacione in terminis alterius. nisi de consimili licencia.

Item. Non sint in domibus nostris. canes tales: qui sint in periculum personarum. et si qui tales sint: amoveantur.

Item. Conversi petentes panem. vadant simul. ita quod possint invicem se videre.

Item. Suppriores non dentur socii prioribus suis ad capitulum generale vel provinciale.

Item. Nullus frater deponat libros. vèl alias res. apud extraneos. sed apud fratres tantum.

Item. Nullus recipiatur in dormitoriis fratrum. exceptis fratribus minoribus. ad iacendum.

Item. Volumus et mandamus. ut diffinitores proximo sequentis capituli generalis. pro concordando officio. portent secum ad dictum capitulum omnes rubricas et notulas breviarii nocturni et diurni. et gradualis et missalis.

1) provideant *om.* B. — ut *om.* B. — 3) nichil de ipsis] non de eis B. — 6) communiores] communes B. — 7) monemus *om.* A2. — 10) nostros *om.* A2. — aliis religionibus] aliis locis religiosis A2. — 12) item] item monemus priores quod in... B. — certos *om* A2. — 15) faciant *om.* B. — 16) eciam *om.* B. — 17) consimili] speciali B. — 19) item] item monemus ne... B. — in periculum *om.* B. — 20) sint] (*post* tales) fuerint B. — 23) socii] in socios B. — suis *om.* B.; priori A2. — 24) generale vel *om.* B. — 25) deponat] reponat B. — 27) dormitoriis] dormitorio B. — 29) proximo *om.* B. — 30) dictum *om.* B. — 31) et notulas *om.* B. — et (*ante* gradualis) *om.* B. — 32) missalis] In oracione beati Dominici dicatur. meritis et doctrinis *add.* B

(1) Haec monitio sine dubio cohaeret cum statuto facto in praecedenti capitulo de erroribus condemnatis per magistros Parisienses. cf. supra p. 27. — MOPH I p. 208 c. XIX § IV.

Concedimus ·iii· domos provinciae Lombardie. Theutonie ·ii· Dacie ·i·

Proximo sequens capitulum generale. in provincia Theutonie. in civitate Colonia decrevimus celebrandum.

Diffinitores capituli provincialis Provincie. ieiunent ·v· diebus in pane et aqua quilibet. et prior provincialis ·vi· et dicat quilibet duo psalteria. quia removerunt fratres. de domibus Pirpiniani. et Nicie. et mandamus quod fratres sine more dispendio reponantur.

Item priores provinciales vel eorum vicarii qui absolverunt visitatores ab officio visitacionis. ieiunent ·v· dies in pane et aqua.

Pro domino papa. quilibet sacerdos ·iii· missas de domina nostra. clericus psalterium. conversi ·d· pater noster.

Pro fratribus nostris et fratribus minoribus etc.

Actis additae sunt litterae magistri ordinis; cf. app. n. I.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS COLONIE CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· XLV°·

Confirmamus hanc addicionem. Perpetuum autem dicimus quod diffinitores de prudencium consilio perpetuum iudicabunt. Et hec habet ·iii· capitula.

Approbamus hanc. Pena pro fractione silencii. hec est. etc. radatur totum illud usque ad sequentem rubricam. et dicatur. fratres de silencio in capitulo se accusent. sicut de aliis culpis. et priorum arbitrio puniantur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. Ubi dicitur. Quicumque aliquem fratrem falso scienter

1) item concedimus A1. *Concessiones domorum leguntur in B. post poenitentias et suffragia.*— duas] Anglie ·III· *add.* B. — unam] Romane provincie unam *add.* B. — 2) proximo — celebrandum *om.* B. — in (*ante* civit.) *om.* A1. — 4) *Poenitentiae inflictae hoc ordine* et modo *habentur in B:* Priores provinciales vel vicarii qui absolverunt visitatores ordinis a visitacione. ieiunent ·V· dies in pane et aqua. Diffinitores capituli provincialis de provincia Provincie ieiunent ·V· dies in pane et aqua et prior provincialis ·VII· dies quia removerunt... Nicie. et dicat quilibet ·II· psalmos (*intelligas psalmos bis*) et fratres reponantur ibidem. Prior Bononiensis ieiunet ·V· dies in pane et aqua et ·III· psalmos et ·III· missas de spiritu sancto dicat. Vicarius Lombardie ·III· dies et ·I· psalmos et ·III· missas. Frater Symon...?... quolibet mense ieiunet ·I· diem in pane et aqua. usque ad annum. etc. Fratri Bartholomeo Vicentino (?) restituimus sigillum. — 10) quilibet dicat B; *cetera vero suffragiorum de* missas *om.* B. — 12) minoribus] quilibet *add.* A2. — 17) addicionem] addicionem de magistro ubi dicitur in constitucionibus. quod ipsum ab execucione officii magistratus perpetuo impedirent (!). addatur B. — constitucionem A2. — 18) etc. *loco* perpetuum iudicabunt B. — 20) hanc] hanc ubi dicitur B.— est] est pro prima vice B. — 21) illud *om.* A1. — fratres autem A2. — 22) sicut etc. et hec... B. *Confirmationes approbationesque nonnisi prioribus verbis indicantur in cod* B. *quod semel annotari sufficiat.* — 24) ubi dicitur *om.* B. — quicumque — fratrem] quicumque frater B; si quis autem falso scienter de mortali aliquem infamaverit vel..... A2. — falso — vel] falso et scienter infamaverit de mortali etc. B.

diffamaverit. vel in capitulo proclamaverit. non absolvatur in privato nisi prius in capitulo se accuset.

Item hanc. Ubi dicitur de apostatis. Numquam priorem locum teneant. sed inferiorem secundum quod prelato visum fuerit. removeatur hoc et addatur. ad priorem locum non redeat. nisi per provinciale capitulum cum eo fuerit dispensatum. ita tamen quod anni quibus fuit in apostasia. non computentur ei quo ad locum. sed sit sub omnibus illis. qui habent plures annos in ordine quam ipse habuit: quando exivit. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. Si priorem provincialem aliquo modo impediri contigerit. quod venire non possit ad capitulum generale. quando capitulum est provincialium: socius eius sibi datus a diffinitoribus capituli provincialis. admittatur ad omnia cum prioribus provincialibus. sicut admittitur socius diffinitoris capituli generalis. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. Ubi dicitur. in constitucionibus. quod si alterius religionis inventus fuerit. non recipiatur in ordine nostro. nisi per capitulum provinciale cum eo fuerit dispensatum. totum hoc removeatur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. Fratres non audiant confessiones aliorum. quam fratrum. citra ·xxx· annos. Et hec habet ·ii· capitula.

Inchoamus hanc. Ubi dicitur de silencio mense. et ipse taceat. nulli autem aliorum loqui liceat. nisi de necessariis mense tantum. et hoc: unica oracione. Illam autem que anno preterito confirmata fuit per errorem. ut patet. dicimus nullam esse. sed ne fiat ordinis dissolucio: magister sub eadem pena vult observari sicut est inchoata.

Item hanc. Nullus frater instare audeat vel rogare. pro beneficiis suis consanguineis obtinendis.

Item. Ubi dicitur in constitucionibus. nulla domus concedatur. etc. addatur in fine. nec concessa recipiatur cum condicionibus. nisi de speciali licencia capituli generalis.

Item. Ubi dicitur in constitucionibus. feria ·ii[a]· et ·iii[a]· ante diem cinerum. quadragesimali utimur cibo. addatur. et ieiunamus.

Item. Fratres leprosi infra cepta sui conventus seorsum procurentur. Quod si artitudo loci vel alia legitima causa non permiserit: per priorem provincie ad conventum alium nostri ordinis. transferantur.

---

3) hanc *om.* B. — 4) teneant] tenebit B. — interiorem — prelato] inferiorem sicut prelato A2; — 5) addatur] ponatur et A2. — 8) quando] cum A2; — et hec habet ·II· cap. *om.* A2. — 10) aliquomodo *om.* B. — contigerit] contingat A1. — 11) venire] ire A2. — 12) est *om.* A1; celebratur A2. — eius *om.* A2. — 15) ubi — quod *om.* B. — 21) taceat] addatur *add.* B. — 23) illam — est inchoata *om.* B. — 25) magister] interim *add.* A2. — 27) obtinendis] impetrandis B. — 28) item — generalis *om.* B. — 31) ante] post. I[am]. addatur — et ieiunamus B. — 33) seorsum] ab aliis *add.* B. — 34) loci] illius *add.* B.

Admonemus. ne pulmenta cocta cum carnibus: in domibus hospitum comedantur.

Item. Non eligantur debiles fratres in diffinitores. vel socios pro capitulo generali.

Item. Fratres in locis ubi habitant: panem petant in signum paupertatis.

Item. Caveant priores. ne aliquem fratrem puniant. vel notabiliter molestent. pro eo quod eos in capitulo generali vel provinciali proclamaverit vel scripserit contra eos.

Item. Mandamus quod districte servetur constitucio de non eundo ad curiam. nec ordo personis inutilibus honeretur.

Item. Ubi salve regina coram populo dicitur. post fidelium anime. fratres in chorum revertantur: et more solito. pater noster. et credo in deum. dicant.

Item. Inter pascha et octavas penthecosten. ad laudes non pulsetur. nisi in sollempnitatibus praecipuis.

Item. Non fiant in ecclesiis nostris cum sculpturis prominentibus sepulture. et que facte sunt auferantur.

Item. Mandamus quod priores ad legendum apti. in proximis capitulis provincialibus absolvantur. nec priores vel suppriores fiant.

Item. Mandamus quod priores provinciales de dispensacione pecuniarum. si quas receperint. reddant racionem earum diffinitoribus capituli provincialis. similiter et librorum.

Item. Mandamus quod in quolibet conventu sit unus quaternus in quo scribantur singulis annis acta capituli generalis et provincialis. et quater in anno legantur. nec deleantur nisi fuerint revocata.

Item. Inhibemus ne frater conversus in clericum recipiatur nisi de generalis capituli vel magistri licencia.

Item. Fratres nostri nullo modo sacramentum unctionis extreme mulieribus impendant.

Item. Prohibemus ne aliquis frater qui vectura carere non potest

1) ne] quod... non comedantur B. *Ceterae admonitiones ordine inverso enumerantur in* B. — 3) item quod B. *et sic deinceps usque* Item. Mandamus. — vel — capitulo] vel eorum socios ad capitulum B. — 5) ubi] in quibus B. — 8) pro *om.* B. — eos *om.* A2, B. — proclamaverint] accusaverint vel litteras contra ipsos miserint B. — 10) constitucio] monicio B. — 11) nec — honeretur] et quod ordo fratribus inutilibus non gravetur B. — 12) regina] extra chorum *add.* B. — anime — pater] anime statim in chorum redeatur. et ibidem more solito dicatur pater... B. — 15) octavas *om.* B. — 16) sollempnitatibus] festivitatibus B. — 17) fratrum *pro* nostris B. — 18) auferantur] destituantur B. — 20) nec — fiant] nec ad prioratum nec ad supprioratam ponantur B. — 22) racionem *om.* A1. — earum] coram B. — 24) mandamus quod *om.* B. — 25) et provincialis *om.* B. — 27) inhibemus] mandamus A2. — conversus] laycus A2; nostri ordinis *add.* B. — 28) generalis capituli vel *om.* A2. — magistri] ordinis *add.* B. — 29) extreme *om.* B. — 31) prohibemus] inhibemus B.

extra ad predicandum mittatur. nisi quantum comode poterit ire pedes. nec possint priores in contrarium dispensare.

Committimus quatuor fratribus Francie. Anglie. Lombardie. Theotonie. quod stantes in domo Andegavensi officium nocturnum. et diurnum. tam in littera. quam in cantu et rubricis. corrigant et concordent. ac defectus suppleant. cum quanto possint dispendio minori. et quilibet de predictorum quatuor afferat tam nocturnum quam diurnum officium. secum de provincia sua. et hec provinciales procurent. et sint in festo Remigii. et si qui non venerint. alii nichilominus procedant.

Quicumque garciones duxerunt? ·iii· dies in pane et aqua ieiunent.

Concedimus unam domum in Dacia ·iii· in Provincia ·ii· in Hispania ·i· in Saxonia. si episcopus pecierit. et capitulum provinciale concesserit.

Item. Concedimus Bergensem. ita quod termini illius domus non extendantur ultra duo milliaria versus domum de Burgis.

Capitulum erit Parisius. Et mandamus omnibus fratribus. qui aliquod miraculum de beato Dominico sciunt. preter ea que in vita sua scripta sunt. quanto poterunt testimonio? sequenti capitulo scribant. Idem dicimus de magistro Iordane.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS PARISIUS CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· XLVI°·

Confirmamus has constituciones. pena silencii. hec est. etc. radatur totum illud. usque ad sequentem rubricam. et dicatur. fratres de silencio se accusent in capitulo. sicut de aliis culpis. et priorum arbitrio puniantur. Et hec habet ·iii· capitula.

---

1) quantum — ire] quantum pedes sufficiunt ire B. — 2) priores *om.* B. — 3) committimus] item committimus B. — fratribus — quod] fratribus quorum unus de Provincia. alius de Lombardia. tercius de Theotonia. quartus de Anglia. quod B. — 4) officium — rubricis] officium ecclesiasticum nostri ordinis tam in littera quam in cantu et rubrica B. — 5) ac *om.* B. — 6) minori — procedant] minori mutandanda (!) mutent, et addant, et omnia ad unitatem reducant *add.* B. *reliqua vero usque ad* procedant *om.* B. *pergit vero sic:* Item fratres miracula beati Dominici et magistri Iordanis, si qua intellexerint. cum testimonio scribant ad capitulum generale.— Item nullus aliquis (!) eorum que fratres petunt pro suis necessariis in edificiis.

Pro domino papa et generali statu ecclesie. quilibet sacerdos ·III· missas etc.

Capitulum generale sequens Parisius celebrabitur in futuro. — Vicario magistri qui visitavit Angliam. iniungimus ut usque ad futurum annum sit ubique ultimus in ordine suo. et quod tam libros quam ymagines et cetera munuscula ad eandem provinciam sine diminucione remittat. et quod singulis mensibus usque ad annum a vino abstineat. — 17) capitulum] sequens *add.* A2. — 18) sua *om.* A2. — 23) has — illud] hanc in constitucionibus. ubi dicitur de pena silencii etc. addatur (!) solum illud B. — 24) dicatur] sic *add.* B. — 25) in capitulo *om.* B.

Item hanc. Ubi dicitur de apostatis. numquam priorem locum tenebit. sed inferiorem. secundum quod prelato visum fuerit. removeatur hoc et ponatur. numquam ad priorem locum redeat. nisi per provinciale capitulum cum eo fuerit dispensatum. ita tamen quod anni. quibus fuerit in apostasia. non conputentur ei quo ad locum. sed sit sub omnibus illis qui habent plures annos in ordine. quam ipse habuit: quando exivit. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. Ubi dicitur in constitucione. quod si alterius religionis inventus fuerit. non recipiatur in ordine nostro. nisi per provinciale capitulum: secum fuerit dispensatum. hoc totum removeatur. Et hec habet ·iii· capitula.

Approbamus has constituciones. Nullus instare audeat vel rogare pro beneficiis suis consanguineis optinendis. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. Fratres leprosi infra sui conventus septa. seorsum ab aliis procurentur. quod si artitudo loci illius. vel alia causa non permiserit. per provincialem ad conventum alium nostri ordinis transferantur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In constitucione ubi dicitur feria ·ii^{a}· et ·iii^{a}· post quinquagesimam. etc. addatur. et ieiunamus. Et hec habet ·ii· capitula.

Inchoamus has constituciones. In constitucione ubi dicitur de silencio mense. et ipse taceat. addatur. nullus autem aliorum ibidem loquatur. nisi de neccessariis mense tantum. et hoc per unicam oracionem. breviter et submisse.

Item hanc. Ubi dicitur. de silencio in capitulo se accusent sicut de aliis culpis. addatur. numerum fractionum. tempus et locum. prout eorum memorie occurrerit: exprimendo.

Item hanc. In constitucione ubi dicitur. anniversarium benefactorum. die tercia post nativitatem eiusdem faciendum est. deleatur. tercia die post nativitatem eiusdem. et ponatur. tercia die post octavam sancti Augustini. Anniversarium vero fratrum: sequenti die post festum beati Dyonisii.

Item hanc. In constitucione ubi dicitur. Lineis non utantur ad carnem nisi in femoralibus cum ea portari contigerit.

Item hanc. In constitucione ubi dicitur. tres fratres mittantur Parisius tantum de provincia ad studium. addatur ·iiii^{or}· autem provincie scilicet Provincia. Lombardia. Theotonia. Anglia provideant ut semper

---

1) hanc *om.* B. — 2) removeatur] deleatur A2. — 12) has constituciones] hanc B. — vel *om.* A2. — 8) in constitucione *om.* B. — quinquagesimam] quadragesimam A1. — 20) has — ubi] hanc ubi B. — 21) mense *om.* B. — 27) in constitucione *om.* B. — 28) faciendum] facienda B. — 32) hanc *om.* B. — carnem] carnes B; addatur *add.* A2. — 34) in constitucione *om.* B. — 35) tantum — de provincia *om.* B. — studium] studendum B. — autem] vero B.

in aliquo conventu magis ydoneo sit generale studium et sollempne. et ad illum locum quilibet prior provincialis potestatem habeat mittendi duos fratres ad studium.

Item hanc. In constitucione ubi dicitur. Nullus fiat publicus doctor. nisi ad minus theologiam per quatuor annos audierit. addatur. nec disputet. nisi per licenciam prioris provincialis. et diffinitorum capituli provincialis.

Item hanc. Ubi dicitur. vel in locis ubi aliter comederetur. addatur. de consuetudine generali.

Item hanc. Ubi dicitur. itinerantes bis refici possunt. nisi in adventu et ieiuniis principalibus ab ecclesia institutis. addatur. et ·vi· feriis.

Item hanc. Ubi dicitur. Statuimus ut mortuo priore provinciali etc. usque ad illum locum. donec prior. etc. deleatur totum. similiter et illud quod est alibi. priorem nisi capitulum provinciale celebratur. loco eius substituentes. et dicatur sic. statuimus ut singulis annis in capitulo provinciali prior provincialis cum diffinitoribus provideat de fratre ydoneo. qui vices provincialis gerat. si ipsum priorem provincialem mori contigerit. vel absolvi. vel suspendi. Si autem vicarium assignatum a predictis mori vel amoveri contigerit. prior conventualis ubi sequens provinciale capitulum fuerit celebrandum? cum duobus prioribus sibi propinquioribus provideat de vicario supradicto.

Item hanc. Ubi dicitur. Pelliceis silvestribus. etc. deleatur et dicatur sic. Pelliceis silvestribus fratres nostri numquam utantur. similiter nec coopertoriis quarumcumque pellium. nisi in infirmitorio.

Item hanc. Credo in deum. non dicatur ante primam nec post completorium.

Item hanc. Ubi dicitur. ad graciarum actiones. addatur. in quibus inclinamus solum ad pater noster. et ad oracionem. retribuere.

Item hanc. Quidquid est in constitucionibus de predicatoribus generalibus. deleatur et ubi dicitur de capitulo provinciali. priores conventuales cum singulis sociis. dicatur. cum duobus sociis magis ydoneis a capitulo suo electis.

Item hanc. Tota ordinacio ecclesiastici officii facta a quatuor fratribus ·iiii^{or}· provinciarum. vel facienda usque ad annum. communiter per to-

---

2) illum locum quilibet] illud quilibet B. — 3) studium] studendum B. — 4) in constitucione *om.* B. — 5) quatuor] tres B. — 6) per licenciam] de licencia B. — 8) ubi aliter] nisi aliter A2. — addatur] nisi *add.* B. — 10) hanc. *om.* A2. — 11) principalibus *om.* B. — 13) usque — etc. *om.* B. — similiter *om.* B. — 14) est] dicitur B. — 17) priorem *om.* A2. — 19) conventualis] provincialis A1. — provinciale *om.* B. — 20) prioribus] scilicet *add.* B. — 21) provideat] devideat B. — 22) etc.] usque ad non utantur *add.* B. — 25) item] inchoamus B. — dicatur] dicamus B. — 27) hanc] in constitucione *add.* B. — 28) ad *post* et *om.* B. — 29) constitucionibus] constitucione A2. — 31) dicatur] addatur B. — 33) ecclesiastici officii *om.* B.

tum ordinem observetur. et si in aliquo discordaverint: sententia magistri teneatur.

Item hanc. Ut liber lectionarius. tam de tempore quam de festis. quem committimus provinciali Francie ordinandum. universaliter per totum ordinem recipiatur.

Iste sunt admoniciones. Cum domus Parisiensis multum sit gravata: rogamus affectuose fratres de omnibus provinciis. ut ipsi de testamentis et aliis helemosinis. sint solliciti quantumcumque poterunt: aliquod auxilium predicte domui procurare.

Item. Caveant diligentissime. ne a modo domus aliqua cum gravibus condicionibus recipiatur.

Item. Cum aliquis profitetur: nomen profitentis et tempus. et nomen illius. cui fit professio: in aliquo quaterno scribantur.

Item. Sciant omnes. quod in illa constitucione ubi dicitur. Nullus recipiatur in canonicum vel conversum etc. debet esse. canonicum. et qui non habent: apponant.

Item. Per huiusmodi verba. Mandamus. inhibemus. et prohibemus. et similia verba in monicionibus precedentis capituli posita. volumus quod fratres non obligentur nisi quantum solent per simplices amoniciones obligari.

Item. Fratres in locis ubi conventum habemus. non licencientur ad bibendum extra domum. nisi in locis in quibus secundum ordinem licet eis comedere.

Item. Nullus det licencias in domo. nisi prior vel supprior vel ille de quo prior ordinaverit.

Item. Provideant priores provinciales studentibus de libris fratrum decedencium. et aliis modis quibus poterunt.

Item. Caveant fratres diligentissime. ne in predicacionibus aliquam personam notabiliter tangere videantur. Similiter caveant. ne in disputacionibus suis proterve contendant. Qui vero reprehensibiles fuerint: a suis prioribus cum condigna penitencia. ab hiis officiis ad tempus suspendantur. prout eorum maior. vel minor requirit excessus.

Item. Pellicea silvestria ubicumque habentur. alienentur usque ad festum beati Mychaelis.

---

1) discordaverint] dubitaverint A2. — 3) item — recipiatur *om.* B. — 7) omnibus] aliis B. — 8) quantumcumque] quantum B. — 10) diligentissime] fratres *add.* B. — a modo *om.* B. — aliqua *om.* B. — 14) quod in] quod B. — 18) volumus quod] nolumus ut B. — 19) non *om.* B. — 22) in locis *om.* A2. — 27) poterunt] possunt B. — 29) similiter — ne] et caveant sibi ne B. — 30) suis *om.* B. — vero] in hiis A2. — reprehensibiles] inventi *add.* B. — 31) cum *om.* B. — penitencia] pena B. — 33) item] quod *add.* B. — 34) beati] sancti A2.

Item. Nullus lector habeat cameram specialem. nisi dum exercet officium lectionis.

Item. Caveant diligentissime fratres. ne inter se vel coram secularibus. de factis domini pape in aliquo obloquantur. vel Frederico favorem verbo vel facto prebere videantur. Si qui vero contra fecerint. volumus quod per priores suos. vel visitatores acriter puniantur.

Item. Generales licencias et exempciones omnes revocamus.

Item. Iniungimus priori Rupellensi. quod tumbam que est in choro fratrum. faciat efferri. si comode poterit. vel saltem in angulo ecclesie collocari.

Constitucionem de modo studendi in libris gentilium. priores faciant diligenter observari (1).

Fratres de Ungaria in provinciam suam revertantur.

Suffragia. Pro domino papa. et statu tocius ecclesie. quilibet sacerdos ·iii· missas. et quilibet conventus ·i· clericus psalterium. laici ·l· pater noster.

Item. Pro familiaribus et benefactoribus ordinis. et fratribus minoribus. etc. quilibet sacerdos ·iii· missas de spiritu sancto. clerici et layci ut supra.

Item. Volumus et concedimus. quod pro domino Hugone cardinale in morte sua fiat sicut pro magistro ordinis (2).

Item. Magister absolvit omnes fratres presentes [et] absentes ab omnibus culpis et penis et institucionibus(!) debitis vel neglectis et omnibus oblitis.

Item. Magister revocat unam excommunicacionem scilicet de revelacione secretorum propter consciencias fratrum. aliam vero sic voluit mitigare. quod prioribus conventualibus huiusmodi potestatem habeant absolvendi. tamen cum oportunitas se obtulerit. hoc ipsum priori provinciali teneantur nichilominus annunciare.

Sequens capitulum apud Montempesulanum.

1) lector] de cetero B. — dum] cum B. — 2) lectionis] legendi B. — 3) item — puniantur *om.* B. — 8) iniungimus] districte *add.* B. — 10) in — collocari] in aliquo angulo ecclesie collocetur B. — 11) constitucionem] item constitucionem B. — 13) fratres] item fratres B. — 14) suffragia *om.* B. — tocius] generali B. — 15) et quilibet — magistro ordinis *om.* B. — 22) item. magister — Montempesulanum *om.* A1, 2.

(1) De modo studendi in libris gentilium cf. supra p. 26.

(2) De fr. Hugone de s. Caro cf. MOPH I p. 32 et notas ibi appositas, 173, 331 sqq.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS IN MONTEPESULANO CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· XLVII°·

Iste sunt confirmaciones. Confirmamus has constituciones. Nullus audeat instare vel rogare pro beneficiis suis consanguineis obtinendis. et ponatur post illud. nec quibus etc. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. Ubi dicitur. feria ·ii^a^· et ·iii^a^· post ·l^am^· addatur. et ieiunamus. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. Fratres leprosi intra septa sui conventus seorsum ab aliis procurentur. Quod si artitudo illius loci. vel alia causa legittima non permiserit. per priorem provincialem. ad conventum alium nostri ordinis transferantur. Et hec habet ·iii· capitula.

Approbamus has constituciones. In constitucionibus ubi dicitur de silencio mense. et ipse taceat. addatur. nullus autem aliorum ibidem loquatur. nisi de neccessariis mense tantum. et hoc per unicam oracionem. breviter et submisse. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In constitucionibus ubi dicitur. Anniversarium benefactorum. tercia die post nativitatem eiusdem faciendum est. deleatur. tercia die post nativitatem eiusdem. et ponatur sequenti die post octavas beati Augustini. Anniversarium vero fratrum sequenti die post festum beati Dyonisii. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In constitucionibus ubi dicitur. Tres fratres mittantur tantum Parisius de provincia ad studium. addatur ·iiii^or^· autem provincie scilicet Provincia. Lombardia. Anglia. Theutonia: provideant ut semper in conventu aliquo magis ydoneo sit generale studium et sollempne. et ad illum locum quilibet provincialis potestatem habeat mittendi duos fratres ydoneos ad studium. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. Ubi dicitur. Nullus fiat publicus doctor nisi ad minus theologiam per ·iiii^or^· annos audierit. nec disputet nisi per licenciam prioris provincialis. et diffinitorum capituli provincialis. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. Ubi dicitur. Itinerantes bis refici possunt. nisi in adventu domini et ieiuniis principalibus ab ecclesia institutis. addatur. et ·vi· feriis. Et hec habet ·ii· capitula.

---

4) has — etc.] hanc constitucionem. quod nullus audeat instare vel rogare pro beneficiis suis consanguineis etc. et hec habet ·III· capitula, et ponatur post illud. nec ecclesie quibus animarum cura etc. B. — 7) l^am^·] quadragesimam A1. — 12) capitula] et ponatur in fine tituli de infirmis *add.* B. — 13) has — ubi] hanc constitucionem ubi B. — 14) addatur] hanc *add.* B. — 17) in constitucionibus *om.* B. — 28) item — item *om.* B.

Item hanc. Tota ordinacio ecclesiastici officii facta a ·iiii^or^· fratribus provinciarum. vel facienda usque ad annum. communiter per totum ordinem observetur. et si in aliquo discordaverint? sentencia magistri teneatur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. Ut liber lectionarius tam de tempore quam de festis. quem committimus priori provinciali Francie ordinandum? per totum ordinem universaliter recipiatur. Et hec habet ·ii· capitula.

Inchoamus hanc. Quod in anno diffinicionis priorum provincialium. socii eorum assignati a capitulo provinciali. admittantur in diffinicionibus loco eorum. si ipsos contigerit non venire.

Item hanc. In constitucionibus. et a priore provinciali si ei visum fuerit. confirmetur. addatur. conventus autem qui petit confirmacionem electi in priorem. numerum et nomina eligencium scribat provinciali.

Item hanc. Priores provinciales et conventuales et lectores in capitulis provincialibus et generalibus a fratribus suarum provinciarum sive conventuum? nullatenus repetantur.

Admonemus fratres singulos et universos et in remissionem peccatorum iniungimus. ut negocia ecclesie. et verbis et factis. tam inter se quam inter alios fideliter foveant. et promoveant. et contraria aliquatinus non attemptent. et caveant diligentissime? ne de factis domini pape obloquantur vel Frederico deposito. in aliquo verbo vel facto auxilium prebere videantur. Si qui vero contra fecerint. volumus quod per priores suos vel visitatores acrius puniantur.

Item. Priores provinciales moneant episcopos ordinis nostri in suis provinciis. ut in vestibus et calceamentis et in aliis quibus in officio episcopali impedimentum non prestatur. se conforment ordini. alioquin fratres eis in socios non concedantur. et dati revocentur ab eis.

Item. Admonemus fratres. ut capitula provincialia a die inchoacionis eorumdem. non protrahantur plus quam capitulum generale.

Item. Quod fratres horas quas dicunt extra chorum. tractim dicant? et distincte. Officium eciam defunctorum. tam in choro. quam extra chorum. devocius quam aliqui consueverunt? persolvatur.

Item. Monemus priores universos. quod constitucionem de vilitate vestium. tam in clericis quam in conversis. et silencio et inclinacionibus? diligencius faciant observari.

---

5) item — inchoamus *om.* B. — 9) socii... assignati... admittantur] socius... assignatus... admittatur B. — 10) eorum si ipsos] eiusdem si ipsum B. — 11) et *om.* B. — 17) admonemus — puniantur] iniungimus quod [nullus] frater Frederico det auxilium. consilium vel favorem vel partem eius defendat. ecclesiam omnes defendant et dominum papam adiuvent et excusent quantum possunt. salva consciencia B. — 25) in (*ante* officio) *om.* B. — episcopali] episcopo B. — 26) prestatur] prestant B. — 27) in socios *om.* B. — 31) eciam] similiter B. — 32) quam aliqui consueverunt *om.* B. — 33) quod] ut B.

Item. Quod fratres notabiliter iuvenes ad ordinem presbiterii. non faciant promoveri. et non exponant ad confessiones. precipue mulierum. quarum eciam notabilis familiaritas et frequencia ab omnibus fratribus evitetur.

Item. Priores provinciales constitucionem de modo studendi diligenter faciant observari. et licencias sive a magistro vel ab eis. sive ab aliis data in contrarium; revocent secundum quod eis videbitur expedire. et studentibus et aptis ad studium. de consilio diffinitorum capituli provincialis faciant provideri.

Fratres qui a precedenti capitulo generali usque ad istud. venerunt ad curiam contra formam ordinis nostri ·vii· dies in pane et aqua ieiunent ·vii· missas dicant et totidem disciplinas recipiant. Non sacerdos vero pro missis psalteria. reliqua ut supra. Idem faciant; qui contra statutam formam eos licenciaverunt.

Pro domino papa et statu tocius ecclesie quilibet sacerdos ·iii· missas. etc.

In provincia Provincie concedimus tres domos. In provincia Francie ·ii· In Polonia ·ii· In Dacia ·i·

Absolvimus priores provinciales. Lombardie. Thuscie. Ungarie. Polonie. Grecie.

Item. Volumus quod fratres Lombardos. Tuscos. et Ungaros. propter imminentes guerras. si fuga imminens compulerit fratres ad quos declinaverint. ipsos recipere teneantur et retinere.

Sequens capitulum celebrabitur Parisius.

---

1) item quod — licenciaverunt *om.* B. — 6) sive a magistro] sine magistro A2. — 10) precedenti] preterito A2. — 15) pro domino papa — Dacia ·I· *om.* A1 2. — 19) Polonie] et *add.* B. — 21) item volumus — Parisius *om.* A1, 2.

Hoc annus datus fuit locus fratribus predicatoribus Carcassone. a sancto Ludovico. sicut patet in littera sua. que adhuc extat cum sigillo suo regio. in deposito maiori. in hec verba.

Ludovicus dei gracia. Francorum rex. dilecto et fideli suo J. de Setañ. senescallo Carcassoñ. Salutem et dilectionem. Mandamus vobis. quatinus fratribus predicatoribus latoribus presencium. sine dilacione assignetis in novo burgo Carcassone. quandam plateam. inter alias plateas. quas civibus eiusdem ville. vobis commisimus assignandas. in qua possint sibi edificare. congruam mansionem.

Actum apud Vicenas anno domini · m°· cc°· xl°· vii°· mense septembris.

Hoc anno. scilicet · m°· cc°· xlviii°· mense augusto. transfretavit. primo sanctus Ludovicus. et pergrinatus est a regno suo. tam in eundo. quam in morando illuc. quam in redeundo; annis ·VII· propter cultum dei ampliandum in terris. et regnum dei sibi adquirendum in celis. sicut ipsemet quandoque dixisse refertur. Parisius, Parisius. ego dimitto te propter paradisum.

Precedenti anno concesserat ex pietate sua civibus Carcassone. qui propter prodicionem factam regi Francie et ecclesie. exulaverant ·VII· annis; ut redirent et edificarent in burgo novo. qui nunc est. cum quibusdam pactis et condicionibus appositis. *add. in marg.* A1. — Cf. Douais *Acta capitulorum provincialium ord. Praed.* Toulouse 1894 p. 31 sq.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS PARISIUS CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· XLVIII°·

Confirmamus has constituciones. Ubi dicitur in constitucionibus de silencio mense. et ipse taceat. addatur. nullus autem ibidem loquatur. nisi de neccessariis mense. et hoc per unicam oracionem. breviter et submisse. Et hec habet ·iii· capitula.

Item. hanc. Ubi dicitur. Anniversarium benefactorum. tercia die post nativitatem eiusdem. est faciendum. deleatur. tercia die post nativitatem eiusdem. et ponatur. sequenti die post festum beati Augustini. Anniversarium vero fratrum sequenti die post festum beati Dyonisii. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. Ubi dicitur in constitucionibus. Tres fratres mittantur tantum Parisius de provincia. addatur. ·iiii^{or}· autem provincie scilicet. Provincia. Lombardia. Theutonia. Anglia. provideant ut semper in aliquo conventu ydoneo sit generale studium et sollempne. et ad illum locum. quilibet prior provincialis. potestatem habeat mittendi duos fratres ydoneos. ad studium. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. Ubi dicitur in constitucionibus. Nullus fiat publicus doctor. nisi ad minus. ·iiii^{or}· annis theologiam audierit. addatur. nec disputet. nisi per licenciam prioris provincialis. et diffinitorum capituli provincialis. Et hec habet ·iii· capitula.

Item. Confirmamus hanc. Tota ordinacio ecclesiastici officii a ·iiii^{or}· fratribus ·iiii^{or}· provinciarum facta: communiter per totum ordinem observetur. Et hec habet ·iii· capitula.

Approbamus hanc. quod in anno diffinicionis priorum provincialium. socius priori provinciali assignatus a capitulo provinciali. admittatur in diffinicionibus loco eius. si ipsum contigerit non venire. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. Ubi dicitur in constitucionibus. et a priore provinciali si ei visum fuerit. confirmetur. addatur. conventus autem qui petit confirmacionem electi in priorem. numerum et nomina eligencium scribat provinciali. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. Priores provinciales et conventuales et lectores in capitulis generalibus sive provincialibus. a fratribus suarum provinciarum vel conventuum: nullatenus repetantur. Et hec habet ·ii· capitula.

---

4) has — de] hanc constitucionem. ubi dicitur de B. — 10) festum] octabas A2. — 13) in constitucionibus *om.* B. — 19) in constitucionibus *om.* B. — 23) confirmamus *om.* B. — 25) capitula] item hanc. liber lectionarius etc. et hec habet ·III· capitula *add.* B.

Item. Inchoamus has in constitucionibus. Ubi dicitur. depositarii tamen esse possunt. addatur. in quolibet autem conventu instituantur duo fratres vel tres per priorem. qui deposita diligenter custodiant. sub diversis clavibus. quas numquam unus teneat. et cum testimonio fratrum recipiant et reddant. et hiidem eciam depositarii. sigillum conventus in deposito custodiant. et nemini tradant. nisi cum consensu conventus˛ vel maioris partis.

Item hanc. Ubi dicitur in constitucionibus. mortuo priore provinciali. vel amoto. etc. prior illius loci. ubi capitulum. etc. addatur. Si vero eumdem infra tempus sue vicarie. mori vel amoveri contigerit. prior illius loci vel domus. ubi antecedens capitulum celebratum fuerat. vicem prioris provincialis in omnibus optineat. ét sic deinceps. donec. etc.

Item hanc. Si quis per contumaciam vel manifestam rebellionem. inobediens prelato. etc. addatur. extiterit. vel cum eo intus. etc.

Item hanc. Quod nullus prior provincialis vel conventualis absolutus. immediate in eadem provincia vel conventu ad idem officium assumatur.

Item hanc. Ubi dicitur in constitucionibus. Priores cum suo conventu. etc. et causas eciam debitorum. addatur. debita autem pro edificiis construendis vel terminis dilatandis sive pittanciis conventui faciendis˛ nullatenus contrahantur ultra summam ·xxv· librarum Turonensium. quibus non solutis˛ nullo modo alia contrahantur. pro causis memoratis.

Admonemus fratres singulos et universos et in remissionem peccatorum iniungimus. ut negocia ecclesie verbis et factis. tam inter se quam inter alios. fideliter foveant et promoveant. et contraria non attemptent. et caveant diligentissime. ne de factis domini pape obloquantur. vel Frederico deposito. in aliquo favorem. verbo vel facto prebere videantur. si qui contra fecerint˛ volumus quod per priores suos vel visitatores acriter puniantur.

Item. Admonemus priores et fratres universos. ut constitucionem de vilitate vestium. tam in clericis quam in conversis. in silencio et inclinacionibus. et ieiuniis diligencius faciant observari. etc.

Concedimus ·ii· domos in provincia Romana et ·i· in Ungaria de insula s. Marie ad locum alium transferendam.

Capitulum sequens in Theotonia apud Treverim celebretur.

---

1) has] hanc B. — 3) fratres *om.* B. — 4) unus *om.* A2. — 5) et (*ante* hiidem) *om.* B. — 7) partis capituli B. — 9) ubi capitulum *om.* B. — 10) eundem] eundem vicarium B. — 11) capitulum] capitulum provinciale A2 — 13) hanc] hanc in constitucionibus ubi dicitur. si... B. — 14) inobediens] inobediens etc. extiterit vel manifeste cum prelato... B. — 15) absolutus *om.* A1, 2. — 21) summam *om.* A1. — XXV] XXX B. — 28) qui] qui vero B. — visitatores] diffinitores B. — 31) in (*ante* conversis) *om.* B. — et (*ante* inclinacionibus) *om.* B. — 33) Concedimus — celebretur *om.* A1, 2.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS APUD TREVERIM CELEBRATI ANNO DOMINI ·M°· CC°· XLIX°·

Iste sunt confirmaciones. Confirmamus has constituciones. In constitucione ubi dicitur. et a priore provinciali. si ei visum fuerit confirmetur. addatur. conventus autem qui petit electi confirmacionem in priorem; numerum et nomina eligencium. scribat provinciali. Et hec habet ·iii· capitula.

Approbamus has constituciones. Ubi dicitur in constitucionibus. Mortuo priore provinciali. vel amoto. prior illius loci. ubi capitulum. etc. addatur. Si vero vicarium eundem. infra tempus vicarie sue. mori vel amoveri contigerit. prior illius loci. vel domus. ubi antecedens capitulum provinciale celebratum fuerat. vicem prioris provincialis in omnibus obtineat. et sic deinceps. donec. etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In constitucionibus. ubi dicitur. si quis per contumaciam. vel manifestam rebellionem. inobediens prelato suo. addatur. etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Item. Inchoamus hanc. Ubi dicitur in constitucionibus. librum autem istum quem consuetudinarium appellamus. deleatur istud. quem librum consuetudinarium appellamus. et dicatur sic. librum autem istum diligenter conscripsimus. in quo etc.

Item hanc. Ubi dicitur. In omni oracione. quando nomen beate virginis nominatur. addatur et dicatur sic. quando nomen beate virginis et beati Dominici nominatur. et eciam quando nomen beate Marie nominatur. in antiphona. salve.

Item hanc. Ubi dicitur. et sic facient ad omnes horas. addatur. finita lectione in matutinis. nisi fiat officium de mortuis. ille qui legit. inter pulpitum et gradus. inclinacionem faciat. vel prosternat se pro tempore.

Item hanc. In capitulo de ieiuniis post illud verbum. omnium sanctorum et Andree apostoli. addatur. et dicatur. quadragesimali utimur cibo. Idem dicimus de omnibus ·vi· feriis. nisi natale domini ea die evenerit. nisi cum aliquo etc.

Item hanc. Ubi dicitur. Itinerantes bis refici possunt. nisi in adventu et ieiuniis principalibus ab ecclesia institutis. addatur. et ·vi· feriis.

---

4) has] hanc B. — constituciones *om.* B. — 9) has constituciones] hanc B. — 18] item *om.* B. — 22) quando] ubi B. — 28) pulpitum] pulpitum quod est in medio chori B. — 31) dicatur] dicatur sic B. — 32) natale] dies natalis B; tale A1, 2. — 33) evenerit] evenerit et B. — 34) itinerantes] autem *add.* B. — 35) principalibus *om.* B.

Item. hanc. In capitulo ubi dicitur de cibo. pulmenta nostra sint sine carnibus. ubique in nostris conventibus. addatur. et dicatur. preterquam in infirmariis.

Item hanc. In capitulo de vestitu. ubi dicitur. Pelliceis silvestribus. etc. usque non utantur. deleatur hoc. et dicatur sic. pelliceis silvestribus fratres nostri non utantur. neque coopertoriis eciam quarumcumque pellium nisi in infirmariis. non tamen utantur ibidem coopertoriis pellium silvestrium.

Item hanc. In capitulo de rasura. in fine dicatur sic. In qualibet autem rasura communicent fratres omnes. poterunt autem fratres interdum in aliqua feriali die communicare. si visum fuerit priori. quando melius poterunt interesse.

Item hanc. In capitulo de silencio. ubi dicitur. breviter et submisse addatur. nisi de licencia episcoporum seu electorum aut maiorum hiis. seu eciam regum. cum contigerit nos cum eis comedere.

Item hanc. In capitulo de recipiendis illud. nullus recipiatur in canonicum vel conversum. etc. usque ad illud. nullus recipiatur infra ·xviii· annos. deleatur totum. et dicatur sic. nullus recipiatur in fratrem clericum. nisi a priore provinciali. vel ab eo cui super hoc dederit licenciam specialem. vel a priore conventuali cum consensu tocius vel maioris partis capituli. conversum autem non recipiat prior provincialis nec aliquis de eius licencia. nisi de consensu conventus. ubi fuerit induendus. nec conventus aliquis recipiat conversum sine licencia prioris provincialis.

Item hanc. In capitulo de levi culpa. illud quod dicitur in fine. clamantis de supradictis. etc. usque in finem deleatur et dicatur sic. clamatis vel clamantibus se de supradictis. detur penitencia. secundum quod prelato videbitur expedire.

Item hanc. In capitulo de graviori culpa. Illud eodem modo penitere debet. usque ad illud. si quis tale quid. etc. deleatur et dicatur sic. Si quis autem quod deus avertat. in peccatum carnis lapsus fuerit. ipsum non solum supradicta pena. sed gravius puniendum censemus.

Item hanc. In capitulo de domibus concedendis. vel costruendis. ubi dicitur possessiones seu redditus nullo modo recipiantur. addatur. nisi

1) ubi dicitur *om.* B. — 2) ubique] usque A1. — et dicatur *om.* B. — 4) etc.] et coopertoriis quarumcumque pellium fratres nostri non utantur B. — 5) deleatur — utantur *om.* A2. — 6) eciam *om.* B. — 7) infirmariis] infirmariis nostris B. — utantur *om.* B. — 10) rasura communicent *om.* A1. — 11) die *om.* A1, 2. — 14) addatur *om.* B. — 15) eciam *om.* B. — cum] quando B. — 16) Nota quod aliquando dicebamur canonici in constitucionibus *add. in marg.* A1. 2. — illud *om.* B. — 17) infra] infra terminum ·XIIII· annorum B. — 23) prioris *om.* B. — 25) finem] capituli *add.* B. — 26) clamantibus] proclamantibus B. — 29) etc. *om.* B. — 33) possessiones] autem *add.* B. — recipiantur] recipiantur nisi ad alienandum. addatur. quod B. — nisi *om.* A1, 2.

ad alienandum. quod dicimus quam cicius faciendum. Si autem alienacio facta non fuerit; ex inde fratres fructus non recipiant.

Item hanc. In capitulo de electione magistri ubi dicitur. Mortuo magistro vel a magisterio amoto. priores provinciales ·xii· provinciarum in omnibus. etc. removeatur ·xii· provinciarum et dicatur sic. priores provinciales in omnibus. etc.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. donec in parte altera. maior possit numerus inveniri. addatur et dicatur sic. Quod si non omnes provinciales ad electionem magistri convenerint. illi quos ex ipsis venire contigerit; supradictam habeant potestatem.

Item hanc. In capitulo de itinerantibus. ubi dicitur. Depositarii esse possunt. deleatur totum et dicatur. nec eciam recipiant deposita.

Item hanc. In capitulo de studentibus in fine dicatur sic. Libri ordinis seu fratrum. non vendantur nisi precium eorum in libros alios seu scripta convertatur.

Item hanc. In fine constitucionum dicatur sic. Garciones seu famuli seculares. in coquinis seu in infirmariis nostris; non admittantur.

Item hanc. in capitulo de electione diffinitorum. in fine dicatur sic. Fratres qui in uno anno electi sunt in diffinitores capituli provincialis. in sequenti anno immediate non eligantur ad idem officium. Idem dicimus de diffinitore capituli generalis.

Item hanc. In capitulo de visitatoribus. in fine dicatur ita. Visitatores autem in anno visitacionis sue. si comode possunt veniant ad capitulum provinciale seu generale. si in sua provincia celebratur.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. illud quod dicitur. priorem loci ubi capitulum provinciale celebratur. deleatur et dicatur sic. aliquem loco eius substituentes.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. ubi dicitur. cum singulis sociis a capitulo suo electis. deleatur istud et dicatur sic. a pluribus de capitulo suo. eciam citra medietatem eligencium electis.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum ubi dicitur. aliquis de magis ydoneis a capitulo eligatur. qui sit generalis capituli diffinitor. addatur. secundum formam supradictam in electione diffinitorum capituli provincialis.

Item hanc. In capitulo de predicatoribus. illud quod dicitur in prin-

---

1) autem] autem infra annum B. — 2) exinde] in A2. — recipiant] percipiant B. — 6) in] quosque etc. B. — 9) convenerint] venerint B. — ex ipsis *om.* B. — 11) dicitur] quod *add.* B — 12) dicatur] sic *add.* B. — eciam *om.* A1. — 17) seu] et (*ante* in infirmariis) A2. — non] nullo modo B. nec A2. — 19) diffinitores] diffinitores in sequenti anno non eligantur... B. — 20) idem] idem et B. — 21) diffinitore] diffinitoribus A2. — 23) in] in uno B. — possunt] possit. provinciale sive generale in sua provincia celebretur B. — 27) aliquem] ydoneum *add.* B. — 29) istud] istud a suo capitulo B. — 30) citra] ultra A1. — 33) addatur *om.* B.

cipio. fratres qui ydonei etc. usque ad illud verbum. Statuimus etc. totum deleatur et dicatur sic. Provideant diligentissime priores. ne comittant predicacionis officium. nisi fratribus ad hoc ydoneis moribus et sciencia approbatis.

Item hanc. In eodem capitulo ubi subiungitur. Statuimus ut nullus fiat predicator generalis. antequam theologiam audierit per tres annos. addatur. et nisi sit maturus et discretus ad negocia ordinis in capitulis pertractanda.

Item hanc. In constitucionibus ubi dicitur. Psalteria autem non habeant. addatur. nec eciam alios libellos.

Item hanc. In capitulo de domibus concedendis. in fine dicatur sic. Statuatur autem semper aliquis frater clericus vel conversus. maturus et discretus et securus. qui sit portarius et diligenter que ad officium portarii pertinent exequatur. poterit autem aliquem fratrem vel secularem. honeste conversacionis habere in adiutorium. cum necessitas hoc requirit.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis post illud. nisi prior provincialis aliter ordinaverit. addatur et dicatur sic. Si vero mortuo priore vel amoto. domus suppriore caruerit. tres fratres illius conventus qui primitus habitum nostri ordinis susceperunt. aliquem de illo conventu eligant. qui vices supradictas prioris optineat. quousque domus ipsa priorem presentem habeat vel suppriorem vel prior provincialis aliter ordinaverit.

Iste sunt admoniciones. Caveant diligentissime priores et conventus omnes. ne contrahant debita periculosa et dent operam. ut contracta solvantur.

Item. Quando fratres flectunt ad. salve sancta parens. vel. veni sancte spiritus. sic faciant genuflectiones. ut sit chorus contra chorum et non procumbant et prostraciones que fiunt in canone ? fiant super formas.

Item. In oracione. Concede nos. quando dicitur post completorium. non inclinent fratres. nisi quando nomen beate virginis nominatur.

Item. Fratres de una provincia infra terminos alterius provincie non predicent nisi in transitu. nec questum faciant. nisi de licencia prioris

---

4) approbatis] ne ex insufficiencia predicancium ordo veniat in contemptum et vergat in periculum animarum *add.* B. — 5) item hanc *om.* B. — statuimus] autem *add.* B. — 7) in capitulis *om.* B. — 9) psalteria] psalterium non B. — 10) addatur *om.* A1, 2. — nec *om.* B. — 13) et (*ante* discretus) *om.* B. — que] ea que B. — 15) cum] causa necessitatis cum hoc requirit B. — 20) aliquem] fratrem *add.* B. — 21) prioris *om.* B. — 22) domus ipsa *om.* B. — 23) aliter *om.* A1. — 24) iste sunt admoniciones] admoniciones. admonemus ut caveant... B. — 25) omnes *om.* B. — solvantur] persolvant B. — 27) flectunt] genua *add.* B. — 30) nos] famulos tuos *add.* B. — quando dicitur *om.* B. — 31) quando nominatur nomen] ad nominacionem b. virginis B. — 33) nisi] non A1, 2. — nec questum] neque questam. B. —

provincialis vel conventualis ad quos pertinent termini predicti. Quod si contra de cetero aliqui fecerint. teneantur restituere priori conventuali in cuius terminis aliquid acquisierunt.

Item. Fratres ad quos pertinet electio diffinitorum capituli generalis. caveant diligenter. ne aliquem eligant occasione quacumque. nisi sit unus de magis ydoneis. sicut dicit constitucio.

Item. Ordinent semper priores tres fratres de consilio fratrum. qui cum priore et suppriore et procuratore? audiant semper computacionem. et sciant statum domus quo ad temporalia.

Item. Intermedia que sunt in ecclesiis nostris inter seculares et fratres. sic disponantur ubique per priores. quod fratres egredientes et ingredientes de choro non possint videri a secularibus. vel videre eosdem. Poterunt tamem alique fenestre ibidem aptari? ut tempore elevacionis corporis dominici possint aperiri.

Item. Provideant priores provinciales et diffinitores capitulorum provincialium. ut constitucio de vilitate vestium? tam in clericis quam in laycis diligenter observetur.

Item. Studentes missi Parisius. vel ad alia sollempnia studia. nulla contrahant debita. nisi concessionem habeant a suis provincialibus per patentes litteras sibi factam. sed nec alii fratres debita contrahant. nisi de speciali et expressa licencia prelatorum suorum.

Item. Lectores qui parum de textu legere consueverunt? corrigant se in hoc et tantum legant de textu. ut fratres in addiscendo bibliam totam. sub eis valeant proficere.

Item. Fratres occasione queste vel qualibet alia occasione ab invicem non discedant.

Item. Non procurent licencias ab episcopis de indulgenciis faciendis seu confessionibus audiendis vel votis commutandis seu dispensacionibus vel huiusmodi sine licencia priorum suorum.

Item. In alis que sunt in ecclesiis iuxta chorum fratrum a dextris et a sinistris? mulieres ingredi non permittantur.

Item. Fratres non faciant sibi scribi psalteria vel alia scripta per moniales. vel alias mulieres.

Ista sunt suffragia. Pro domino papa et statu universalis ecclesie?

---

1) predicti] ipsi B. — 2) fecerint] faciant A2. — 4) diffinitorum] diffinitoris A2. — 5) nisi sit unus] nisi unum B. — 6) sicut dicit constitucio *om.* B. — 9) sciant *om.* B. — 10) inter] nos et *add.* B. — 12) vel] nec B. — 15) item provideant] provideant eciam B. — 17) laycis] conversis B. — 18) idem *om.* B.— 19) nisi — suorum] nisi de speciali et expressa licencia prelatorum suorum sed nec eciam alii fratres B. — habeant *om.* A1,2. — 22) parum *om.* B. — 23) se in] se de B. — ut] quod B. — bibliam totam *sic corr.* bibliothecam *quod legitur in textu* A1; totam *om.* B. — 24) sub eis *om.* B. — 25) queste] questus B. — vel] seu B. — 27) procurent licencias] procurant licenciam B. — 29) vel] seu B. — priorum] prelatorum A1. — 34) ista sunt — concedimus *om.* B. — universalis] tocius A2.

quilibet sacerdos ·iii· missas. clericus psalterium. conversi ·d· pater noster. — Pro fratribus nostris et fratribus minoribus. familiaribus et benefactoribus nostris recommendatis. quilibet sacerdos ·iii· missas. clerici et layci? ut supra etc.

Concedimus ·i· domum in Francia. Item ·i· in Theuthonia. Item ·i· in Anglia. ·ii· in Grecia.

Capitulum generale Londoniis. in Anglia. anno futuro.

Absolvimus priorem provincialem Hyspanie. et priorem provincialem Provincie. scilicet fratrem Poncium de Sparra.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS LONDONIIS CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· L°·

Confirmamus has. Ubi dicitur in constitucionibus. Mortuo priore provinciali vel amoto. prior illius loci. etc. addatur. Si autem vicarium eiusdem infra tempus vicarie sue. mori vel amoveri contigerit. prior illius domus. ubi capitulum provinciale antecedens celebratum fuerat. vices prioris provincialis in omnibus optineat. et sic deinceps donec etc. Et habet ·iii· capitula.

Item hanc. In constitucionibus ubi dicitur. Si quis per contumaciam vel manifestam rebellionem. inobediens prelato suo. addatur. extiterit. vel cum eo intus vel foris contendere ausus fuerit. etc. Et hec habet ·iii· capitula.

Approbamus has. Ubi dicitur in constitucione. Librum autem istum quem consuetudinarium appellamus. deleatur et dicatur sic. Librum autem istum diligenter conscripsimus. in quo. etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. Ubi dicitur in constitucionibus. Et in omni oracione quando nomen beate virginis nominatur. addatur et dicatur sic. Quando nomen beate virginis et beati Dominici nominatur. et eciam quando nomen beate virginis nominatur in antiphona. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. Ubi dicitur in constitucionibus. et sic faciant ad omnes horas. addatur. finita autem lectione in matutinis. nisi fiat officium de

---

2) nostris *om.* A2. — 5) Concedimus] concessiones domorum. concedimus B. — item *bis om.* B. — 7) generale — futuro] generale sequens erit Longdoniis in Anglia B. — 8) absolvimus — Sparra *om.* B. — in isto capitulo generali fuit absolutus a provincialatu provincie. frater Poncius de Sparra. vasco nacione. leo constancia et virtute. In quo laboraverat duodecim annis utiliter et viriliter. Cui successit frater Stephanus aluernus. sic cognominatus *add. in marg.* A1, 2. — 12) Londoniis] Longdoniis B. — 15) has] hanc constitucionem ubi dicitur. mortuo... B. — 23) vel — intus] et cum eo proterve intus A2. — 25) constitucione] constitucionibus A2. — 29) virginis] Marie *add.* B. — addatur — nominatur *om.* A2. — 33) autem *om.* A2.

mortuis. ille qui legit inter pulpitum et gradus. quod est in medio chori? inclinacionem faciat. vel prosternat se pro tempore. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de ieiuniis post illud verbum. omnium sanctorum et Andree apostoli. addatur et dicatur sic. Quadragesimali utimur cibo. Idem dicimus de ·vi· feriis. nisi dies natalis domini ea die evenerit. nisi cum aliquo etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de cibo. ubi dicitur. pulmenta nostra sint sine carnibus. usque. in nostris conventibus. addatur et dicatur. preterquam in infirmariis. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. Ubi dicitur in constitucionibus. itinerantes bis refici possunt nisi in adventu domini et ieiuniis principalibus ab ecclesia institutis. addatur. et ·vi· feriis. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. Pelliceis silvestribus et coopertoriis quarumcumque pellium fratres nostri non utantur. deleatur hoc et dicatur sic. pelliceis silvestribus non utantur fratres nostri. nec utantur coopertoriis quarumcumque pellium. nisi in infirmaria. non tamen utantur ibidem coopertoriis pellium silvestrium. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de rasura. in fine dicatur sic. In qualibet rasura communicent omnes fratres. poterunt autem omnes fratres interdum in aliqua die feriali communicare. si visum fuerit priori. quando melius poterunt interesse. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de silencio. ubi dicitur. breviter et submisse. addatur. nisi de licencia episcoporum seu electorum. aut maiorum hiis seu eciam regum. cum contigerit nos cum eis comedere. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de recipiendis. illud. nullus recipiatur in canonicum vel conversum. etc. usque ad illud. nullus recipiatur infra ·xviii· annos. deleatur totum et dicatur sic. Nullus recipiatur in fratrem clericum (1) nisi a priore provinciali vel ab illo cui super hoc dederit licenciam

---

4] capitulo] constitucionibus B. — 11] hanc — itinerantes] hanc in capitulo de itinerantibus ubi dicitur. itinerantes B.— 14] hanc] in capitulo de vestitu *add.* B.— 17] nisi — ibidem *om.* A2.— 20] omnes *om.* A2.

---

(1) Ea de re cf. MAMACHI, *Annal. Ord. Praedicat.* tom. I. Romae m.dcc.lvi. pag. 462. 463. et librum quem tacito nomine scripsit FR. IACOB: *Memoires sur la Canonicité de l'Institut de S. Dominique, ou examen de la Question, sçavoir: Si les FF. Prêcheurs ont été reçus dans l'Eglise en qualité de Chanoines-Réguliers, et s'ils doivent encore être regardez comme tels? Contre certains écrits ou factums, dans lesquels cette qualité est contestée à ces Religieux.* Beziers MDCCL.

Qui liber in italicum idioma translatus est, notisque locupletatus, hoc praemisso titulo: *Difesa del canonicato de' FF. Predicatori, ove si dà un saggio della*

specialem. vel a priore conventuali cum assensu tocius vel maioris partis capituli. Conversum autem non recipiat prior provincialis nec aliquis de eius licencia. nisi de consensu conventus. ubi fuerit induendus. nec conventus aliquis recipiat conversum sine licencia prioris provincialis. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de levi culpa. illud quod dicitur in fine. clamatis de supradictis etc. usque in finem capituli deleatur. et dicatur sic. vel proclamantibus se de supradictis. detur penitencia secundum quod prelato videbitur expedire. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de graviori culpa. illud. eodem modo penitere debet. usque ad illud. Si quis tale quid etc. deleatur et dicatur sic. Si autem quod deus avertat quis in peccatum carnis lapsus fuerit. ipsum non solum supradicta pena? sed gravius puniendum censemus. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. mortuo magistro vel a magisterio amoto. priores provinciales ·xii· provinciarum etc. removeatur ·xii· provinciarum. et dicatur sic. priores provinciales in omnibus etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. donec in parte altera. maior possit numerus inveniri. addatur et dicatur sic. quod si non omnes priores provinciales ad electionem magistri convenerint? illi quos ex ipsis venire contigerit. supradictam habeant potestatem. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de studentibus. in fine dicatur sic. libri ordinis seu fratrum non vendantur. nisi precium eorum in alios libros seu scripta convertatur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In fine constitucionum dicatur sic. garciones seu famuli seculares. in coquinis et infirmariis nostris non admittantur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum. in fine dicatur sic. fratres qui in uno anno electi sunt in diffinitores capituli provincialis. in sequenti anno non eligantur ad idem officium. Idem dicimus de diffinitoribus capituli generalis. Et hec habet ·ii· capitula.

---

6) illud *om.* A2. — 10) hanc *om.* A1. — graviori] gravi B. — 15) in capitulo *om.* A1,2. — 31) fratres *om.* B. — 32) diffinitoribus] diffinitore A2.

Istituzione, Riforma, Propagazione, Spirito, Vestito, e Diritti degli antichi e moderni Canonici, e si presenta una giusta idea dell'Istituto Domenicano. Venezia 1758. Mamachii et Iacobi argumenta pluribus argumentis roborare facile est; quae remisi ad praefationem. Legas omnino Denifle *Archiv etc.* I, p. 5-12.

Item hanc. In capitulo de visitatoribus. in fine dicatur sic. visitatores autem in anno visitacionis sue. si commode possunt. veniant ad capitulum provinciale vel generale. si in sua provincia celebretur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. illud quod dicitur. priorem loci. ubi provinciale capitulum celebratur. deleatur et dicatur sic. aliquem loco eius substituentes. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. cum singulis sociis a capitulo suo electis. deleatur. a capitulo suo. et dicatur. a pluribus de capitulo suo. eciam citra medietatem eligencium electis. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum. ubi dicitur. aliquis de magis ydoneis eligatur. qui sit generalis capituli diffinitor. addatur. secundum formam supradictam. in electione diffinitorum capituli provincialis. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de predicatoribus. illud quod dicitur in principio. fratres qui sunt ydonei. etc. usque ad illud verbum. statuimus etc. totum deleatur. et dicatur sic. Provideant diligentissime priores. ne committant predicacionis officium. nisi fratribus ad hoc ydoneis et moribus et sciencia approbatis. ne ex insufficiencia predicancium ordo veniat in contemptum. et vergat in periculum animarum. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi subiungitur. statuimus autem ut nullus fiat predicator generalis. antequam theologiam audierit per tres annos. addatur. et nisi sit maturus et discretus ad negocia ordinis in capitulis pertractanda. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. Ubi dicitur de conversis. psalteria non habeant. addatur. nec eciam aliquos alios libellos. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. post illud. nisi prior provincialis aliter ordinaverit. addatur. et dicatur sic. si vero mortuo priore vel amoto. domus suppriore caruerit. tres fratres illius conventus qui primitus habitum nostri ordinis susceperunt. aliquem fratrem de illo conventu eligant: qui vices supradictas prioris optineat. quousque domus illa priorem presentem habuerit. vel suppriorem. vel prior provincialis aliter ordinaverit. Et hec habet ·ii· capitula.

Inchoamus has constituciones. In capitulo de silencio. ubi dicitur. fratres in capitulo de silencio se accusent. et prioris arbitrio puniantur.

---

5) de capitulo *om.* B. — 12) aliquis *om.* B. — 16) quod — fratres] quod a principio. fratres B. — 21) in contemptum *om.* A2. — 36) inchoamus — fratres] inchoaciones. Item inchoamus hanc in capitulo de silencio ubi dictum est. fratres B. — 37) in capitulo *om.* B. — prioris] priorum B.

addatur. si quis tamen infra duo capitula ·vi· vicibus sine licencia locutus fuerit. abstineat in pane et aqua. in terra sedendo. et hoc in prandio et non in cena.

Item hanc. In fine capituli de electione prioris provincialis. addatur et dicatur sic. prior provincialis vel conventualis absolutus. infra annum a tempore absolucionis. nusquam ad idem officium assumatur.

Item hanc. In capitulo de recipiendis. ab illo loco ubi dicitur. probacionis vero tempus ·vi· mensium etc. usque ad illum locum. nullus recipiatur nisi requisitus an. etc. deleatur totum et dicatur sic. probacionis vero tempus unius anni statuimus. ut ipse recipiendus austeritatem ordinis. et fratres mores experiantur ipsius.

Item hanc. In capitulo de capitulo generali. ubi dicitur. priori provinciali eunti ad capitulum generale. detur socius a diffinitoribus provincialis capituli. addatur et dicatur sic. quod si priorem provincialem mori vel impediri contigerit. quod venire non possit ad capitulum generale. socius sibi datus admittatur ad diffinicionem. et si in via defunctus fuerit. fiat pro eo sicut pro socio diffinitoris capituli generalis.

Item hanc. In capitulo de domibus concedendis. in fine dicatur sic. Statuatur autem semper aliquis frater clericus vel conversus maturus qui sit portarius. et qui diligenter que ad officium portarii pertinent: exequatur. et ubi unus frater non sufficit: plures fratres ponantur.

Item hanc. In capitulo de itinerantibus. ubi dicitur. non accipient nec portabunt. addatur. si quis autem aliquid receperit de predictis. teneatur prelato suo. cum redierit presentare.

Item. In fine capituli de officio ecclesie. addatur et dicatur sic. quod osculum pacis in missis nostris privatis non detur. nec in conventualibus nisi ministro. qui fratribus non offerat nisi in diebus in quibus communicare debemus. secularibus autem tam in conventualibus quam in privatis: poterit exhiberi.

Item hanc. Ubi dicitur in constitucionibus. depositarii autem esse possunt. addatur. in quolibet conventu constituantur tres ydonei fratres per priorem. qui deposita diligenter custodiant sub tribus clavibus. a predictis tribus servatis. quas nunquam unus teneat. et cum testimonio fratrum recipiant et reddant. Iidem eciam depositarii sigillum conventus

---

1) tamen] autem B. — 2) aqua] et *add.* B. — 5) sic] idem *add.* B. — absolutus] quod *add.* A2. — 6) a — ad] a tempore sue absolucionis numquam ad B. — 9) an *om.* B. — 10) austeritatem] austeritates B. — 16) sibi] ei B. — ad diffinicionem] a diffinitoribus B. — 17) diffinitoris *om.* A2. — 19) maturus] discretus et securus *add.* B. — 20) qui *om.* B. — 21) frater *om.* B. — 22) accipient] capient B. — 24) redierit] libere *add.* B. — presentare *om.* B. — 27) ministro... offerat] ministris... offerant B. — 29) privatis] missis *add.* B. — 30) in constitucionibus *om.* B. — depositarii] autem *add.* A1. — 31) quolibet] autem *add.* B. — 33) servatis] servandis B.

custodiant in deposito. et nemini tradant nisi cum consensu conventus vel maioris partis.

Admonemus quod tales mittantur ad loca pro generali studio deputata? qui sint habiles ad studendum.

Item. Quod seculares persone in refectorio et in domo hospitum. de facili non admittantur. nec in dedicacionibus et festis ecclesiarum? ut beati Dominici. ad prandium invitentur.

Item. Admonemus ne fratres domus. in qua capitulum generale vel provinciale celebrandum est. extra terminos sue predicacionis occasione dicti capituli. questum faciant. duas pitancias non excedant. qui venire non tenentur. non veniant. personas seculares non invitent ad mensam. et ubi usus vini communis non est? illud non procurent nec emant.

Item. Quod in nostris ecclesiis sepulture non fiant.

Item. Quod fratres nostri non bibant in villis ubi conventum habemus. nisi in locis in quibus licet eis comedere secundum constitucionem.

Item. Ne priores permittant. fratres monasteria monialium frequentare. nec earum confessiones nisi in manifesto audire.

Item. Prohibemus. ne fratres nostri cantent nisi in ea voce. in qua cantus inchoatus est. non in octava.

Item. Admonemus quod tam priores quam alii fratres. solliciti sint constructiones. dedicaciones ecclesiarum. tam apud se quam apud alios? in honorem beati Dominici procurare.

Item. Quod admoniciones tam generalium quam provincialium capitulorum diligencius observentur. et si minus observate fuerint? per visitatores severius corrigantur.

Item. Quod. te deum laudamus. non cantetur in electione prioris provincialis.

Item. Quod conversi recipiantur in capitulo clericorum. et ibidem. veni creator. legendo dicatur.

Item. Cum multorum fratrum de diversis provinciis super discordia multiplici divini officii. per ·iiii^or^· fratres ordinati. querelas recepimus tempore capituli generalis. visum est magistro et diffinitoribus. ut ad sedandas querelas. predicti fratres in Methim veniant in festo omnium sanctorum. ad correctionem dicti officii faciendam. et in unum volumen

---

1) in deposito *om.* A2. — tradant] reddant A2. — 5) et in domo hospitum *om.* B. — 6) et] in *add.* B. — 11) veniant] venient B. — personas] item quod personas B. — 17) ne priores] quod priores non B. — monasteria *om.* A1, 2. — 18) manifesto] publico B. — 19) ne.... cantent] quod.... non cantent B. — 20) non] et in ecclesia B. — 22) constructiones — tam] constructiones et dedicaciones ecclesiarum et altarium. tam B. — 25) observate] servate B. — 27) laudamus *om.* B. — 31) item] de correctione officii *ante* item *add.* B. — cum] quod B. — 34) in Methim veniant] Methis conveniant B. — 35) dicti *om.* B.

redigendam. qua propter mandamus et in remissionem peccatorum iniungimus. quatinus ad predicta perficienda dicti fratres statuto tempore ad locum veniant memoratum. interim autem a rescribendis libris vel corrigendis secundum predictam correctionem eorumdem? abstineant universi.

Suffragia. Pro domino papa et statu universali ecclesie? quilibet sacerdos ·iii· missas. clericus psalterium. conversus ·d· pater noster.

Pro fratribus minoribus etc.

Pro diffinitore Provincie fratre Iuliano. priore Burdegalensi in via defuncto. quilibet sacerdos ·iii· missas etc. (1).

Item. Concedimus fratri Clementi ordinis nostri. episcopo Scocie post mortem ·i· missam per ordinem a quolibet fratre sacerdote. et in provincia Anglie fiat pro eo quod pro alio fratre (2).

Capitulum generale sequens in Methis in provincia Francie.

Absolvimus priores de novo Castro. etc. Scasensem. (3) quia tempore famis hedificavit domum et magnis debitis obligavit. et fratres penuria victus afflixit.

Iniunctiones penitenciarum. Item. De parte Lundons (!) in Dacia. et damus ei ·v· psalteria ·v· disciplinas ·v· missas. quia cum habuisset edificia competencia pro studio. illa destruxit et nova inchoavit. et studium impedivit. et non reeligatur de cetero in priorem. impolimus (!) in eodem suppriorem pariter. et volumus quod nullus istorum absolutorum ad officium prioratus vel supprioratus usque ad annum reeligantur (!).

Absolvimus priores provinciales Ungarie. Dacie. et Terre sancte. Omnes priores Romane provincie de regno domini Frederici expulsos absolvimus. et mandamus quod fratres inde expulsi in proximo provinciali capitulo certis conventibus assignentur. Priori provinciali Anglie damus ·v· dies in pane et aqua ·v· psalteria ·v· missas ·v· disciplinas. et de edificiis minus se intromittat.

Priori Meonensi ·iii· dies in pane et aqua ·iii· missas ·iii· disciplinas. et claustrum secundum quod inceptum est. non compleatur.

Priori Londonensi ·ii· dies in pane et aqua ·ii· psalteria ·ii· missas ·ii· disciplinas.

---

2) statuto] predicto B. — 4) universi] fratres B. — 6) suffragia — Capitulum *om.* B. — 14) generale *om.* B. — in Methis] erit Methis B. — 15) absolvimus *usque ad acta capituli Methis celebrati om.* A1,2.

---

(1) De morte fr. Iuliani cf. MOPH I p. 266 c. III, § 11.

(2) De fr. Clemente ep. Dumblanensi cf. SSOP I p. 111, 149; EUBEL *Hierarchia* p. 238.

(3) Scasensem: legendum esse arbitror Zossensem, quod idem sonat ac Rossensem (Ross in Scotia) cf. SSOP I, XI.

Fratri Roberto Archio damus ·iii· dies in pane et aqua ·iii· missas ·iii· disciplinas. quia visitavit instante capitulo generali in presencia diffinitorum et vestes non correxit. et hoc anno ad officium visitacionis non eligatur.

Fratres de novo Castro qui in equis venerunt. faciant penitenciam in constitucionibus expressam.

Prioribus qui contra consuetudinem communem et post admonicionem generalis capituli Colonie celebrati. pulmenta cocta cum carnibus dari fratribus in domo hospitum permiserunt. iniungimus ·ii· dies in pane et aqua ·ii· missas ·ii· disciplinas ·ii· psalteria.

Actis additae sunt litterae magistri ordinis; cf. app. n. II.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen

HEC SUNT ACTA CAPITULI GENERALIS METHIS CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· LI°·

Confirmamus hanc constitutionem. ubi dicitur. librum autem istum quem. etc. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. Quando dicitur. In omni oracione. quando nomen beate virginis. etc. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. Ubi dicitur. Sic faciant ad omnes horas. etc. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. De capitulo de cibo. ubi dicitur. pulmenta nostra. etc. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In capitulo de vestitu. ubi dicitur. pelliceis. etc. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In capitulo de silencio. ubi dicitur. breviter etc. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In capitulo de recipiendis. ubi dicitur. nullus recipiatur in fratrem clericum etc. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In capitulo de levi culpa. ubi dicitur. clamatus vel proclamatus etc. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In capitulo de gravi culpa. ubi dicitur. eodem modo. etc. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In electione magistri. ubi dicitur. mortuo magistro. etc. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. donec in parte altera. etc. Et hec habet tria capitula.

---

15) *confirmationes, approbationes, inchoationes om.* A1, 2.

Item hanc. In capitulo de studentibus. in fine dicatur sic. libri ordinis etc. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In capitulo ·i· de capitulo provinciali. ubi dicitur. priorem loci. etc. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. cum singulis sociis. etc. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum. ubi dicitur. aliquos de magis ydoneis. etc. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In capitulo de predicatoribus. illud quod dicitur a principio. etc. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi subiungitur. statuimus quod nullus. etc. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In capitulo de conversis. ubi dicitur. psalteria. etc. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. post illud. nisi prior provincialis. Et hec habet tria capitula.

Approbaciones. Approbamus hanc constitucionem. in fine capituli de electione prioris provincialis. addatur et dicatur sic. item prior provincialis. etc. Et hec habet duo capitula.

Item hanc. In capitulo de recipiendis. ab illo loco ubi dicitur. probacionis vero. etc. Et hec habet duo capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo generali. ubi dicitur. priori provinciali. etc. Et hec habet duo capitula.

Item hanc. In capitulo de itinerantibus. ubi dicitur. nec accipient. etc. Et hec habet duo capitula.

Inchoamus hanc constitucionem. In capitulo de officio ecclesie. in fine addatur. osculum in missis non detur nisi ministro qui (det) secularibus. tam in privatis quam in conventualibus missis poterit exhibere.

Item hanc. quod festum beate Katherine fiat festum semiduplex et cum hystoria propria celebretur. Quod in festo beate Magdalene. fiat memoria de beata Martha. Et quod festum ·xi· millium virginum fiat festum ·ix· lectionum.

Item hanc. In capitulo de rasura. ubi dicitur. sexta in pentecoste etc. deleatur totum usque in finem et dicatur sic. sexta in ·xv^{a}· (!) pasce. septima in dominica ante ascensionem ·viii· in pentecoste. nona inter penthecosten et festum Iohannis Baptiste. quod tamen si inter pentecosten et festum Iohannis Baptiste plus quam ·iv· septimane fuerint. alia que est ibi equaliter partito tempore celebretur..... poterit autem propter prolixitatem temporis aliquibus diebus anticipari [rasura ita ut ·x^{a}·] ad festum apostolorum Petri et Pauli transferatur. ·xi^{a}· pridie idus iulii ·xii^{a}· pridie kalendas augusti ·xiii^{a}· in assumpcione beate virginis ·xiv^{a}· in na-

tivitate eiusdem ·xv^a· in festo Michaelis ·xvi^a· in festo ·xi· millium virginum ·xvii^a· in festo beati Martini ·xviii^a· in festo sancti Andree.

Item inchoamus hanc. In capitulo de graviori culpa. in fine addatur. si quis autem in capitulo proclamaverit de graviori culpa et proclamatus negaverit ac clamans in probacione defecerit. pena[m] sustineat talionis. verumptamen ne vicia occultentur. denunciare prelato suo que viderit vel audierit. teneatur.

Item hanc. In capitulo de domibus concedendis. in fine addatur. Statuatur semper aliquis frater clericus vel conversus maturus. discretus et securus qui sit portarius et diligenter que ad officium portarii pertinent exequatur. Poterit autem aliquem fratrem vel secularem honeste conversacionis habere in adiutorium cum necessitas hoc requiret.

Item inchoamus hanc. In capitulo de capitulo generali. ubi dicitur. seorsum corrigant et emendent. addatur. qui coram ipsis humiliter se prosternens veniam faciat. et stans de suis excessibus se accuset. et diffinitores audiant accusantes.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. statuimus autem ut prior provincialis. etc. removeatur. prior provincialis. et dicatur sic. statuimus ut electum in priorem provincialem. etc.

Item. In eodem capitulo. ubi dicitur. poterit nichilominus eum magister ordinis confirmare. addatur. quod si ordo magistro caruerit. unus de vicinis prioribus provincialibus quem vicarius provincialis duxerit eligendum. confirmandi eumdem electum plenam habeat potestatem. Si vero eumdem vicarium in provincialem eligi contigerit. prior qui prius habitum nostri ordinis assumpsit. [et] domui de qua assumptus est vicarius. vicinior extiterit: prefatam in eligendo habeat potestatem.

Item hanc. In capitulo de solempni celebracione capituli. in principio. ubi dicitur. cum autem in ·iv^a· feria post pentecosten fratres in capitulum. etc. deleatur in ·iv· feria et dicatur sic. Cum autem in die pentecostes fratres in capitulum. etc. usque ad illum locum. ea vero que de generali capitulo dicta sunt. deleatur totum usque in finem eiusdem capituli.

Item. In eodem capitulo. ubi dicitur. et si accusent de auditu vel visu. addatur. accusacio unius tantum ad capitulum generale vel provinciale non mittatur. et tractatus actionum prior conventualis infra unum diem vel duos ad plus terminetur (!).

Item hanc. In capitulo de predicatoribus. ubi dicitur. Nullus fiat predicator generalis. addatur. nisi per capitulum generale. vel per priorem provincialem cum diffinitoribus capituli provincialis. et antequam etc.

Item hanc. In capitulo de conversis. ubi dicitur. non sint alba. sicut et tunice. admoveatur et dicatur sic. que sint eiusdem coloris. sicut et cape clericorum.

Item hanc. In constitucionibus. ubi dicitur. depositarii tamen esse possunt. addatur. in quolibet conventu instituantur tres ydonei fratres. per conventum vel per maiorem partem conventus qui diligenter deposita custodiant sub tribus clavibus a tribus predictis servandis. quas nunquam unus teneat. et cum testimonio fratrum ipsa deposita recipiant et reddant. nec deposita sigillata recipiant. nisi prius videant. quid sub sigillo contineatur. nisi essent persone cognite et approbate. Iidem autem depositarii. sigillum conventus in deposito custodiant. et nemini tradant. nisi cum consensu conventus vel maioris partis.

Monemus? quod moniciones tam generalium quam provincialium capitulorum diligencius observentur. et si minus servate fuerint. per visitatores severius corrigantur.

Item. Monemus priores provinciales. quod propter innocencie conservacionem. et bone vite informacionem. faciant predicari verbum dei pueris in scolis et eorum confessiones audiri. si voluerint confiteri.

Item. Quod priores non sint faciles ad dispensandum in ieiuniis ordinis. et dum prior ipse presens in domo extiterit? super eis subpriori non conferat potestatem dispensandi. Sane si aliqui propter iuventutem. vel debilitatem duplici refectione indigent. illi mane (1) obtenta licencia. et in secunda mensa (2) comedant. propter dissolucionem nocturnam (3). que ob cenas serotinas consuevit contingere? evitandam.

Item. Quod fratres in locione pedum honeste se habeant. nec supra genua se discooperiant. nec lavari supra genua ab aliis se permittant.

Item. Quod fratres nostri medici. curam aliorum infirmorum quam fratrum nostrorum non suscipiant. et quod fratres conversi ordinis nostri. de iudicandis pulsibus et urinis se nullatenus intromittant.

10) monemus] admonemus B. — moniciones] admoniciones B. — 11) diligencius] diligenter B. — 13) monemus — quod *om.* B. — 16) quod priores non] ne priores B. — 17) prior *om.* B. — eis] hiis B. — subpriori *om.* A2. — 19) indigent] indigeant B — mane] hora competendi *add.* B. — 21) ob] propter B. — evitandam] evitandas A2; cavendam B. — 22) supra] super B. — 23) ab aliis *om.* B. — 24) item] admonemus *add.* B. — nostri] clerici B. — 25) nostrorum *om.* B.— conversi — de pulsibus] conversi autem ordinis nostri de pulsibus B.

(1) Quo ritu tale ientaculum (*mixtum novitiorum* alias dictum) haberi consueverit docet *Libellus, seu Tractatus de Instructione Novitiorum,* in appendice *Operum* v. *Humberti de Vita regulari,* ed. BERTHIER tom. 2, pag. 538, cap. 10.

(2) In refectoriis Praedicatorum, loco proprio, mensa quaedam novitiis aliisque fratribus sternebatur, quibus mane post primam aut post capitulum ieiunia solvere liceret: *secunda mensa* ideo dicta, quod ei etiam in unum assidere soliti sint, qui commune prandium participare non potuissent. Qua de re cf. *Humbert.* ibid. pag. 291 et pag. 296.

(3) *Dissolutionem* intellige colloquia vana, risum effusiorem aliaque id genus a regularis viri gravitate absona. Ea voce saepius utitur Humbertus.

Item. Quod priores solliciti sint dare beguinis confessores certos. discretos et maturos. et determinent tempus nec nimis rarum nec nimis frequens. vacandi earum confessionibus.

Item. Monemus quod tales mittantur ad loca pro generali studio deputata: qui sint maturi in moribus et habiles ad studendum.

Item. Quod in quolibet conventu certus corrector lectionis in mensa ponatur. qui ut melius corrigere valeat. ea que legenda sunt: diligenter studeat previdere.

Item. Quod caveant fratres clerici. et conversi. ne referant fratribus in domo. sediciones civitatum vel pericula bellorum vel guerrarum. que viderint vel audierint extra claustrum. vel alia que animos fratrum audiencium. ad contenciones vel disputaciones inutiles: valeant concitare.

Absolvimus priorem provincialem Terre sancte. Et iniungimus ei tres dies in pane et aqua ·iii· psalteria ·iii· disciplinas et ·iii· missas. Rupel[ensem] et iniungimus ei ·v· dies in pane et aqua ·v· psalmos ·v· missas pro excessibus in domo sua commissis. et insufficienter correctis. Et quia contra admoniciones capituli precedentis in ecclesia fratrum sepulturas admisit. et omnibus qui predictis sepulturis assensum expressum [prebuerunt] ·i· diem in pane et aqua et ·i· disciplinam.

Item. Absolvimus priorem de monte Dynan. ut in officio lectoris occupetur Lugduni. Et volumus quod omnes priores absoluti per totum annum [post] presens capitulum. a prioratus officio quiescere permittantur.

Item. Correctiones cellarum in Lugdunensi domo diffinitoribus capituli generalis Provincie et Romane provincie vel uni eorum si alter defuerit. duximus committendum. Ad cuius correctionis formam. prior Lu[gdunensis] scilicet. cellas domus sue circa festum beati Dominici corrigere teneatur.

Item. Iniungimus priori provinciali Theotonie. quod de consilio diffinitorum capituli generalis vel provincialis faciat subvenire domui Coloniensi ab aliis provincie sue domibus. ne studium generale ibi positum propter inopiam domus impediri contingat.

Item. Iniungimus provinciali Francie et diffinitoribus capituli provincialis presentis. quod in ·xv· fratribus de provincia Francie ydoneis et honestis provideant Terre sancte. inter quos sint duo lectores. Et eodem modo iniungimus prioribus et diffinitoribus capitulorum provincia-

1) item] admonemus *add.* B. — solliciti sint dare] dant B. — 2) determinent] determinatum B. — tempus nec] tempus non B. — 3) vacandi earum confessionibus] assignare confessionibus B. — 4) monemus *om.* B. — 5) in *om.* B. — 6) in mensa *om.* B. — 7) ponatur] a priore *add.* B. — ut *om.* B. — valeat] et *add.* B. — diligenter *om.* B. — 9) caveant se *add.* B. — et] vel A1, 2. — 11) vel (*ante* pericula) *om.* B. — vel guerrarum] et guerrarum B. — 13) absolvimus *usque ad acta capituli sequentis om.* A1, 2.

lium proximorum instancium scilicet Anglie. Theotonie et Lombardie. quod de qualibet dictarum provinciarum in ·v· fratribus ydoneis et honestis provideant Terre sancte. et mittant eos infra annum instantem.

Item. Officium diurnum et nocturnum secundum ultimam correpcionem ab omnibus recipiatur. et unum exemplar Parisius. aliud Bononie reponatur. et secundum eorum formam omnes libri ordinis scribantur vel corrigantur.

Concedimus provincie Provincie duas domos. Francie unam. Ungarie ·i· ad peticionem regine.

Capitulum sequens Bononie celebrabitur.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS BONONIE CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· LII°·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de itinerantibus. ubi dicitur. nec accipient nec portabunt. addatur. si quis autem aliquid acceperit de predictis. teneatur prelato suo cum redierit. libere presentare. Et hec habet ·iii· capitula.

Approbamus hanc. In capitulo de officio ecclesie. in fine addatur. osculum pacis in missis non detur. nisi ministro. qui secularibus tam in privatis. quam in conventualibus missis poterit exhibere. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de graviori culpa. et proclamatus negaverit. et proclamans in probacione defecerit. penam sustinebit talionis. verumptamen ne vicia occultentur. denunciare prelato quid viderit vel audierit. teneatur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de domibus concedendis. in fine addatur. Statuatur autem semper aliquis frater clericus vel conversus maturus. discretus. qui sit portarius. et diligenter que ad officium portarii pertinent. exequatur. Poterit autem aliquem fratrem vel secularem honeste conversacionis habere in adiutorium. cum necessitas hoc requiret. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo generali. ubi dicitur. seorsum corrigant et emendent. addatur. qui coram ipsis humiliter se prosternens. veniam faciat. et stans de suis excessibus se accuset. et diffinitores audiant accusantes. Et hec habet ·ii· capitula.

---

14) has constituciones] hanc A2; hanc constitucionem B. — 18) approbamus] item approbamus B. — ecclesiae] quod *add.* B. — 22) culpa] quod in fine addatur. si quis in capitulo aliquem proclamaverit *add.* B. — 26) addatur] sic *add.* B. — 29) fratrem *om.* A1. — 30) in adiutorium *om.* A2.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. poterit eum nichilominus magister ordinis confirmare vel amovere. addatur. Si autem ordo magistro caruerit. unus de vicinis prioribus provincialibus. quem vicarius provincie duxerit eligendum. confirmandi eundem electum plenam habeat potestatem. Si vero eundem vicarium. in priorem provincialem eligi contigerit. prior qui prius habitum nostri ordinis assumpserit. et domui. de qua assumptus est vicarius. vicinior extiterit. prefatam in confirmando electionem habeat potestatem. Et hec habet ·ii· capitula.

Inchoamus hanc. In capitulo de sollempni celebracione capituli. ubi dicitur. et si accusant de auditu vel visu. addatur. accusacio autem unius tantum ad capitulum generale. vel provinciale non mittatur. et tractatus eorum que mittenda sunt ad capitulum. ultra unam diem non prolongetur.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. ubi dicitur. et predicatores generales. addatur. predicatores autem generales dicimus. qui per priorem provincialem et diffinitores provincialis capituli fuerint instituti.

Item hanc. In capitulo de sollempni celebracione capituli. ubi dicitur. cum autem feria ·iiiiª· post penthecostem. deleatur ·iiiiª· et dicatur ·iiª· In fine vero eiusdem capituli· ubi dicitur feria ·iiª· post penthecosten. deleatur. feria ·iiª· et dicatur. in vigilia pentecostes. In capitulo vero de electione magistri. ubi dicitur. qui postquam fuerint congregati in feria ·iiª· deleatur. feria ·iiª· et dicatur. in vigilia pentecostes. In fine vero ubi dicitur. ut semper in ·iiiiª· feria pentecostes. deleatur ·iiiiª· feria. et dicatur ·iiª·

Item hanc. In capitulo de itinerantibus. in fine dicatur sic. quicumque prior provincialis sine licencia magistri. vel frater alius quicumque sine licencia magistri vel prioris provincialis sui. episcopatum vel archiepiscopatum receperit. nisi per talem obedienciam cogatur quod transgrediendo peccaret mortaliter. ipsum statuto presenti. suffragiis. societate ac omnibus beneficiis ordinis tam in vita quam in morte privamus.

Item hanc. In capitulo de itinerantibus. in fine dicatur sic. fratres ordinis nostri episcopi vel aliis quibuscumque personis extra ordinem assignatos qui in ieiuniis. abstinenciis. victu et vestitu statuta ordinis non servant. suffragiis et beneficiis ordinis tam in vita quam in morte privamus. quousque super huiusmodi excessu adeo digne satisfecerint. quod

---

10) hanc] constitucionem *add.* B. — capituli] generalis *add.* B. — 11) accusant] accusantur B. — 16) autem *om.* B. — 17) provincialem] generalem B. — 20) post penthecosten *om.* B. — 21) in fine] infra B. — 33 in capitulo in] in eodem capitulo in fine B. — 34) personis] prelatis *add.* B.

per magistrum ordinis vel per provincialem suum ad huiusmodi suffragia restitui mereantur.

Item hanc. In capitulo de itinerantibus. ubi dicitur. in quacumque provincia fratres itinerantes deliquerint. prior provincialis vel conventualis. addatur. seu vicarii. subprior vel visitator.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. ubi dicitur. accusacioni vero. et correctioni. professi post triennium poterunt interesse. addatur. infra vero idem tempus. fratres aliqui non admittantur in conventibus ad discussionem eorum que ad capitulum generale vel provinciale. fuerint mittenda.

Item hanc. In capitulo de suffragiis mortuorum. ubi dicitur. in unaquaque provincia et conventu etc. deleatur totum usque ad illud. anniversarium. et dicatur sic. quilibet sacerdos per totum ordinem. pro fratribus nostris defunctis. dicat ·xxv· missas. clericus tociens ·vii· psalmos. laicus vero totidem vicibus ·c· pater noster. et quilibet conventus ·vii. missas in communi.

Item hanc. In capitulo de ieiuniis. ubi dicitur. itinerantes tamen bis refici possunt. nisi in adventu et ieiuniis principalibus. addatur. vel. nisi esset talis consuetudo ieiunandi in terris per quas transeunt. quod ex bina refectione. oriri scandalum probabiliter timeretur.

Item hanc. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. in quos ceteri etc. deleatur hoc totum scilicet. in quos ceteri de ipso capitulo. ad electionem magistri compromittant. et dicatur. cum duobus fratribus in capitulo provinciali electis. ad electionem magistri faciendam. veniant ad capitulum generale.

Item hanc. In capitulo de visitatoribus. ubi dicitur. referre debent capitulo generali sive provinciali. deleatur istud. generali sive provinciali. et dicatur ita. diffinitoribus capituli provincialis sive generalis. cum in sua provincia celebratur.

Item hanc. In capitulo de sollempni celebracione capituli. ubi dicitur. penitencia scripta mittatur. addatur. et penitencie que nominatim aliquibus imponuntur. in capitulis generalibus vel provincialibus iniungende. non publicentur nisi coram illis qui culpas audierunt. Cum autem scripte mittentur. non inserantur in actis. sed per illos quorum intererat ad suas provincias vel conventus portentur.

---

1) ordinis *om.* B. — 5) visitator] etc. *add.* B. — 10) fuerint] sunt B. — 12) et conventu] pro unoquoque B. — 13) sic] quolibet anno *add.* B. — 14) XXV] XV B. — missas] et frater *add.* B. — 15) laicus — noster] laycus tociens .c. pater noster dicat B. — 17) tamen *om.* B. — 18) principalibus] ab ecclesia institutis *add.* B. — 22) hoc *om.* B. — 23) compromittant] promittant B. — dicatur] sic *add.* B. — 26) dicitur] quod *add.* B. — 27) sive] vel B. — deleatur — dicatur *om.* A2. — sive] vel B. — 31) et *om.* B. — penitencie] autem *add.* B. — nominatim] nominatenus A2; *quod in* nominatim *corr.* A1. — aliquibus] alicui B. — 34) intererat] interest B.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. in fine dicatur sic. Capitulum autem provinciale. a die qua assignatur. ultra dies ·iiii^or^· non protrahatur. die tamen precedenti in qua assignatur. missa de spiritu sancto debet dici. et diffinitores eligi poterunt.

Item hanc. in capitulo de itinerantibus. ubi dicitur. depositarii etc. deleatur hoc. depositarii esse possunt. et dicatur sic. nec exteriorum deposita recipiant nisi librorum. vel paramentorum ecclesiasticorum.

Item hanc. In capitulo de graviori culpa. ubi dicitur. nisi ita religiose conversatus fuerit quod generale vel provinciale. etc. deleatur hoc. quod generale vel provinciale. usque illuc. si vero. etc. et dicatur sic. quod per diffinitores generalis vel provincialis capituli. illuc reversurus iudicetur. Similiter in eadem rubrica. ubi dicitur. generali vel provinciali capitulo significetur. deleatur hoc totum. et dicatur sic. diffinitoribus generalis vel provincialis capituli significetur. Similiter in rubrica de apostatis. ubi dicitur. nisi per provinciale capitulum cum eo fuerit dispensatum. deleatur hoc totum. et dicatur sic. nisi per diffinitores provincialis capituli. cum eo fuerit dispensatum. Similiter et in fine eiusdem rubrice. deleatur hoc quod dicitur ibi. nisi per generale vel provinciale capitulum fuerit restitutus. et dicatur. nisi per diffinitores generalis vel provincialis capituli fuerit restitutus.

Item hanc. In capitulo de recipiendis. ab illo loco. ubi dicitur. probacionis vero tempus statuimus ·vi· mensium. deleatur totum̄. usque ad illum locum. nullus recipiatur nisi requisitus. etc.

Item hanc. In capitulo de silencio. in fine addatur. si quis tamen inter duo capitula sepcies fregerit. in uno prandio sedeat in terra.

Item hanc. In capitulo de officio ecclesie. totum officium tam diurnum. quam nocturnum. secundum ordinacionem ultimo traditam Methis. anno domini ·m°· cc°· li°· in generali capitulo communiter per totum ordinem observetur.

Admoniciones. Caveant fratres ubique. ne prelatis vel clericis. dent materiam turbacionis vel scandali. sed pocius eos habeant in reverencia et honore. et inducant populum sicut commode poterunt ad devocionem erga eos. et ut iura sua reddant eis fideliter. nec contendant cum eis de potestate quam habemus in confessionibus audiendis et predicacione vel huiusmodi.

---

3) tamen] autem B. — in *om.* B. — assignatur missa] cantatur missa et B. — 5) depositarii] tamen esse possunt *add.* B. — 6) hoc] totum et *add.* B. — exteriorum] extraneorum B. — 7) recipiant] recipiantur B. — 8) in capitulo *om.* B. — 9) quod] per *add.* B. — hoc quod *om.* B. — 10) etc. *om.* B. — 12) dicitur] de *add.* B. — 13) hoc *om.* B. — 16) hoc *om.* B. — 19) dicatur] sic *add.* B. — 22) mensium] menses etc. B. — 23) nisi] prius fuerit *add.* B. — 25) sepcies] sexcies silencium B. — 26) in — totum *om.* B. — 30) caveant] admonemus quod caveant B. — 32) populum sicut] populos ut B. — 33) sua] eorum B. — contendant] contempnant B.

Item. Visitatores huius anni advertant diligenter. si quas invenerint curiositates in celaturis. vel incisionibus lapidum. in picturis. vel in choris. sigillis. fibulis. cultellis. corrigiis. baculis. vestibus. vel huiusmodi. et excessus circa hec viriliter corrigant et emendent.

Item. Sint solliciti fratres. denunciare obitus fratrum aliis fratribus quam cicius commode poterunt. ut defuncti suffragiorum beneficia quantocius consequantur.

Item. Cum aliqui fratres dicantur negligentes esse. in confitendo frequenter. monemus priores et suppriores. ut inquirant diligenter qui sunt huiusmodi. et eos super hoc diligenter corrigant. statuentes eisdem certum tempus. infra quod confiteri debeant secundum quod eis videbitur expedire.

Item. Fratres non scribant nec scribi faciant scripta aliqua per figuras algorismi.

Item. Cum secundum constituciones. fratres non debeant esse dispensatores alienarum pecuniarum. et exequtores testamentorum frequenter oporteat facere contrarium. caveant universi. ne exequciones testamentorum recipiant super se ullo modo.

Item. Si quod verbum prohibicionis inveniatur. in actis capitulorum preteritorum generalium. nolumus quod plus obliget. quam simplex admonicio.

Item. Cum missa dicitur post aliquam horam et alia hora non sequitur post missam immediate. dicatur fidelium et pater noster sicut post horas solet dici. Si autem missa fuerit de mortuis. postquam dictum fuerit. requiescant in pace: non dicatur. fidelium. sed tantummodo. pater noster. In fine vero misse. sacerdos qui celebrat. nunquam det benedictionem.

Item. Sacerdos et ministri altaris cum vadunt sessum. sic ordinati sedeant. ut primo sacerdos sedeat. deinde dyachonus a sinistris eius. tercio subdyachonus a sinistris dyachoni. et postmodum acoliti.

Item. Inchoaciones. vel approbaciones constitucionum. que ex consuetudine ordinis non servabantur: non serventur. quousque per tria capitula confirmentur.

Item. Caveant fratres. ne faciant amodo cereum paschalem. vel alios. cum picturis vel floribus. vel huiusmodi nec in magnitudine notabiles.

---

2) vel] et B. — vel in choris] et incisuris in B. — 3) corrigiis *om.* B. — 6) quam cicius — ut] cito ut B. — quantocius *om.* B. — 8) esse *om.* B. — 9) frequenter *om.* B. — 10) super] de B. — 13) aliqua *om.* B. — 16) testamentorum] testamentum et B. — 17) ne] quod B. — 18) ullo] nullo B. — 20) nolumus] volumus B. — 21) admonicio] monicio B. — 22) sequitur] sequatur B. — 23) dicatur] sequatur B. — sicut — in fine *om.* B. — 26) qui] in conventu *add.* B. — 28) et] alii *add.* B. — 30) tercio] post B. — et *om.* B. — 31) constitucionum] constitucionis B. — 32) ordinis] ante *add.* B. — capitula] non *add.* B. — 34) a modo *om.* B. — vel alios *om.* B. — 35) huiusmodi] curiositatibus B. — nec] eciam *add.* B.

Absolucionem priorum conventualium de Lombardia priori et diffinitoribus capituli provincialis? relinquimus.

Item. Ad studii reformacionem et promocionem admonemus quod quedam capitula. que scripta sunt in constitucionibus. diligencius observentur. videlicet de cellis dandis. vel auferendis. de studentibus non occupandis. de caternis non scribendis. de dubitacionibus coram magistro studencium suo tempore proponendis.

Item. Quod vadant ad repeticionem cotidianam. et quod in generali repeticione profectus eorum examinetur? tam in lectionibus. quam in questionibus diligenter.

Item. Quod studeant in hiis que in scolis audiunt a lectore.

Item. Fratribus ad studium aptis. et libros non habentibus. per provincialem et diffinitores provideatur in libris. prout melius poterit provideri.

Item. Cum tota vel magna causa propter quam studium negligitur sit ex parte priorum qui videntur circa studium negligentes. monemus ut de cetero sint circa promocionem studii diligentes et quod negligentes circa studium. per magistrum studencium in capitulo accusentur. Quod si priores eos corrigere neglexerint? eorum negligencia priori provinciali. per magistrum studencium intimetur. et de hoc pro tempore accusentur.

Item. Prioribus (!) qui fratres licenciaverunt eundi ad curiam? pro qualibet vice ·v· dies in pane et aqua. et fratres alii qui sine licencia iverunt? penam culpe sustineant gravioris.

Concessiones domorum. Item in provincia Hyspanie. concedimus

1) absolucionem — relinquimus *om.* B. — 3) et — quod *om.* B. — 4) que — in *om.* B. — constitucionibus] constitucione B. — 7) studencium *om.* B. — 11) studeant] diligenter *add.* B. — 15) negligitur] sic negligenter B. — 16) priorum — circa] illorum qui...?... circa B. — 18) magistrum — quod si] magistrum. quod ulterius sint circa studium promovendum solliciti et quod si B. — quod si — accusentur *om.* A2. — 20) intimetur — accusentur] intimentur et de hoc suo tempore et loco accusentur B.
21) item *om.* B. — 22) et] sed B. — 23) sustineant] faciant B. — 24) item — Rege Francie *om.* B. *deinde sic pergit:* Capitulum futurum in Ungaria apud Bundi celebrabitur. Duos (!) diffinitores obierunt et unus socius. — Anno domini ·m°· cc°· liii°· capitulum generale vacavit propter mortem magistri ordinis scilicet fratris Iohannis theotonici. qui obiit circa festum omnium sanctorum apud Argentinam. In hoc vero capitulo. fr. Hambertus. prior provincialis Francie in magistrum ordinis est assumptus.

Nota de morte fratris Iohannis theuthonici magistri ordinis et ubi iacet (1).

Anno domini ·°m·cc°·lii°· pridie nonas novembris. scilicet ·iiii^a· die eiusdem mensis. migravit ad dominum. dilectus deo et hominibus. fr. Iohannes theuthonicus magister ordinis nostri. scilicet fratrum predicatorum. quartus. sepultus in conventu Argentinensi. Et ideo non inveni quod fuerit celebratum sequenti anno: capitulum generale. Ordinem bene rexit annis ·xii· et dimidio fere. *add. in marg.* A1, 2.

In isto capituli generali fuit electus in magistrum ordinis. venerabilis pater frater Humbertus

(1) De fr. Iohanne Teutonico cf. MOPH I p. 31, 35, 67, 201, 299, 310 sqq., 332, 336 sqq. et notas appositas.

unam domum. in dyocesi Gerundensi. si priori provinciali et diffinitoribus capituli provincialis visum fuerit expedire.

Item aliam in provincia Francie. collocandam in provincia Viennensi. ubi priori provinciali et diffinitoribus capituli provincialis videbitur expedire.

Item duas in provincia Lombardie. unam in patriarchatu Aquilegensi apud Furclinum. si priori provinciali et diffinitoribus capituli provincialis visum fuerit expedire.

Ista sunt suffragia. Pro domino papa et dominis cardinalibus. et statu universalis ecclesie? quilibet sacerdos ·iii· missas. clericus psalterium. laici ·d· pater noster dicant. Pro dominis rege Romanorum. et rege Francie. etc. Diffinitores duo defuncti sunt anno preterito. et unus socius diffinitoris.

Capitulum generale futurum. in Ungaria apud Budam.

Item divulgetur in sermonibus. quod qui orat pro domino rege Francie? habet ·x· dies [de] indulgencia a domino papa.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS IN BUDA CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· LIIII°·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de capitulo generali. ubi dicitur de magistro. seorsum corrigant et emendent. addatur. qui coram ipsis humiliter se prosternens. veniam faciat? et stans de suis excessibus se accuset et diffinitores audiant accusaciones. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de domibus concedendis. in fine addatur sic. statuatur semper aliquis clericus vel conversus maturus. discretus et securus. qui sit portarius. et diligenter. que ad officium pertinent? exequatur. poterit autem aliquem fratrem vel secularem habere. honeste con-

---

de Romanis. de predicacione Lugdunensi. dyocesis Viennensis. prope Valenciam. vir tocius religionis speculum. et humilitatis formale decus. prior provincialis Francie tunc existens. *add. in marg.* A1, 2.

Fr. Humbertus de Romanis. dyocesis Viennensis. qui tamen locus de Romanis dicitur esse de terminis provincie Provincie in predicacione conventus Valentini *add. in marg.* A1, 2 (1).

9) misse ·IX· in universo tantum pro vivis et defunctis *add. in marg.* A1, 2. — 15) divulgetur] indulgetur A2. — 16) papa] item indulgencie. inser de indulgencia regis Francie *add.* A2. *in textu;* A1 *in marg.* — 18) in Buda] Bundi B. — 26) semper] autem B.

---

(1) De fr. Humberto de Romanis cf. l. c. 1, 3, 5, 8, 9, 45 sqq., 67, 151, 154, 170, 200, 206, 259, 333, 336, 337; MOPH 2 p. V, 96-99.

versacionis in adiutoriumˀ prout causa necessitatis hoc requiret. Et hec habet ·iii· capitula.

Approbamus hanc. In capitulo de solempni celebracione capituli. ubi dicitur. et si accusant de auditu. vel de visu. addatur. accusacio unius tantum ad capitulum generale vel provinciale non mittatur. et tractatus eorum que mittenda sunt ad capitulumˀ ultra unam diem non prolongetur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. cum autem in ·iiii^{a}· feria post penthecosten. deleatur ·iiii^{a}· et ponatur ·ii^{a}· In fine vero eiusdem capituli ubi dicitur. in secunda feria post penthecosten. deleatur. ·ii^{a}· feria. et dicatur. in vigilia penthecostes.

In capitulo vero de electione magistri. ubi dicitur. qui postquam fuerint congregati in secunda feria. deleatur in ·ii· feria. et dicatur. in vigilia penthecostes. Infra vero ubi dicitur. et semper in ·iiii^{a}· feria penthecostes. deleatur ·iiii^{a}· et dicatur ·ii^{a}· Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. ubi dicitur. et predicatores generales. addatur. predicatores autem generales dicimusˀ qui per priorem provincialem et diffinitores capituli provincialis fuerint instituti. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de itinerantibus. in fine dicatur sic. quicumque prior provincialis sine licencia magistri. vel frater alius quicumque sine licencia magistri. vel prioris provincialis. archiepiscopatum vel episcopatum receperit. nisi per talem obedienciam cogatur. quam transgrediendo peccaret mortaliterˀ ipsum statuto presenti. suffragiis. societate. ac omnibus beneficiis ordinisˀ tam in morte quam in vita privamus. Et hec habet ·ii· capitula (1).

Item hanc. In eodem capitulo. in fine dicatur sic. fratres ordinis nostri. episcopis vel aliis quibuscumque personis. extra ordinem assignatos. qui in ieiuniis et abstinenciis. victu et vestitu. statuta ordinis non servantˀ suffragiis. et beneficiis ordinis. tam in morte quam in vita privamus. quousque super huiusmodi excessu. adeo digne satisfecerintˀ quod per magistrum vel provincialem suum. ad huiusmodi suffragia restitui mereantur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. in quacumque provincia fratres itinerantes deliquerint. prior provincialis vel conventualis. addatur. seu eorum vicarii. supprior. visitator. etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. ubi dicitur. accusacioni vero et correctioni. professi post triennium poterunt interesse. addatur. infra vero idem tempus. fratres aliqui non admittantur in con-

(1) Quod argumentum absolvit GRAUERT HJB. XVI. 283 sqq.

ventibus ad discussionem eorum que ad capitulum generale. vel provinciale sunt mittenda. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de visitatoribus. ubi dicitur. referre debent capitulo generali. vel provinciali. deleatur istud. capitulo generali. vel provinciali. et dicatur ita. diffinitoribus capituli provincialis vel generalis. cum in sua provincia celebratur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de itinerantibus. ubi dicitur. depositarii esse possunt. deleatur hoc. depositarii esse possunt. et dicatur sic. nec exteriorum deposita recipiant. nisi librorum. vel paramentorum ecclesiasticorum. Et hec habet ·ii· capitula.

Item. In capitulo de graviori culpa. ubi dicitur. nisi ita religiose conversatus fuerit. quod generale vel provinciale. etc. deleatur hoc. quod generale vel provinciale. usque illuc. si vero. et dicatur sic. quod per diffinitores generalis vel provincialis capituli illuc reversurus iudicetur. Similiter in eadem rubrica. ubi dicitur. capitulo generali vel provinciali significetur. deleatur hoc totum. et dicatur. diffinitoribus generalis vel provincialis capituli significetur. Similiter. in capitulo de apostatis. ubi dicitur. nisi per provinciale capitulum cum eo fuerit dispensatum. deleatur hoc. et dicatur sic. nisi per diffinitores provincialis capituli cum eo fuerit dispensatum. Similiter. in fine eiusdem capituli deleatur hoc quod dicitur ibi. nisi per generale vel provinciale capitulum fuerit restitutus. Et hec habent ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de recipiendis. ab illo loco ubi dicitur. probacionis vero tempus statuimus ·vi· mensium etc. deleatur totum usque ad illum locum. nullus recipiatur nisi requisitus. etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Item. In capitulo de silencio. in fine addatur. si quis tamen inter duo capitula sepcies. silencium fregerit. in uno prandio sedeat in terra. Et hec habet ·ii· capitula.

Committimus magistro ordinis. totam ordinacionem ecclesiastici officii. diurni quam nocturni. et eorum que ad hoc pertinent. et correctionem librorum ecclesiasticorum. et quod corrigat litteram regule.

Inchoamus has. In capitulo de officio ecclesie. ubi dicitur. totum officium. tam diurnum. quam nocturnum. addatur. secundum ordinacionem et exemplar venerabilis patris Humberti magistri ordinis confirmamus. etc.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur. magister ordinis. vel capitulum generale. voluerit aliter dispensare. addatur. vel priores provinciales.

---

3) item — item *om.* B. — 4) deleatur — dicatur *om.* A2. — 8) deleatur — dicatur *om.* A2. — 16) significetur *om.* A2. — 18) dispensatum — dispensatum *om.* A2. — 22) restitutus — requisitus *om.* A2. — 32) has] hanc constitucionem B. — 34) Humberti] Umberti B.

Item hanc. In eodem capitulo. in fine addatur sic. nulla scripta facta. vel compilata a fratribus nostris. aliquatenus publicentur. nisi primo per fratres peritos. quibus magister. vel prior provincialis commiserit; diligenter fuerint examinata.

Item hanc. In primo capitulo constitucionis. post illud. nisi per ·iii· capitula approbentur. addatur. moniciones vero capitulorum generalium. vel provincialium; in aliquo certo libello scribantur quolibet anno.

Item hanc. In capitulo de sollempni celebracione capituli. ubi dicitur. penitentia scripta mittatur. addatur. penitencie autem que nominatim aliquibus. in capitulis generalibus. vel provincialibus iniunguntur; non publicentur. nisi coram eis qui culpas audierunt. vel in locis ubi eas facere debebunt.

Item hanc. In capitulo de graviori culpa. in fine addatur. caveat autem quilibet frater. nec proclamet aliquem in capitulo de crimine. nisi possit probare. quod si accusatus negaverit. et accusans in probacione defecerit; secundum exigenciam culpe. gravius puniatur. Ne autem vicia occultentur. prelato suo denunciet. quid viderit. vel audierit.

Item hanc. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. mortuo igitur magistro. vel a magisterio remoto. deleatur totum quod sequitur usque ibi. ad quod si non omnes. et dicatur sic. mortuo igitur magistro. vel a magisterio remoto; prior provincialis in cuius provincia precedens generale capitulum proximo fuerit celebratum. vicem magistri optineat. quousque magister sit electus. quod si dictum vicarium infra tempus vicarie sue. mori. vel aliquo casu amoveri a prioratu contigerit. prior provincialis in cuius provincia precedens generale capitulum fuerat celebratum. vices predictas optineat. et sic deinceps. donec ordo magistrum habeat.

Item hanc. In capitulo de electione magistri. in principio ubi dicitur. statuimus. ut si ante festum sancti Michaelis. deleatur. festum sancti Michaelis. et dicatur. nativitatem sancti Iohannis Baptiste.

Item hanc. In capitulo de suffragiis mortuorum. ubi dicitur. idem fiat per totum ordinem. pro diffinitore capituli generalis. vel socio eius. addatur. aut electoribus magistri. vel socio prioris provincialis euntis ad capitulum generale etc.

---

2) nostris *om.* B. — primo] prius B. — 3) magister] ordinis *add.* B. — 6) moniciones] admoniciones B. — 7) vel] et B. — 10) penitencie... iniunguntur... publicentur] penitencia... iniungitur... publicetur B. — 16) possit] ipsum *add.* B. — 18) quid — audierit] quod vedit vel audivit B. — 20) remoto] amoto A2. — 21) usque ibi ad *om.* B. — 23) celebratum] celebrandum B. — 24) magister sit] magister ordinis fuerit B. — 27) predictas *om.* A2. — deinceps] retrocedendo *add.* B. — 29) in — in] in eodem capitulo in B. — 32) mortuorum *om.* B. — 34) aut] et B. — vel] et B. — provincialis] vel *add.* B. — 35) etc.] si aliquem eorum etc. B.

Item hanc. In capitulo de professione. ubi dicitur. et beate Marie. addatur. et beato Dominico.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum. post illud. socius competens a priore provinciali et diffinitoribus assignetur. addatur. quod si supersedeatur illo anno a capitulo generali: in sequenti capitulo electus sit generalis capituli diffinitor.

Item. In eodem capitulo ponatur in fine. fratres qui in uno anno electi sunt diffinitores capituli provincialis. sequenti anno ad idem officium non eligantur. Idem dicimus de diffinitore capituli generalis.

Item hanc. In capitulo de visitatoribus. in fine capituli ubi dicitur. in visitatores nullatenus eligantur. addatur. quod si aliquis visitator. antequam visitet. in priorem electus fuerit et confirmatus vel mortuus. provideat prior provincialis de alio fratre. qui visitet loco eius.

Item hanc. In capitulo de inclinacionibus. ubi dicitur. in credo in missa. addatur. ad. ex Maria virgine et homo factus est.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. et graciarum actione. addatur. et inclinamus solum ad. pater noster. et oracionem. retribuere.

Moniciones. Nullus fratrum predicet vel confessiones audiat nisi de sui prelati licencia speciali. quicumque autem habuit licenciam a prelato suo audiendi confessiones: non recipiat ad confessionem aliquem. nisi de licencia episcopi vel proprii sacerdotis. vel nisi confiteri volens: proprio confessus fuerit sacerdoti. vel asserat se velle confiteri illo anno.

Item. Provideant priores quod in diebus communionis fratres conversi. sermonem habeant in vulgari.

Item. Cum subprior aliquis constituitur. non fiat per scrutinium. sed de consilio discretorum: qui coram priore conferant in communi.

Item. Quicumque frater sive prior sive alius. pecuniam in aliquo casu dispensat sive distribuit. sive pecunia sit ordinis sive extraneorum: reddat inde racionem. priores provinciales coram diffinitoribus. conventuales coram priore provinciali: vel visitatore. alii fratres. coram priore suo.

Item. Priores et alii fratres. curam habeant diligentem. quod nomen beati Dominici et beati Petri martiris. in kalendariis et in litaniis scribantur. et picture fiant in ecclesiis. et quod fiant festa eorum.

Item. Concedimus fratribus. quod in festo beati Dominici fiat pro-

---

3) in capitulo *om.* B. — 5) illo anno *om.* A1, 2. — 7) item] hanc *add.* B. — 8) sunt] in *add.* B. — 9) diffinitore] diffinitoribus B. — 14) in credo] et credo B. — 18) moniciones] admonemus quod B. — nisi de] sine B. — 19) habuit] habuerit B. — 22) velle *om.* B. — 23) communionis] dominicis B. — 25) constituitur] substituitur B. — 28) sive pecunia] illa *add.* B. — 29) racionem] scilicet *add.* B. — 30) provinciali] provincialibus B. — visitatore] visitatoribus. — alii] vero *add.* B. — 32) Nota de nomine b. Dominici et b. Petri martiris *add.* A1, 2. *in marg.* — 33) martiris *om.* B. — 34) picture fiant] pignere (!) faciant B. — 35) item *om.* B. — concedimus] autem *add.* B.

cessio: ubi commode fieri poterit. et priori et fratribus visum fuerit expedire.

Item. Mandat magister ordinis prioribus provincialibus et diffinitoribus capitulorum provincialium universis. quod singulis annis quamdiu ipse fuerit in officio: mittant ei ad capitulum generale per diffinitores suos: acta capitulorum provincialium.

Item. Provinciales cum diffinitoribus provideant quod fratres itinerantes in suis provinciis observent ieiunia: que communiter in patria observantur.

Item. Nullus frater. libros sibi commissos in vita sua. assignet alicui conventui speciali. nec super hoc: licencia a prioribus provincialibus. vel conventualibus concedatur. et omnes licencias que de hoc date sunt: revocamus.

Item. In quolibet conventu constituatur unus circator. vel plures. si multitudo fratrum hoc requirat. qui non solum post completorium. sed eciam de die omni tempore. quando visum sibi fuerit expedire. circuire debeat officinas et loca in quibus fratres solent conversari. et insolencias quas viderit: prelato referre et delinquentes in capitulo proclamare.

Item. Fratres quibus videtur aliquid corrigendum circa officium: scribant magistro ordinis. ad sequens capitulum generale.

Item. Festum beati Petri martiris. fiat totum duplex. et pax detur in conventu.

Concedimus provincie Hyspanie ·ii· domos. Item. Provincie provincie: ·ii· Item provincie Lombardie. Item Theuthonie: ·ii· Item Polonie: ·ii· Et ponantur. ubi provincialibus. et diffinitoribus capitulorum provincialium videbitur expedire.

Hoc anno factus est magister ordinis. frater Humbertus. cum magna concordia electorum.

Capitulum generale sequens. assignamus apud Mediolanum. in provincia Lombardie.

Absolvimus. priores provinciales. Anglie. Ungarie. Polonie: Terre sancte.

Actis additae sunt litterae magistri ordinis; cf. app. n. IV.

---

7) item] priores *add.* B. — 11) constituatur] institnatur B. — 15) requirat] requirit B. — 16) sed — quando] sed in omni hora omni tempore. quando B. — expedire] et *add.* B. — 17) fratres *om.* B. — 18) referre et] deferre ac B. — 20) videtur] videbitur B. — officinm] officia B. — 21) ordinis *om.* B. — 23) in conventu *om.* B. — 24) item (*ante* provincie *quater*) *om.* B. — 25) II] domos *add.* B. — Lombardie] ·II· domos *add.* B. — 26) capitulorum provincialium *om.* B. — 28) hoc — electorum *om.* B. — 30) assignamus apud] ponimus B. — 32) Polonie] et *add.* B. — 33) Littera magistri ordinis deest hic. ponatur hic. quando habebitur. et post. hoc deleatur. *add. in marg.* A1. 2. — Hic incipiunt acta Figiacensis conventus antiquiora *add. in marg.* A1.

In nomine patris. et filii. et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS MEDIOLANI CELEBRATI ANNO DOMINI ·M°·CC°·LV°·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de sollempni celebracione capituli. ubi dicitur. et si accusant de auditu. vel visu. addatur. accusacio autem unius tantum. ad capitulum generale. vel provinciale: non mittatur. et tractatus eorum que mittenda sunt ad capitulum. ultra ·i· diem. non prolongetur. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. cum autem ·iiii^{a}· feria post penthecosten. deleatur ·iiii^{a}· feria. et ponatur ·ii^{a}· in fine vero eiusdem capituli. ubi dicitur. in feria ·ii^{e}· post penthecosten. deleatur. in feria ·ii^{e}· et dicatur. in vigilia penthecostes. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. qui postquam fuerint congregati in secunda feria. deleatur. in secunda feria. et dicatur. in vigilia penthecostes. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. ubi dicitur. et predicatores generales. addatur. predicatores autem generales dicimus: qui per priorem provincialem. et diffinitores provincialis capituli: fuerint instituti. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de itinerantibus. in fine dicatur sic. quicumque autem prior provincialis sine licencia magistri. vel frater aliquis quicumque sine licencia magistri. vel prioris provincialis. archiepiscopatum. vel episcopatum receperit. nisi per talem obedienciam cogatur. quod transgrediendo peccaret mortaliter: ipsum statuto praesenti. societate. suffragiis. ac omnibus beneficiis ordinis. tam in morte. quam in vita privamus. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. in fine dicatur. fratres ordinis nostri. episcopis. vel aliis quibuscumque personis extra ordinem assignatos. qui in ieiuniis. et abstinenciis. victu. et vestitu. statuta ordinis non servant: suffragiis. et beneficiis ordinis tam in vita quam in morte: privamus. quousque super huiusmodi excessu. adeo digne satisfecerint: quod per magistrum ordinis. vel provincialem suum. ad huiusmodi suffragia: restitui mereantur. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. in quacumque provincia fratres itinerantes deliquerint. prior provincialis. vel conventualis. etc.

4) has constituciones] hanc constitucionem B. — 13) in capitulo *om.* B. — 16) predicatores — predicatores *om.* A2. — 20) in — de] de capitulo vel in capitulo de B. — 27) dicatur] sic *add.* B.

addatur. seu eorum vicarii. supprior. visitator. etc. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. ubi dicitur. accusacioni vero et correctioni. professi post triennium poterunt interesse. addatur. infra vero idem tempus. fratres alii non admittantur in conventibus. ad discussionem eorum. que ad capitulum generale. vel provinciale sunt mittenda. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de visitatoribus. ubi dicitur. referre debent capitulo generali. vel provinciali. deleatur illud. capitulo generali. et dicatur sic. diffinitoribus capituli provincialis. vel generalis. cum in sua provincia celebratur. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de itinerantibus. ubi dicitur. depositarii esse possunt. deleatur illud. depositarii esse possunt. (dispen) et dicatur sic. nec exteriorum deposita recipiant nisi librorum. aut paramentorum ecclesiasticorum. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de graviori culpa. ubi dicitur. nisi ita religiose conversatus fuerit. quod generale. vel provinciale capitulum. deleatur quod dicitur. generale vel provinciale capitulum. usque illuc. si vero etc. et dicatur sic. quod per diffinitores generalis vel provincialis capituli: illuc reversurus iudicetur. Et hec habet ·iii· capitula.

Similiter in eadem rubrica ubi dicitur. capitulo generali. vel provinciali significetur. deleatur hoc totum. et dicatur. diffinitoribus generalis vel provincialis capituli significetur.

Similiter in capitulo de apostatis. ubi dicitur. nisi per provinciale capitulum cum eo fuerit dispensatum. deleatur hoc et dicatur sic. nisi per diffinitores provincialis capituli. cum eo fuerit dispensatum.

Similiter in fine eiusdem capituli. deleatur hoc quod dicitur ibi. nisi per generale vel provinciale capitulum fuerit restitutus. et dicatur. nisi per diffinitores generalis. vel provincialis capituli. fuerit [restitutus]. Et hec habet ·iii· capitula.

Item. In capitulo de silencio. in fine addatur. si quis tamen inter duo capitula sepcies silencium fregerit: in uno prandio sedeat in terra. Et hec habet ·iii· capitula.

Approbamus has. In capitulo de officio ecclesie. ubi dicitur. totum officium tam diurnum. quam nocturnum. addatur. secundum ordinacionem et correctionem. venerabilis patris nostri fratris Hymberti magistri ordinis confirmamus. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de studentibus. in fine addatur. nulla scripta

---

3) in capitulo *om.* B. — 8) dicitur] quod *add.* B. — 12) dicitur] et *add.* B. — 16) in capitulo *om.* B. — 21) similiter — item in capitulo *om.* B. — 31) tamen] autem B. — 34) has] hanc B.

facta. vel compilata a fratribus. aliquatenus publicentur: nisi per fratres peritos. quibus magister vel prior provincialis commiserit: diligenter fuerint examinata. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de graviori culpa in fine addatur. Caveat autem quilibet frater. ne proclamet aliquem in capitulo de crimine. nisi possit probare. quod si accusatus negaverit. et accusans in probacione defecerit: secundum exigenciam culpe. gravius puniatur. ne autem vicia occultentur: prelato suo denunciet quid viderit. vel audierit. [Et hec habet ·ii· capitula.]

Item hanc. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. mortuo igitur magistro. vel a magisterio remoto. deleatur totum quod sequitur. usque ad illud. quod si non omnes. etc. et dicatur sic. mortuo igitur magistro vel a magisterio remoto prior provincialis in cuius provincia. precedens generale capitulum proximo fuerat celebratum: vicem magistri optineat. quousque magister sit electus. quod si dictum vicarium infra tempus sue vicarie. mori vel aliquo casu amoveri a prioratu contigerit. prior provincialis. in cuius provincia. precedens generale capitulum fuerat celebratum: vices predictas optineat. et sic deinceps. donec ordo magistrum habeat. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. statuimus. ut si ante festum sancti Michaelis. deleatur. festum sancti Michaelis. et dicatur. nativitatem sancti Iohannis Baptiste. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum. ponatur in fine. fratres qui in uno anno electi fuerint diffinitores capituli provincialis: sequenti anno. ad idem officium non eligantur. Idem dicimus de diffinitoribus capituli generalis. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de visitatoribus. in fine capituli ubi dicitur. in visitatores nullatenus eligantur. addatur. quod si aliquis visitator. antequam visitet. in priorem fuerit electus et confirmatus. vel mortuus: provideat prior provincialis de alio fratre. qui visitet loco eius. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de inclinacionibus. ubi dicitur. ad credo in missa. addatur. ad. ex Maria virgine: et homo factus est. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. et graciarum actione. addatur. et inclinamus solum ad pater noster. et ad oracionem. retribuere. Et hec habet ·ii· capitula.

4) addatur] sic *add.* B. — 10) hanc *om.* B. — 11) remoto — remoto *om.* A2. — 21) sancti *post* ante festum *om.* B. — 23) capitulo de *om.* B. — 24) qui *om.* B. — fuerint *om.* A1, 2. — 27) hanc *om.* B. — capituli *om.* B. — 28) in *om.* B. — 32) hanc *om.* B. — 35) et — actione] et ad graciarum actionem B.

Item hanc. In capitulo de professione. ubi dicitur. deo et beate Marie. addatur. et beato Dominico. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de suffragiis mortuorum. ubi dicitur. idem fiat per totum ordinem pro diffinitore capituli generalis et socio eius. addatur. et electoribus magistri et socio prioris provincialis euntis ad capitulum generale. si aliquem eorum. etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Inchoamus has. In capitulo de recipiendis. ubi dicitur. tempus probacionis assignetur. addatur. ut et ipsi austeritates ordinis. et fratres mores experiantur eorum. et deleatur totum quod sequitur. probacionis vero etc. usque ad illum locum. nullus recipiatur.

Item hanc. In capitulo de suffragiis mortuorum. post illud. et conversi. ·c· pater noster dicant. addatur. quilibet autem conventus ordinis. pro fratribus tocius ordinis defunctis? ·xiii· missas celebret singulis annis. et deleatur quod dicitur in eodem capitulo. et quilibet conventus ·i· missam in communi.

Item hanc. In capitulo de silencio. ubi dicitur. seu eciam regum? addatur. et magistri ordinis.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. absque dispensacione. deleatur illud. absque dispensacione. et in fine post illud. exceptis infirmis decumbentibus. addatur. super hac pena. nullus preter magistrum. et priores provinciales? poterit dispensare.

Item hanc. In capitulo de lectis. ubi dicitur. lectoribus tamen secundum discrecionem priorum provideatur. addatur. infra clausuram dormitorii.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. fratres autem post annum professionis sue. deleatur illud. professionis sue. et dicatur. a professione sua.

Item hanc. In capitulo de domibus concedendis. post illud ubi dicitur. ut cura seu custodia monialium. seu quarumlibet aliarum mulierum. nostris fratribus committatur. addatur. sub eadem districtione prohibemus. ne magister. vel capitulum aliquod curam monialium. seu quarumlibet aliarum mulierum recipiat. nisi per tria capitula fuerit approbatum.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum. post illud. socius competens a priore provinciali et diffinitoribus assignetur. addatur. quod

5) has] hanc constitucionem B. — 7) eorum *om.* B. — 8) vero] tempus *add.* B. — 10) quilibet autem] et quilibet B. — 12) dicitur] est B. — capitulo] scilicet *add.* B. — 15) et] seu eciam B. — 16) dispensacione — dispensacione *om.* B. — 17) illud *om.* B. — 18) hac pena] hanc autem penam B. — 19) et] vel B. — 21) priorum *om.* A2. — 24) autem *om.* B. — illud *om.* B. — 27) seu custodia *om.* B. — aliarum *om.* B. — 29) prohibemus] precipimus B. — vel] nec B. — seu] nec B. — 30) approbatum *om.* A1, 2.

si supersedeatur illo anno a capitulo generali: qui in sequenti capitulo provinciali fuerit electus: sit generalis capituli diffinitor.

Item hanc. In capitulo de studentibus. post illud. quilibet prior provincialis habeat potestatem mittendi duos fratres ydoneos. ad studium. addatur. quod si in aliqua dictarum provinciarum. non inveniatur lector sufficiens pro tali studio. magister ordinis. de lectore provideat competenti.

Item. In capitulo de conversis. ubi dicitur. sicut tunice. addatur. sed similis coloris capis clericorum.

Admonemus. ne priores provinciales. propriam cameram habeant ad iacendum.

Item. Lectores qui officium lectoris actu non exercent: proprias cameras non habeant. nec eciam carnes contra formam scriptam in constitucionibus comedant. Lectores eciam actu legentes. carnes non comedant: nisi ex causa racionabili.

Item. Provideant priores. quod fratres sine personarum accepcione vestiantur.

Item. Licencias de braccis portandis revocamus.

Item. Caveant priores provinciales. ne electiones factas de prioribus conventualibus sine causa racionabili repellant. vel reddant se notabiles in mutando fratres instante electione.

Item. Monemus priores et visitatores. ut constitucionem de non portanda pecunia in via: arctius faciant observari.

Item. Caveant priores. ne in festis sanctorum nostrorum in domibus nostris faciant operari.

Item. Priores. fratres itinerantes caritative recipiant. et potissime illos qui sunt de alienis provinciis. et secundum exigenciam et necessitatem vie eis in suis necessitatibus provideant.

Item. Fratres qui scribunt. vel dictant literas. mittendas capitulo generali: breviter et succincte scribant. ne propter prolixitatem literarum: capitulum in aliis negociis impediatur. nomina eciam sua. et conventuum. et provinciarum suarum: plene exprimant in literis quas scribunt magistro vel capitulo.

Item. Fratres qui sciunt. vel scient in antea aliqua miracula pertinencia ad beatum Dominicum. vel beatum Petrum. que non sunt

1) illo anno *om* B. — 6) studio] tunc *add.* B. — ordinis] eis *add.* B. — 8) item] hanc *add.* B. — 14) comedant] sed *add.* B. — 18) item *om.* A1, 2. Quod bracce non debent portari sine licencia speciali *add. in marg.* A1. — 21) electione] facienda *add.* B. — 22) priores] provinciales *add.* B. — 26) item] quod *add.* B. — 27) alienis] aliis B. — exigenciam — vie] laborem vie B. — 28) provideant] providere studeant B. — 29) dictant litteras] mittant litteras sive B. — capitulo generali] ad capitulum generale B. — 31) impediatur] et *add.* B. — eciam *om.* B. — 32) suarum *om.* B. — 34) antea] annea A1, 2. — 35) vel] ad *add.* B. — non *om.* B.

scripta. priori Bononiensi scribant; pertinencia ad beatum Dominicum. priori vero Mediolanensi; pertinencia ad beatum Petrum. et illi habeant curam redigendi in scriptis; ad perpetuam memoriam.

Item. Quicumque frater scit. vel audivit auditu digno fide aliquod miraculum. seu visionem. seu aliquod factum edificatorium dignum memoria in ordine contigisse. aut occasione ordinis ab inicio. scribat magistro illud. ut per eius diligenciam huiusmodi in scriptis redigantur ad utilitatem futurorum.

Item. Dispensacio in ieiuniis. non fiat cum toto conventu.

Item. Provideant priores provinciales. quod conversi qui recipiuntur a sororibus commissis ordini; non portent alium habitum. sed habitum fratrum nostrorum conversorum.

Item. Priores. seu fratres qui non possunt pedites ire ad capitulum; remaneant.

Item. Inhibemus prioribus provincialibus. et diffinitoribus capitulorum provincialium. ne in provinciis. ubi tot sunt predicatores generales. quot conventus. et medietas amplius; plures ad dictum officium assumant. donec per magistrum et diffinitores capituli generalis vel aliud (!) fuerit dispensatum vel ordinatum.

Item. Magister ordinis inhybet. ne aliquis prior dispenset in constitucionibus de non eundo ad curiam sine licencia eius. revocans licencias. si quas dedit alicui.

Absolvimus priorem provincialem Lombardie. Et relinquimus absolucionem priorum conventualium provincie Lombardie; diffinitoribus capituli provincialis.

Item. Illis qui duxerunt garciones ad capitulum cum expensis contra formam constitucionum; iniungimus ·iii· dies in pane et aqua. et ·iii· disciplinas.

Concedimus provincie Francie ·i· domum ponendam apud Matisconam. si visum fuerit priori provinciali; et diffinitoribus capituli provincialis.

Item. Provincie Romane ·i· ponendam apud Aquilam; secundum eundem modum.

---

1) scribant — Petrum] scribant de b. Dominico. sed de b. Petro priori Mediolanensi B. — 2) illi *om.* B. — 3) perpetuam] rei *add.* B. — 4) digno] digna B. — 7) huiusmodi] illud B. — 8) futurorum] futuram B. — 9) item] quod *add.* B. — toto *om.* A2. — 11) sed] secundum A2; nisi B. — habitum fratrum *om.* B. — 13) possunt] potest A2. — pedites] pedes B. — 17) officium] non *add.* B. — aliud] super hoc aliter B. — 19) vel *om.* A2; sive B. — 20) inhibet *om.* B. — 21) revocans] revocat B. — 23) absolvimus] item absolvimus B. — 24) provincie *om.* B. — 26) illis] fratribus B. — ad capitulum *om.* B. — 27) iniungimus] damus B. — 29) concedimus] item concedimus B. — ponendam *om.* B. — Matisconam] Massacen B; Masticonam A2. — 30) visum fuerit] videtur B. — priori *om.* B. — provincialis] eorum *add.* B. — 32) ·1· — modum] unam in Aquila supradicto modo B.

Item. Provincie Lombardieˀ ·i·

Item. Provincie Dacieˀ ·ii·

Sequens capitulum generaleˀ assignamus Parisius.

Magister dat licenciam omnibus fratribus clericis. quod a minori excommunicacioneˀ invicem se absolvant.

Item. Absolvit tam presentes quam absentesˀ a pena silencii. volens et rogans ut de cetero diligencius illud servent.

Actis additae sunt tres litterae magistri ordinis; cf. app. nn. V, VI, VII.

In nomine patris. et filii. et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS PARISIUS CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· LVI°·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de officio ecclesie. ubi dicitur. totum officium tam diurnum qua nocturnum. addatur. secundum correctionem et ordinacionem venerabilis patris fratris Hymberti. magistri ordinis nostri. confirmamus. Et hec habet ·iii· capitula.

Item. In capitulo de studentibus. in fine addatur sic. nulla scripta facta vel compilata a nostris fratribus. aliquatenus publicentur. nisi prius per fratres peritos quibus magister. vel prior provincialis commiseritˀ diligenter fuerint examinata. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de gravi culpa. in fine addatur. caveat autem quilibet frater. ne proclamet aliquem in capitulo de crimineˀ nisi possit probare. quod si accusatus negaverit. et accusans in probacione defeceritˀ secundum exigenciam culpe gravius puniatur. Ne autem vicia occultenturˀ prelato suo denunciet quod vidit vel audivit. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de diffinitoribus. ponatur in fine. fratres qui in uno anno electi sunt in diffinitores capituli provincialisˀ sequenti anno ad idem officium non eligantur. Idem dicimus de diffinitoribus capituli generalis. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc in capitulo de professione. ubi dicitur. beate Marie. addatur. et beato Dominico. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de inclinacionibus. ubi dicitur. in credo in missa. addatur. ad ex Maria virgine et homo factus est. Et hec habet ·iii· capitula.

1) item — sequens *om.* B. — 3) sequens] vero *add.* B. — 4) magister — servent *om.* B. — ista licencia fuit sequenti capitulo in parte revocata et aliter ordinata *add. in marg.* A1, 2. — 12) has constituciones] hanc constitucionem B; hanc A2. — 15) confirmamus *om.* A2. — 16) item] hanc *add.* B. — 20) gravi] graviori B. — addatur — frater] addatur sic. caveant fratres etc. B. — 30) dicitur] et *add.* B.

Item hanc. In eodem capitulo ubi dicitur. et graciarum actione. addatur. et inclinamus solum ad pater noster et ad oracionem. retribuere. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de visitatoribus. in fine capituli ubi dicitur. in visitatores nullatenus eligantur. addatur. quod si aliquis visitator antequam visitet. in priorem fuerit electus et confirmatus. vel mortuus; provideat prior provincialis de alio fratre qui visitet loco eius. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de suffragiis mortuorum. ubi dicitur. idem fiat per totum ordinem pro diffinitore capituli generalis. et socio eius. addatur. et pro electoribus magistri. vel socio prioris provincialis euntis ad capitulum generale. si aliquem eorum in via mori contigerit. Et hec habet ·iii· capitula.

Approbamus has. In capitulo de recipiendis. ubi dicitur. tempus probacionis assignetur. etc. addatur. ut et ipsi austeritates ordinis. et fratres mores experiantur ipsorum. et deleatur quod sequitur. probacionis vero tempus. usque ad illum locum. nullus recipiatur. etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de silencio. ubi dicitur. seu eciam regum. addatur. seu eciam magistri ordinis. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de domibus concedendis. post illud. ubi dicitur. ut cura vel custodia monialium. vel quarumcumque aliarum mulierum. nostris fratribus committatur. addatur. hac eadem districtione precipimus. ne magister vel capitulum aliquod curam predictarum recipiat; nisi per ·iii· capitula fuerit approbatum. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. professionis sue. deleatur. professionis sue; et dicatur. a professione sua. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum. post illud. socius competens a priore provinciali et diffinitoribus assignetur. addatur. quod si supersedeatur a capitulo generali. qui in sequenti capitulo provinciali electus fuerit. sit generalis capituli diffinitor. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de studentibus. post illud. quilibet prior provincialis potestatem habeat duos fratres ydoneos mittendi ad studium. addatur. et si in aliqua dictarum provinciarum lector sufficiens pro tali studio non fuerit; magister ordinis. de lectore provideat competenti. Et hec habet ·ii· capitula.

---

1) item — item *om.* A1, 2. — 2) et inclinamus solum ad pater noster et ad oracionem retribuere. Et hec habet ·III· capitula] *ex actis capituli praecedentis.* — 4) capituli *om.* B. — dicitur in] dicitur B — 14) has] hanc B. — 20) eciam *om.* B. — 26) dicitur] fratres post annum *add.* B.

Item hanc. In capitulo de conversis. ubi dicitur. sicut et tunice. addatur. sed similis coloris capis clericorum. Et hec habet ·ii· capitula.

Inchoamus has. In capitulo de suffragiis mortuorum. ubi dicitur. in unaquaque provincia. deleatur totum usque ad. anniversarium patrum etc. et dicatur sic. quilibet frater celebret ·xxx· missas in anno pro fratribus ordinis defunctis. et quilibet clericus ·xxx· vicibus ·vii· psalmos. et quilibet conversus ·xxx· vicibus ·c· pater noster.

Item. In eodem capitulo. ubi dicitur. conventus unam in communi. dicatur sic. quilibet conventus ·xx· missas in communi.

Item. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur poterit autem magister ordinis nichilominus ipsum confirmare vel amovere. addatur. quod si ordo magistrum non habuerit. tres de ipsis electoribus alii ab electo. qui primitus habitum nostri ordinis susceperunt. ipsum confirmandi et compellendi ad predictum officium. habeant potestatem. et si non concordaverint. duorum sentencia prevalebit. si vero electum non confirmaverint. ab eisdem electoribus ad electionem iterum procedatur. et ad tres predictos antiquiores per predictam formam. confirmacio pertinebit.

Item hanc. In capitulo de ieiunio. in fine dicatur sic. item. in parasceve per totum diem in pane et aqua ubique abstinebimus. et de ordinario removeatur quod ibi de hoc ponitur.

Admoniciones. Provideant priores quod ubicumque poterit fieri. iaceant sub clausura dormitorii.

Item. Damus licenciam prioribus provincialibus in quorum provincia sunt studia generalia. sive in Francia sive alibi. quod de consilio lectoris seu lectorum. et priorum conventualium locorum ubi sunt predicta studia. possint remittere ad provincias suas studentes quos invenerint minus religiose notabiliter conversantes.

Item. Non se obligent ad aliqua anniversaria ullo modo.

Item. Caveant fratres ne se cum deferant species quibus coram extraneis utantur.

Item. Iniungimus omnibus fratribus sicut eciam olim iniunctum fuit.

3) has — de suffragiis] hanc constitucionem de suffragiis B. — 4) provincia] etc. *add.* B. — patrum] fratrum B. — 5) sic] quod *add.* B. — ordinis nostri *add.* B. — 8) item] hanc *add.* B. — dicitur] et quilibet *add.* B. — unam *om.* A2; missam *add.* B. — communi] deleatur hoc et *add.* B. — 9) sic] et *add.* B. — 10) item] hanc *add.* B. — 15) et si non] quod si non omnes B. — 16) electoribus] postmodum *add.* B. — 17) predictos *om.* B. — per] secundum B. — 19) ieiunio] ieiuniis B. — item *om.* B. — 21) ibi de hoc ponitur] ibidem hic dicitur B. — 23) admoniciones] admonemus ut B. — priores] omnes *add.* B. — ubicumque — iaceant] ubicumque fieri potest lectores iaceant B. — fieri] hospites *add. codd. Ruthenensis et Cracoviensis.* — 24) licenciam] omnibus *add.* B. — provincia] provinciis B. — 25) generalia] sollempnia B. — 26) et — ubi *om.* A2. — locorum] in quorum conventibus sunt B. — 27) studia] quod fratres *add.* B — 29) item *om.* B; de anniversariis non recipiendis. Item supra anno dom. 1254. Tholose. Nota istos articulos infra. anno 1256 provincialis capituli *add. in marg.* A1. — 32) item *om.* B. — eciam *om.* B.

quod articulos condempnatos. per episcopum. et magistros Parisienses (1) deleant de scriptis suis in quibuscumque fuerint. et eciam quod priores provinciales vel socii eorum. transcripta eorum portent ad provincias suas. Quicumque eciam fratrum aliquid erroneum secundum conscienciam suam in libris vel scriptis alicuius fratris invenerit ; mittat illud scriptum magistro ordinis.

Item. Damus licenciam omnibus fratribus sacerdotibus. quod possint absolvere fratres a vinculo minoris excommunicacionis. et si quid aliud dictum est super hoc. revocamus.

Item. Fratres nostri lectores propriis nominibus vocentur. et non magistri nec doctores.

Item. Apponatur diligencia ; quod festum beati Dominici et beati Petri. ubique celebretur. et quod ymagines eorum in locis congruentibus depingantur. et nomina eorum in kalendariis et litaniis et martirologiis annotentur.

Item. Quod fratres nostri vocentur fratres predicatores. et non aliis nominibus.

Item. Sciant omnes quod nullus frater potest ire ad magistrum vel priorem provincialem ; sine licencia.

Item. In quolibet conventu. in margine martyrologii. in crastino beati Iohannis Baptiste scribatur sic. Eodem die obiit in partibus Tholosanis ; dignus memoria nobilis vir. Symon. comes Montisfortis. zelator fidei. et specialis amicus beati Dominici. et illud pronuncietur post lectionem. ut fratres illo die orent pro anima eius. et toto genere suo. quod multa devocione nobis est astrictum (2).

Item. Caveant priores provinciales et diffinitores capitulorum provincialium. quod in capitulis provincialibus non faciant multas mutaciones fratrum. cum in visitacionibus priorum provincialium discrecius fieri possint.

Item. Ad facienda communia exemplaria ordini pro divino officio. et ad providendum procuratori ordinis in curia de quibusdam expensis. quilibet prior provincialis solvat ·xx· libras Turonenses. quas mittant priori

3) transcripta eorum portent] transportent scripta eorum B. — 5) suam — scriptis] suam sciverit in scriptis B; vel scriptis *om.* A2. — 6) scriptum] in scriptis B. — 8) fratres *om.* B. — et *om.* B. — 9) super hoc *om.* B. — revocamus] revocantes B. — 10) fratres *om.* B. — 11) nec] neque B. — 13) quod *om.* B. — eorum] ipsorum B. — 15) annotentur *om.* B. — 16) item] et B. — 19) priorem *om.* B. — 20) conventu] et *add.* B. — 21) beati *om.* B. — 25) nobis est] ordo habuit astrictum B. — 28) visitacionibus] visitacione B. — provincialium] huiusmodi mutaciones *add.* A2. — discrecius] districtius B. — 30) exemplaria] toti *add.* B. — 32) Turonenses] Turonensium A2.

(1) Cf. supra p. 27.
(2) Hac de re cf. MOPH I p. 322.

Parisiensi. et volumus quod accipiant pecuniam istam de primis libris vacantibus. nisi per diffinitores capitulorum provincialium ordinetur. quomodo dicta pecunia solvatur.

Item. Quicumque de cetero habebit facere in curia. provideat procuratori de expensis necessariis ad negocium illud.

Item. Caveant omnes priores in quorum domibus fient capitula generalia vel provincialia ; ne occasione capitulorum aliquam notabilem superfluitatem faciant in potibus et in cibis.

Item. Studentes missi ad studia diligenter reddant computum prioribus suis provincialibus. vel alteri de mandato eorum. de quantitate pecunie recepte. et in quibus usibus eam expenderint.

Item. Quicumque luserit manualiter ; dure et aspere corrigatur.

Item. Sint fratres solliciti ubique tractare caritative hospites suos. et maxime de aliis provinciis venientes. et cum necesse fuerit ; dent eis consilium et adiutorium usque ad alios conventus. maxime ubi difficultas transeundi occurrerit.

Item. Iniungimus omnibus visitatoribus. quod cartam missam in preterito anno. de articulis super quibus prelati fuerunt conquesti in curia ; ferant secum. Similiter et literas que fuerunt misse pro dilectione et pace inter nos et fratres minores. et ea que circa hec ordinata sunt ; faciant diligenter observari. et faciant ea retineri in conventibus in quibus non invenient ea. et super hac negligencia ; corrigant eos (1).

Item. Correctiones biblie Senonenses ; non approbamus. nec volumus quod fratres innitantur illi correctioni (2).

Item. Volumus ut qualibet septimana. dicantur in quolibet conventu ·vii· psalmi. cum letania. a fratribus prostratis. cum oracione de

---

3) dicta] ista B. — pecunia] aliunde *add.* B. — 4) de — facere] habet aliquid facere B. — procurandum B. — 7) generalia *om.* A1, 2. — 8) et in cibis] aut cibis B. — 9) computum] computacionem B. — 10) alteri] aliis B. — 11) expenderint] despenderint B. — 12) luserit] inventus fuerit ludere B. — 13) tractare *om.* B. — 14) aliis] extraneis B. — 15) et adiutorium — occurrerit] auxilium et favorem ad transeundum usque ad alium conventum vel alios conventus et maxime in locis in quibus transeundi difficultas occurrerit B. — alios] illos A2. — 18) anno — super] capitulo. in qua continentur articuli super B. — fuerunt] sunt B. — 20) pace] servanda *add.* B. — hec] predicta B. — 21) et faciant — corrigant eos] ac retineri faciant scripta predicta in conventibus in quibus non invenient corrigentes eorum (!) quorum negligencia predicta non sunt habita vel servata B. — 23) Correctiones biblie Senonenses] Correctionem bibliothece Senonensem B. — 24) fratres] aliquatinus *add.* B. — 26) oracione] oracionibus A1.

---

(1) Litteras « de articulis super quibus prelati fuerunt conquesti in curia » et de « dilectione et pace inter nos et fratres minores » servanda legere poteris in *append* nn. VI, VII.

(2) De correctione bibliae cf. supra pag. 9 not. 1 ; Denifle *Chartularium etc.* p. 316 n. 278 not. 3, quo in loco cl. auctor hanc admonitionem fusiore stilo exponit.

beata virgine? et beato Dominico. et Ineffabilem. cum versiculis. pro bono statu ordinis. quousque hoc fuerit revocatum (1).

Item. Quicumque prior sciverit. vel audiverit aliquod miraculum vel factum edificatorium contigisse in ordine vel propter ordinem? scribat magistro diligenter. ut possint in posterum reservari ad utilitatem futurorum (2).

Item. Precipimus districte et in virtute obedienciae. quod nullus frater directe vel indirecte. procuret scienter vel det operam? ut cura mulierum ordini committatur.

Capitulum generale sequens. erit Florencie. in provincia Tuscie.

Concedimus provincie Ungarie unam domum. Theutonie duas. Ispanie ·ii· In Gallia et Boemia ·i· In Achaia ·i· et in Dacia ·i·

Notum fiat per fratres in diversis partibus mundi. quod dominus papa concessit ·x· dies de indulgencia quolibet die orantibus pro domino rege Francie.

Concedimus domino regi Francie. ut post obitum eius? fiat pro eo. sicut pro magistro ordinis (3).

Actis additae sunt litterae magistri ordinis; cf. app. n. VIII.

---

1) bono *om.* B. — 2) hoc fuerit revocatum] hec ordinacio fuerit revocata B. — 3) quicumque] quilibet B. — sciverit] scit B. — audiverit — futurorum] audivit auditu digno fide aliquod miraculum vel visionem seu aliquod factum hedificatorium dignum memoria contigisse in ordine aut occasione ordinis ab inicio. scribat illud magistro ordinis ut per eius diligenciam redigantur in scriptis ad utilitatem fratrum et futurorum et de hoc quilibet eorum in conventu suo requirat a fratribus B. — 8) procuret *om.* B. — vel *om.* B. — 11) concedimus — notum fiat *om.* A1. 2. — 13) notum fiat — magistro ordinis *om.* B.

---

(1) Celeberrimae sunt istae litaniae Praedicatorum apud historicos coaevos. Iis, ut unum vel aliud exemplum afferam, nostri tribuunt revocationem litterarum Innocentii quarti, quibus religiosorum privilegia resciderat (cf. Denifle l. c. p. 267, n. 240, p. 276, n. 244); mortem repentinam laudati Innocentii, exitum litis, quam fratres habuerant cum universitate Parisiensi; MOPH I p. 44, § VIII.

« Ex quo tempore », ait Chronicon Magistrorum Generalium, « Cardinales et praelati dicere solebant in quodam solatio: Cavete a litaniis fratrum Praedicatorum, quia mirabilia faciunt ». In *appendice ad Constitutiones ordinis*. Romae 1690, p. 23.

(2) Quibus ex « factis edificatoriis » sibi transmissis Humbertus, magister ordinis, Vitas fratrum a Gerardo de Fracheto compilandas curavit; cf. MOPH I p. 4. Eadem illa admonitione Thomas noster Cantipratanus inductus est, ut librum, quem inscripsit « Bonum universale de apibus », ederet. Ipse, in praefatione sua, « ex mandato vestro » inquit « huius operis audaciam sumpsi; cum in quodam capitulo generali fratribus demandastis, ut in singulis provinciis digna memoriae scriberentur, si per fratres, vel occasione fratrum, sive alias nota fratribus contigissent ». Ed. Colvenerius, Duaci 1627, pag. 2.

(3) Quod iam anno 1248 Ludovico, regi Franciae, concesserat capitulum generale Parisiis, Iohanne Teutonico praesidente, celebratum; cf. De Laborde *Layettes du Trésor des Chartes*. Paris 1875, III, p. 33, n. 3674, p. 304, n. 4263, ubi habes

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS FLORENCIE CELEBRATI ANNO DOMINI ·M°·CC°·LVII°·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de recipiendis. ubi dicitur. tempus probacionis assignetur. etc. addatur. ut ipsi austeritates ordinis et fratres mores experiantur ipsorum. et deleatur totum quod sequitur. probacionis vero tempus. usque ad illum locum. nullus vero recipiatur. etc. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de silencio. ubi dicitur. seu eciam regum. addatur. seu eciam magistri ordinis. Et hec habet ·iii. capitula.

Item hanc. In capitulo de domibus concedendis. post illud ubi dicitur. ut cura vel custodia monialium seu quarumlibet aliarum mulierum. nostris fratribus committatur. addatur. hac eadem districtione precipimus. ne magister vel capitulum aliquod. curam predictarum recipiat; nisi per tria capitula fuerit approbatum. Et hec habet ·iii· capitula (1).

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. fratres post annum professionis sue. dicatur. a professione sua. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum. ubi dicitur. socius competens a priore provinciali et diffinitoribus assignetur. addatur. quod si supersedeatur illo anno a capitulo generali. qui in sequenti capitulo provinciali electus fuerit; habeatur generalis capituli diffinitor. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de studentibus. post illud. quilibet prior provincialis potestatem habeat mittendi duos fratres ad studium. addatur. quod si in aliqua dictarum provinciarum. lector sufficiens. pro tali studio non fuerit. magister ordinis provideat de lectore competenti. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de conversis. ubi dicitur. sicut et tunice. addatur. sed similis coloris capis clericorum. Et hec habet ·iii· capitula (2).

---

4) has constituciones] hanc constitucionem B. — 5) tempus] autem *add.* B. — 9) eciam *om.* B.

---

litteras Humberti ad Ludovicum regem directas de missis celebrandis precibusque pro dicto rege effundendis.

(1) De cura monialium cf. Denifle *Archiv etc.* II, 641 sqq.; et Finke *Dominikanerbriefe*, Paderborn 1891 p. 45.

(2) Nondum unius eiusdemque coloris erat cappa clericorum, sed, teste Humberto, alius cappa nigra indui consueverat, alius rufa, alius grisea; cf. *Humbertus Opera* etc. tom. 2, p. 5.

Approbamus has. In capitulo de suffragiis mortuorum. ubi dicitur. in unaquaque provincia. etc. deleatur totum. usque ad anniversarium fratrum. et dicatur sic. quilibet fratrum celebret ·xxx· missas in anno. pro fratribus ordinis defunctis. et quilibet clericus ·xxx· vicibus ·vii· psalmos. et quilibet conversus ·xxx· vicibus ·c· pater noster. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In eodem. ubi dicitur. et quilibet conventus unam in communi. dicatur sic. quilibet conventus ·xx· missas in communi. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. poterit autem nichilominus ipsum magister ordinis confirmare. vel amovere. addatur. quod si ordo magistrum non habuerit. tres de ipsis electoribus. alii ab electo. qui primitus habitum nostri ordinis susceperunt ipsum confirmandi. et compellendi ad officium. habeant potestatem. quod si non concordaverint. duorum sentencia prevalebit. si vero electum non confirmaverint. ab eisdem electoribus ad electionem iterum procedatur. et ad tres predictos antiquiores secundum predictam formam. confirmacio pertinebit. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de ieiuniis. in fine dicatur sic. In parasceve per totum diem. in pane et aqua. abstinebimus. et de ordinario removeatur. quod ibi de hoc ponitur. Et hec habet ·ii· capitula.

Inchoamus has. In capitulo de officio ecclesie. in fine addatur. qui incepit horas. tam in choro. quam extra chorum. dicat fidelium anime etc. excepto magistro ordinis. et prioribus provincialibus. et quod in ordinario de hoc dicitur. removeatur.

Item hanc. In capitulo de silencio. ubi dicitur. cum contigerit cum eis comedere. addatur. quilibet autem prior provincialis in provincia sua dum est in mensa. uni tantum fratri. licenciam loquendi dare poterit. cum viderit expedire.

Item hanc. In capitulo de professione. post illud. tuisque successoribus usque ad mortem. dicatur sic. nullus autem. excepto magistro. aliquem ad professionem recipiat. nisi de voluntate maioris partis capituli. ubi debet novicius profiteri.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. fratres autem post annum. a professione sua. deleatur. post annum. et dicatur. post duos annos.

---

1) has] hanc constitucionem B. — dicitur] quod *add.* B. — 7) hanc *om.* A2. — eodem] capitulo *add.* B. — 22) has] hanc constitucionem B. — in capitulo *om.* B. — ecclesie] quod *add.* B. — addatur] excepto magistro et prioribus provincialibus *add.* B. — 24) excepto — et quod *om.* B. — 28) in mensa *om.* A2. — fratri] fratrum B. — poterit] possit B. — 30) in capitulo *om.* B.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. si vero infra mensem non elegerint. addatur. vel postulaverint.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum capituli provincialis et generalis. ubi dicitur ·iiii^or^. fratres de discrecioribus. et magis ydoneis. addatur. qui sint de capitulo provinciali ab ipso capitulo eligantur. etc.

Item. In eodem capitulo. ubi dicitur. aliquis de magis ydoneis eligatur a capitulo. deleatur. a capitulo eligatur. et totum quod sequitur usque. si vero. et dicatur sic. aliquis de magis ydoneis. a maiori parte provincialis capituli eligatur. qui sit generalis capituli diffinitor. cui socius. qui secundum eamdem formam electus sit. assignetur.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. ubi dicitur. cum singulis sociis. a pluribus de capitulo suo. eciam citra medietatem eligencium electis. deleatur. eciam citra. et ponatur. ultra medietatem. etc.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. infra vero idem tempus. fratres alii non admittantur in conventibus ad discussionem eorum. que ad generale. vel provinciale capitulum sunt mittenda. nec ad electionem socii prioris conventualis. nec eciam ad electionem electorum prioris provincialis.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur. mittere ad studium. ad loca ubi viget studium. addatur. secundum consilium et ordinacionem diffinitorum capituli provincialis. quibus eciam de eorum consilio providebit.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. et ad eundem libri. quos habuerit. pertinebunt. addatur. statuimus autem. quod mortuo fratre de provincia. libri quos de eorum provisione habuerit. seu pecunia. ad provinciam pertineant et tam de libris. quam de pecunia. per priorem provincialem. et diffinitores provincialis capituli ordinetur. Si autem libros. vel pecuniam habuerit a conventu. ipso mortuo. et libri. et pecunia. ad conventum unde ipse habuerit. pertinebunt. Si qua autem aliunde habuerit. sint conventus illius. cui erat frater mortuus assignatus.

Item hanc. Ubi dicitur in ordinario. quod fratres in parasceve discalciati vadant. vel intrent capitulum. deleatur totum.

Admonemus. quod acta capituli generalis. et litere magistri. legantur fratribus ad provinciale capitulum congregatis. ante electionem diffinitorum.

---

1) ubi dicitur *om.* B. — 5) provinciali] et *add.* B. — etc. *om.* B. — 6) aliquis *om.* B. — 7) a capitulo *om.* A1, 2. — 8) de — a *om.* B. — 9) provincialis *om.* B. — sit] sibi *add.* B. — 15) fratres *om.* B. — 16) nec — nec *om.* B. — 17) conventualis] provincialis A2. — 24) habuerit] habuerat B. — 25) habuerit] habuerat B. — eorum] communi B. — 28) habuerit a conventu] in conventu acquisierat B. — 29) ipse] illa B. — autem] vero B. — 31) hanc] in capitulo *add.* A2. — 32) capitulum] ecclesiam B. — 33) magistri] ordinis *add.* B.

Item. Quando eligitur magister. vel prior provincialis. vel conventualis. publicato scrutinio? unus eligat vice omnium nominancium ? sive eligencium.

Item. Quod non committatur priori provinciali. et diffinitoribus provincialis capituli. electio visitatorum. nec eciam diffinitoris capituli generalis. sed secundum formam expressam in constitucionibus? eligantur.

Item. Non inducantur novicii ad pitanciam faciendam.

Item. Fratres in electionibus non abrenuncient voci sue.

Item. Scapularia fratrum conversorum superiora? non sint lata ultra medietatem brachii· inter cubitum et manum. et qui aliter habentur per priores vel eorum vicarios. usque ad ·vii· dies. ex quo admonicionem istam sciverint? corrigantur. et caveant. ne inferiora scapularia eorum. tendant ad albedinem. sed sint grisei coloris? sicut dicit constitucio. et si qua aliter sunt? quantocius corrigantur.

Item. Conversi dum sunt in conventu. non dicant horas canonicas. vel de beata virgine? ita quod ab aliis audiantur. et si qui habent psalteria. vel aliquos libellos? infra ·xv· dies auferantur ab eis. per priores vel eorum vicarios.

Item. Fratres qui scribunt magistro ordinis. vel capitulo generali. exprimant plenarie nomina sua in literis. ponendo eciam provinciam suam et conventum.

Item. Prior vel supprior. cum conventus surgit a mensa. in loco suo stantes. pulsent nolam refectorii.

Item. Qui in refectorio ad collacionem dicit. largitor omnium bonorum. etc. surgens dicat.

Item. Operariis in domo nostra. non paretur bina refectio. in ieiuniis ab ecclesia institutis.

Item. Ut uniformitas observetur. idcirco admonemus quod prostraciones extra chorum non fiant. sed inclinaciones ubique serventur.

Item. Fratres qui non sunt predicatores generales. et habent sigilla. sive propria. sive communia? ipsa infra quindenam prioribus suis resignent.

Item. Litere domini Hugonis cardinalis. misse ad capitulum gene-

---

2) sive] vel B. — 7) item] quod *add.* B. — 8) item] quod *add.* B. — abrenuncient] renuncient B. — 9) item] quod *add.* B. — fratrum conversorum *om.* B. — 11) priores] suos *add.* B. — ex quo — corrigantur] post [quam] hec monicio pervenerit correctio sive ? corrigantur B. — 13) et si] quod B. — 14) quantocius] quam cicius B. — 15) dum] cum B. — 17) aliquos] alios B. — XV dies] quindenam B. — 19) item] quod *add.* B. — ordinis *om.* B. — 21) suam *om.* B. — et conventum] et suum conventum proprium B. — 22) item] quod *add.* B. *et sic in sequentibus.* — 26) domo nostra] domibus nostris B. — 28) idcirco admonemus *om.* A1. 2. — 29) ubique] ubi A1, 2. — 31) sive *ante* propria *om.* B. — ipsa *om.* B. — resignent] relinquant B. — 33) capitulum generale] capitula generalia eciam A2.

rale. in capitulis provincialibus legantur. et quilibet socius prioris. ad suum conventum deferat (1).

Monemus autem et rogamus. quod admoniciones ibi facte: cum diligencia serventur.

Iniungimus priori provinciali Provincie et diffinitoribus capituli provincialis. in proximo apud Burdegalam celebrandi. quod auferant scapularia alba fratribus conversis de Prulliano usque ad duos menses post suum provinciale capitulum. et de cetero: eos nullatenus habere permittant.

Item. Mandat magister ordinis. prioribus provincialibus. vel eorum vicariis. quod scribant ei ad sequens generale capitulum. quot domos sororum nostrarum. habent in suis provinciis. et numerum sororum in qualibet domo. et quos habeant proventus. et redditus. et qua auctoritate sunt eis commisse.

Item. Concedit magister ordinis. quod quilibet prior provincialis. possit mittere unum vel duos fratres discretos et religiosos ad curiam. pro factis sue provincie. qui sint ibi continue. et provideatur eis a suo provinciali in vestibus. Si autem aliquis prior provincialis ad curiam mittere secundum predictam formam noluerit: prohibet magister districte. ne aliquos fratres ad curiam mittere presumat. nisi secundum quod in constitucionibus continetur. et revocat licencias. si quas super hoc dedit.

Item. Volumus. quod fratres de Ungaria. et aliis provinciis. si eos de terra sua fugere contigerit: caritative recipiantur in provinciis. quousque per magistrum ordinis de eis ordinetur.

Quicumque scripserunt usque hodie aliquid de officio. non dent ad transcribendum aliis. quousque correcta fuerint diligenter: ea que scripserunt ad exemplaria que sunt Parisius. et quicumque amodo scribent. non utantur illis scriptis. quousque per fratres diligenter correcta fuerint scripta illa. nec credatur particularibus correctionibus. quas quidam dicuntur portasse in quaternis et cedulis.

Ista sunt suffragia. Pro domino papa. etc. Sciant fratres quod capitulum generale olim concessit fratri Raymundo de Penaforti. quod fiat pro eo sicut pro magistro ordinis. post mortem suam (2).

---

3) autem] eciam B. — ibi *om.* B. — cum diligencia serventur] diligencius observentur B. — 5) iniungimus] item iniungimus B. — 7) fratribus *om.* B. — 10) vel] et B. — 16) et religiosos *om.* B.— curiam — eis] curiam, qui sint ibi pro fratribus sue provincie et quod provideatur eisdem B. — 19) noluerit] noluit B. — 21) hoc] aliquibus *add.* B. — dedit] dederit B. — 23) quousque] aliud *add.* B. — 24) de eis *om.* B. — 25) quicumque] vero *add.* B.— hodie] nunc B. — 26) transcribendum] scribendum B. — diligenter *om.* B. — 30) et] vel B. — 31) ista sunt — sciant *om.* B.

---

(1) Quas litteras publici iuris fecit Finke l. c. p. 52, n. 4.

(2) Cf. supra p. 18, l. 7.

Absolvimus priores provinciales Ispanie et Theotonie.

Item. Fratres ad. o dulcis Maria. de sero non flectant genua sicut ad. salve regina. sed inclinent profunde.

Capitulum generale sequens. assignamus Tolose in provincia Provincie.

Ista sunt memorialia fratris Troiani procuratoris ordinisˀ ad magistrum.

In primis supplico. ut propter multos deffectus meos. velitis alium substituere procuratorem. Item sitis memor moniciones in capitulo facere. quod omnes fratres qui scribunt pro aliquibus negociis procuratori ordinis. diligenter et distincteˀ ipsa negocia explicent. Item peticiones. si volunt aliquas in curia optinere. faciant eas formari a sapientibus suis. quia postea si necesse fuerit faciam secundum formam curieˀ reformari.

Item. Quando scribunt pro aliquibus negociis optinendis. super quibus sunt necessarii iudices. vel executores. ipsos distincte nominent. dyocesim unde trahunt originem diligenter exprimendo.

Item. Quando fratres michi scribunt. scribant de qua provincia secundum ordinem. secundo si sunt in episcopatu. hoc est in civitate vel dyocesi. et hec cum scribunt. diligenter exprimant. Item quando aliquas literas scribunt domino pape. vel cardinalibus michi earum tenorem in scriptis mittant. ut postmodum eos super hiis requiram.

Item. Sint solliciti mittere sufficientem pecuniam pro negociis expediendis. consueverunt enim michi fratres scribere. quod negocia eorum expediam. et postquam literas expedicionis habuerintˀ michi mittere pecuniam procurabunt. Et quandoque contingit quod expeditur negocium in peticionibus. in notis. et in litera grossa. et postea destruuntur. et expense non restituuntur. Et quando mittunt pecuniamˀ tarde remittunt. et aliquando perditur in via. Propter que et alia quedam sum multis debitis obligatus.

Ultimo vero supplico. ut me pro omnibus laborantemˀ oracionibus omnium recomendare velitis.

Actis additae sunt litterae magistri ordinis; cf. app. n. IX.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS THOLOSE CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· LVIII°·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de suffragiis mortuorum. ubi dicitur. in unaquaque provincia. deleatur totum. usque ad anniver-

1) absolvimus — 3) profunde *om.* A1, 2. — 5) ista sunt memorialia — *acta capituli sequentis om.* B. — 34) has constituciones] hanc constitucionem B.

sarium fratrum. et dicatur sic. quilibet fratrum celebret ·xxx· missas in anno pro fratribus ordinis defunctis. et quilibet clericus ·xxx· vicibus ·vii· psalmos et quilibet conversus ·xxx· vicibus ·c· pater noster. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. et quilibet conventus unam in communi. dicatur sic. quilibet conventus ·xx· missas in communi. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. poterit autem ipsum nichilominus magister ordinis confirmare vel amovere. addatur. quod si ordo magistrum non habuerit; tres de ipsis electoribus aliis ab electo. qui primitus habitum nostri ordinis susceperunt. ipsum confirmandi et compellendi ad officium habeant potestatem. quod si non concordaverint; duorum sentencia prevalebit. si vero electum non confirmaverint; ab eisdem electoribus ad electionem iterum procedatur. et ad tres antiquiores secundum predictam formam confirmacio pertinebit. Et hec habet ·iii· capitula.

Item. In capitulo de ieiuniis. in fine dicatur sic. in parasceve per totum diem in pane et aqua abstinebimus. et de ordinario removeatur prout ibi dicitur. Et hec habet ·iii· capitula.

Approbamus has. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. fratres post annum a professione sua. deleatur. post annum. et dicatur. post duos annos. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. quod si infra mensem non elegerint. addatur. vel postulaverint. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. ubi dicitur. cum singulis sociis. a pluribus de capitulo suo. eciam citra medietatem eligencium electis. deleatur. citra medietatem. et addatur. ultra medietatem etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. infra vero idem tempus. alii non admittantur in conventibus. ad discussionem eorum que ad generale vel provinciale capitulum sunt mittenda. addatur. nec ad electionem socii prioris conventualis. nec eciam ad electionem electorum prioris provincialis. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur. mittere ad studendum. ad loca. in quibus viget studium. addatur. secundum consilium et ordinacionem diffinitorum capituli provincialis. quibus eciam de eorum consilio providebit. Et hec habet ·ii· capitula.

Inchoamus has. In capitulo de electione diffinitorum capituli gene-

5) hanc *om.* B. — 20) has] hanc in constitucione B. — 23) hanc *om.* B. — quod *om.* B. — 34) studendum] studium B.

ralis et provincialis. ubi dicitur. aliquis de magis ydoneis eligatur a capitulo. deleatur. a capitulo eligatur. et totum quod sequitur. usque. cui socius. etc. et dicatur sic. aliquis de magis ydoneis a maiori parte capituli provincialis eligatur. qui sit generalis capituli diffinitor.

Item hanc. In capitulo de ieiuniis. ubi dicitur. ab ecclesia institutis. addatur. et sextis feriis.

Item hanc. Ubi dicitur. quod fratres discalciati vadant. et intrent capitulum. deleatur. discalciati.

Item hanc. In capitulo de officio ecclesie. ubi dicitur. surgant fratres dicendo matutinas. deleatur hoc. et dicatur sic. postquam surrexerint fratres dicant matutinas.

Item hanc. In capitulo de inclinacionibus. ubi dicitur. et quando nomen beate virginis nominatur ad antiphonam. salve. deleatur hoc. et infra in eodem capitulo. ubi dicitur. veni sancte spiritus. addatur. et ad antiphonam salve. quando nomen beate virginis nominatur.

Item hanc. In capitulo de predicatoribus. quod dicitur. ad exercicium autem. etc. deleatur totum. usque nullus autem. etc.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur. nullus autem fiat publicus doctor. deleatur quod sequitur. nisi ad minus theologiam audierit per ·iiii^or^· annos. et dicatur sic. nullus fiat publicus doctor vel disputet etc.

Item hanc. In capitulo de inclinacionibus. ubi dicitur. quippiam vestimenti tribuitur. profunde inclinantes. deleatur. profunde.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. post illud. includi sicut in electione magistri non oportet. addatur sic. si vero congregato provinciali capitulo. casu aliquo contingente. provincia. priore provinciali caruerit. ad ipsum provinciale capitulum secundum predictum modum eligendi ? predicta electio pertinebit.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. de quolibet conventu ad hoc idem electos. addatur. a maiori parte conventus. omnibus fratribus etc.

Item hanc. In capitulo de cibo. ubi dicitur. requirat a cellarario. deleatur. cellarario vel ministro. et ponatur. servitore.

Item hanc. In capitulo de capitulo generali. in fine dicatur sic. capitulum autem generale. uno anno. et capitula provincialia sequenti anno.

---

1) aliquis *om.* A2. — 2) cui *om.* B. — 3) sic *om.* A2. — 6) et] in *add.* B. — 7) item] item. Ubi dicitur in ordinario quod B. — 10) sic *om.* A2. — 13) beate] Marie *add.* B. — 14) dicitur] et *add.* A1, 2. — 16) quod] ubi B. — 17) usque] ad illud *add.* B. — 19) ad minus *om.* B. — 20) vel] nec B. — 22) vestimenti] vestium B. — 23) inclinantes] inclinent A1, 2. — deleatur] removeatur B. — 28) eligendi predicta *om.* B. — 30) idem] vel A1, 2. — 32) cellarario] vel ministro *add.* B; cellarario — cellarario *om.* A2. — 33) ponatur] dicatur B.

et tercio iterum generale. et sequenti provincialia. et sic deinceps. alternatim per annos succedentes generalia et provincialia capitula celebrentur. Et quidquid contra sentenciam huius constitucionis repertum fuerit in constitucionibus. per diffinitores sequentis tercii capituli removeatur.

Item hanc. In capitulo de conversis. ubi dicitur. scapularia longa et lata. addatur. usque ad iuncturam inter pugnum et brachium etc.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. possunt et brevia. grisei coloris habere scapularia. deleatur. grisei. et dicatur. eiusdem coloris.

Admonemus fratres qui amodo facient scribi biblias vel aliqua scripta. quod faciant scribi de litera bene legibili. ut magis cedant in communem fratrum utilitatem.

Item. Caveant fratres. in sermonibus a nimietate ricinorum exquisitorum.

Item. Signum quod fit post completorium et post comestionem tempore dormicionis. non fiat cum maiori campana. sed cum alia que competenter possit audiri per domum.

Item. Interdicimus districte. ne fratres aliqui directe vel indirecte procurent. quod alique persone seculares. se intromittant de limitacione terminorum inter provincias. vel conventus ordinis nostri.

Item. Fratribus studentibus in ·iiii^or· studiis sollempnibus ·iiii^or· provinciarum. concedimus ut libertate utantur. qua et studentes qui sunt ad studium Parisius deputati.

Item. Fratres non emant sibi pannum pro vestibus. sed per manum vestiarii omnibus ematur. sive dentur vestes de communi provisione. sive alias dentur denarii. pro vestibus specialiter alicui. eciam de licencia.

Item. Apponant fratres curam. quod libri de officio qui de novo scribuntur. corrigantur diligenter ad exemplaria prima.

Item. Nullus accuset de re criminosa quam audivit. nisi velit et possit probare. quod non solum audierit. sed quod eciam ita sit.

Item. Fratres possunt amodo cessare. a ·vii· psalmis et letania dicendis in epdomada (1).

Item. Voluntati fratrum relinquimus. quod in capitulo provinciali

1) sequenti] anno iterum *add.* B. — 3) in constitucionibus *om.* B. — 4) sequentis] capituli et *add.* B. — 9) admonemus] quod *add.* B. — 10) quod *om.* B. — 12) ricinorum] rithimorum B. — 16) possit *om.* B. — per] totam *add.* B. — 20) studentibus] stantibus B. — 21) ut] ea *add.* B. — libertate] caute *add.* A2. — 28) item] quod *add.* B. — accuset] aliquem *add.* B. — 30) item] quod *add.* B. — amodo *om.* B.

(1) Rationem cur « fratres amodo cessare possint a septem psalmis et letania dicendis in epdomada » Humbertus ipse exponit in suis litteris post capitulum fratribus missis ; cf. app. n. X.

possint committere priori provinciali. et diffinitoribus capituli provincialis ? electionem visitatorum.

Item. In prostracionibus extra chorum faciendis ? relinquimus fratres consuetudini antique.

Item. Iniungimus districte prioribus et fratribus. quod non faciant edificia nisi humilia et mediocria. et secundum formam constitucionis. Et volumus quod visitatores anni presentis ubi invenerint aliquos in contrarium excessisse ? significent futuro capitulo generali.

Item. In capitulis generalibus et provincialibus. non dentur ad plus ? nisi duo pulmenta preter pulmentum et fructus.

Item. Iniungimus prioribus provincialibus et diffinitoribus ·iiii^or^· provinciarum. in quibus sunt studia sollempnia. quod ordinent. quod semper sit unus frater qui legat extraordinarie de sentenciis vel de textu. in illis conventibus illius provincie. ubi est sollempne studium illius provincie.

Item. Sciant omnes fratres quod quando constitucio de sedendo in terra pro fractione silencii fuit confirmata ? magister ordinis. et diffinitores publice et coram toto capitulo declaraverunt. quod non intelligebant. quod fratres per illam constitucionem tenerentur ad comedendum panem et aquam. sed solum ad sedendum in terra. et hoc constitit nobis per ipsum magistrum. et per aliquos alios qui tunc diffinitores fuerunt.

Item. Omnibus prioribus vel eorum vicariis. qui secundum monicionem preteriti capituli. non preciderunt capucia conversorum. iniungimus quod legant ·l· psalmos et constituciones a principio usque ad finem. diligenter.

Item. Omnibus prioribus provincialibus qui non miserunt acta capituli provincialis ad capitulum generale magistro ordinis ? iniungimus ·l· psalmos. et ·iii· disciplinas.

Item. Concedimus ·i· domum in regno Navarre ad peticionem regis. si videatur priori provinciali et diffinitoribus capituli provincialis Hyspanie.

Item. Ad preces domini Phylippi de Monteforti ? concedimus ·i· domum apud Castras. dyocesis Albiensis. si visum fuerit fratri Guillelmo Raymundi. et priori montis Albani. et fratri Aymerico de Leone.

Hec sunt suffragia. Pro domino papa etc.

Absoluciones priorum committimus diffinitoribus capituli provincialis.

---

1) capituli provincialis *om.* B. — 3) faciendis *om.* B. — fratres] fratrum vel fratres B. — 5) et fratribus *om.* B. — faciant] fieri *add.* B. — 7) presentis] precedentis B. — ubi] ubicumque B. — in contrarium *om.* B. — 9) item — fructus] item quod in capitulo generali et provinciali preter pulmentum non dentur ad plus nisi duo fercula et fructus B. — 12) quod ordinent] ut ordinent B. — 15) item *om.* B. — 17) capitulo] suam sentenciam *add.* B. — 19) constitit] constat B. — 21) vel] et B. — 22) iniungimus] precipimus B. — 28) item — diffinitoribus] Concedimus provincie Ispanie unam domum sicut videbitur priori provinciali et suis diffinitoribus. *reliqua.* — capitulum generale *om.* B.

Capitulum generale sequens in provincia Francie in conventu Valencenensi.

Moniciones magistri. Ne acolyti nuda manu tangant calicem.

Item. Quod fratres non habeant scapularia vel capas duplices.

Item. Quod de libris decedencium provideant priores fratribus ydoneis. et convertant omnia in communes usus.

Item. Quod fratres non faciant preces importunas apud inquisitores.

Item. Quod apud Prulianum non mittantur amodo fratres de facili in carcerem.

Item. Quod fratres inquisitores et alii qui gerunt negocia regis pro restitucionibus. non equitent nisi propter timorem. vel quando habent facere vias laboriosas.

Item. Quod vacaciones non fiant. ubi est studium sollempne. ante festum sancti Iohannis Baptiste.

Item. Quod ordinacio de providendo studentibus preteriti capituli mutetur. et aliter provideatur.

Actis additae sunt litterae magistri ordinis; cf. app. n. X.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS VALENCENIS CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· LIX° (1)·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. fratres autem post annum a professione sua. deleatur. post annum. et dicatur. post duos annos. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. ubi dicitur. cum singulis sociis a pluribus de capitulo suo. eciam citra medietatem eligencium electis. deleatur. eciam citra. et ponatur. ultra medietatem. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. infra vero idem tempus. alii non admittantur ad discussionem eorum que ad generale vel provin-

1) in — Valencenensi] ponimus in conventu Vall. Francie. — 3) moniciones magistri — 16) provideatur *om.* B. — 12) facere] longas *add.* A2. — 22) autem *om.* B. — 24) in capitulo *om.* B. — 28) item — approbamus *om.* B.

(1) Cui capitulo interfuerunt ff. Bonushomo, Florentius, Albertus Magnus, Thomas de Aquino, Petrus de Tarantasia, magistri theologiae Parisiis, de quorum consilio infra (p. 99) edenda statuta de studiis ordinata sunt. Cf. Denifle *Chartularium etc.* p. 385 sq., n. 335 et notas appositas.

ciale capitulum sunt mittenda. addatur. nec ad electionem socii prioris provincialis. Et hec habet ·iii· capitula.

Approbamus has. In capitulo de electione diffinitorum capituli generalis et provincialis. ubi dicitur. aliquis de magis ydoneis a capitulo eligatur. deleatur. a capitulo eligatur. et totum quod sequitur usque. eius socius etc. et dicatur sic. aliquis de magis ydoneis a maiori parte provincialis capituli eligatur qui sit generalis capituli diffinitor. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. Ubi dicitur in ordinario. quod fratres in parasceve discalciati vadant et intrent capitulum. deleatur. discalceati. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de predicatoribus. ubi dicitur. ad exercicium etc. deleatur totum usque ad illud. nullus autem etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur. nullus autem fiat publicus doctor. deleatur quod sequitur. nisi ad minus theologiam audierit per ·iiii^{or}· annos. et dicatur sic. nullus fiat publicus doctor. nec disputet etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de inclinacionibus. ubi dicitur. quippiam vestimenti tribuitur. profunde inclinantes etc. deleatur. profunde. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. post illud. includi sicut in electione magistri non oportet. addatur sic. si vero congregato capitulo provinciali. casu aliquo contingente provincia priore provinciali caruerit. ad ipsum provinciale capitulum secundum predictum modum eligendi· predicta electio pertinebit. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In eodem loco. ubi dicitur. de quolibet conventu ad hoc idem electos. addatur. a maiori parte conventus. omnibus fratribus. etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de cibo. ubi dicitur. a cellarario. vel ministro. removeatur. a cellarario. vel ministro. et dicatur. a servitore. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de conversis. ubi dicitur. scapularia longa et lata. addatur. usque ad iuncturam inter pugnum et brachium. que eciam etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo generali. in fine dicatur sic. capitulum autem generale. uno anno. et capitula provincialia sequenti anno. et tercio iterum generale. et sequenti provincialia. et sic alternatim per

---

3) has] hanc B. — 12) in capitulo *om.* B. — 27) item — item *om.* A2. — loco] capitulo B. — 30) hanc — vel] hanc ubi dicitur. requirat a cellarario etc. B.

annos succedentes generalia et provincialia capitula celebrentur. et quicquid contra sentenciam huius constitucionis repertum fuerit in constitucionibus. per diffinitores sequentis tercii capituli removeatur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de officio ecclesie. ubi dicitur. surgant fratres dicendo matutinas. deleatur hoc et dicatur sic. postquam autem surrexerint fratres. dicant matutinas. Et hec habet ·ii· capitula.

Inchoamus has. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. supersedeatur illo anno? a capitulo generali. addatur. si tamen inter diem pasche et festum trinitatis. casu aliquo contingente. ordo magistro caruerit. diffinitores nichilominus qui convenerint? generale capitulum celebrabunt.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. hoc autem ita fiat ut in secunda feria. etc. deleatur totum usque ibi. hec omnia vero que circa etc.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. et duos fratres de quolibet conventu. etc. deleatur totum usque ibi. qui secundum formam. etc. et dicatur sic. et unum fratrem discretum de quolibet conventu ad idem electum. omnibus fratribus ad conventum illum pertinentibus qui vocem habent in electione illa. si commode fieri potest. convocatis. et tunc iste frater sic electus. pro socio prioris conventualis habeatur. isti autem electores secundum formam etc.

Item hanc. In capitulo de visitatoribus. ubi dicitur. in capitulo provinciali predicto modo eligantur. deleatur predicto modo. et dicatur sic. secundum formam in electione diffinitorum provincialis capituli positam? eligantur.

Item hanc. In capitulo de suffragiis. in principio ubi dicitur. a festo sancti Dionysii. usque ad adventum. pro anniversario fratrum. addatur. et familiarium receptorum per literas ad beneficia ordinis. clericus psalterium etc.

Item hanc. Domus Gandensis et Brugensis? sint de provincia Francie.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. post illud ubi dicitur. admittantur ad electionem predictam. addatur. electio autem tam priorum provincialium. quam conventualium. ad illos tantum pertineat electores? qui personaliter. presentes in electione extiterint. sicut fit in electione magistri.

Item hanc. In capitulo de capitulo generali. in fine dicatur sic. quandocumque ante festum sancti Michaelis ordinem magistro carere contigerit. tunc in vigilia sequentis festi pentecostes. magistri electio

---

8) has] hanc B. — 12) ita *om.* B. — 13) usque] in finem vel usque *add* B. — 14) in capitulo *om.* B. — 15) conventu – conventu *om.* A2. 19) iste *om.* B — 23) diffinitorum *om.* A1, 2. — 25) suffragiis] mortuorum *add.* B. — 29) Gandensis] Gramdonensis B. — 30) capitulo de *om.* B. — 31) autem *om.* B. — 36) sancti *om.* B. — ordinem] ordo B. — 37) tunc *om.* B. — in vigilia] ante vigiliam B.

celebretur. et in secunda feria sequenti procedatur ad celebrandum capitulum generale. eciamsi sit annus. in quo alias non deberet generale capitulum celebrari.

Item hanc. In capitulo de capitulo generali. ubi dicitur. nec eodem anno. etc. deleatur totum usque. cum autem etc. et dicatur sic. et tunc provinciale capitulum celebretur. eciamsi sit annus in quo capitulum non deberet alias celebrari. nichilominus sequenti anno illa provincia. sicut et cetere? provinciale capitulum celebrabit.

Item hanc. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. ad capitulum veniat generale. addatur. pro huiusmodi vero electione electorum magistri facienda. semper provinciale capitulum celebretur. eciamsi sit annus in quo non deberet alias celebrari.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. et tunc provinciale capitulum celebretur nisi prius. addatur. illo anno fuerit celebratum.

Item hanc. In capitulo de visitatoribus. in principio. ubi dicitur. statuimus. etc. deleatur totum quod sequitur. usque ibi. qui excessus. et dicatur sic. statuimus quod in singulis capitulis provincialibus. que alternatim cum capitulis generalibus celebrantur. eligantur. secundum formam in electione diffinitorum capituli provincialis positam. visitatores ad visitandam provinciam in duobus annis sequentibus. ·iiii^or^· fratres ad primum annum. vel plures. secundum quod provinciali capitulo videbitur expedire. et totidem ad secundum.

Iste sunt admoniciones. Fratres qui non debent habere sigilla secundum ordinem? non habeant. nec eciam in manubriis suis aliquam impressionem sigillorum.

Item. Qui scribunt magistro vel provincialibus. vel capitulis. scribant de litera grossa. et legibili. et breviter. aliter non habeant pro malo. si nichil eis rescribatur. vel nichil fiat eorum que petunt.

Item. Priores non contrahant debita magna sine consensu conventuum suorum. et in computacionibus semper sciatur que sint debita domus. et eciam persone quibus debeantur. vel que debeant aliquid domui.

Item. Fratres qui transierunt ad alios ordines. in quibus perseverant? ad multam familiaritatem a fratribus non admittantur.

---

1) procedatur] prosequatur A2. — 5) totum — etc. *om.* A2. — 6) capitulum *om.* A2. B. — 7) nichilominus — capitulum] nichilominus etc. illa provincia sicut cetere provincie capitulum B. — 9) ad capitulum — et tunc *om.* A2. — 10) vero *om.* B. — magistri *om.* A1, 2. — 17) excessus] etc. *add.* B. — 18) statuimus] eciam *add.* B. — 20) visitatores ad visitandam provinciam *om.* A1, 2. — 24) iste sunt admoniciones] admonemus quod B. — 25) nec *om.* A1, 2. — manubriis] manibus A2. — 27) item] quod fratres *add.* B. — 30) item] quod *add.* B. — 32) eciam] que B. — debeantur] debeatur B. — 33) item] quod *add.* B. — ad] per B.

Item. Fratres celebraturi missam. antequam sacris se induantʼ de confessione se expediant.

Item. Iniungimus prioribus omnibus de provincia Provincie. quod ipsi provideant infra festum omnium sanctorum. quod fratres laici omnes de conventibus eorum habeant scapularia minora talis coloris. quod magis similia sint nigro quam albo colori. Alioquin ex tunc quilibet in cuius conventu istud non ductum fuerit ad effectum. qualibet septimana una die ieiunet in pane. et aqua. quousque perductum fuerit ad effectum.

Iniungimus priori provinciali Hyspanie. quod ipse ordinet aliquod studium ad addiscendam linguam arabicam. in conventu Barchinonensi. vel alibi. et ibidem collocet fratres aliquos. de quibus speretur. quod ex huiusmodi studio possint proficere ad animarum salutem. Quicumque autem et de quacumque provincia. voluerit addiscere linguam arabicamʼ scribat hoc magistro.

Item. Iniungimus districte. et in virtute obediencie. quod nulle mulieres pro sororibus habeantur. a fratre quocumqueʼ nisi de quibus constiterit prioribus provincialibus. in quorum provinciis sunt constitute. quod auctoritate alicuius magistri ordinis. vel capituli generalis vel alicuius papeʼ cure ordinis sunt commisse. Priores autem provinciales. inquisicione facta super hiis diligenti. in sequenti capitulo magistro referant. quot et quas. et in quorum conventuum terminis. de huiusmodi sororibus domos habeant.

Item. In vita beati Dominici. in rubrica ubi dicitur. qualiter episcopus Oxomensis instituit monasterium de Pruliano. deleatur. episcopus Oxomensis. et dicatur. beatus Dominicus. etc. Similiter ibidem. in textu ubi dicitur. dei servus Didacus. deleatur hoc totum. et dicatur. beatus Dominicus.

Item. In ordinario de modo recipiendi ad beneficia in tenore literarum de beneficiis. que ibi inseruntur. in fine ubi dicitur. et tantum pro vobis fiat. quantum pro uno fratre defuncto. communiter in nostro ordine fieri consuevit. deleatur hoc totum. et dicatur sic. et misse et oraciones per totum ordinem iniungantur pro vobis. sicut pro fratribus nostris defunctisʼ fieri consuevit. Et hoc fitʼ quia magister ordinis reputat illam falsam.

Item. Procurent priores. quod habeant novam correctionem de of-

---

1) item] quod *add.* B. — 6) quilibet] prior *add.* B. — 7) effectum] in *add.* B. — 8) perductum] istud ductum B. — 9) iniungimus] item iniungimus B. — provinciali *om.* B. — 10) Barchinonensi] Barranensi B. — 13) et] frater B. — 15) et *om.* B. — mulieres] mulieribus B. — 20) diligenti] diligencius B. — sequenti] secundo B. — 21) quot et quas] et que et quos (!) B. — de] in A2. — 26) Didacus] Benedictus episcopus B. — 31) hoc *om.* B. — 33) defunctis *om.* B. — 34) illam falsam] illa fuisse falsa B. — 35) item] omnes *add.* B.

ficio ecclesiastico. et libros de ea bene correctos. et illa que certo sciuntur de officio isto esse. amodo dicantur a fratribus. et sciant omnes quod magister ordinis nichil de cetero immutare proponit.

Item. Parisius non petatur licencia legendi in theologia neque licenciatus incipiat. nec legens dimittat. nisi de consilio magistri. si fuerit in provincia Francie. vel de consilio prioris provincialis Francie: si magister in Francia non fuerit.

Item. Ad promocionem studii ordinamus hoc. quod lectores non occupentur in officiis vel negociis: per que a lectionibus retrahantur.

Item. Quod diligenter inquirant priores provinciales de iuvenibus aptis ad studium. qui in brevi possint proficere. et eos in studio promoveant.

Item. Quod talis inquisicio fiat singulis annis per visitatores in singulis conventibus. et referatur capitulo provinciali.

Item. Quod ad studia generalia ordinis non mittantur fratres. nisi qui sunt bene morigerati: et apti ad proficiendum.

Item. Quod si in aliqua provincia non possint haberi lectores in omnibus conventibus. provideatur saltem. quod fratres maxime iuvenes non semper remaneant in illis conventibus. sed quod mittantur ad loca in quibus sunt lectores.

Item. Quod si non possunt inveniri lectores sufficientes ad publice legendum. saltem provideatur de aliquibus qui legant privatas lectiones. vel hystorias. vel summam de casibus. vel aliquid huiusmodi. ne fratres sint ociosi.

Item. Quod fratribus iunioribus. aptis ad studium. parcatur a discursibus et aliis occupacionibus: ne a studio retrahantur.

Item. Quod ordinetur in provinciis que indiguerint. aliquod studium arcium. vel aliqua: ubi iuvenes instruantur.

Item. Quod fratres qui remanent a scholis: dure puniantur.

Item. Quod tempore lectionis non occupentur in missis celebrandis. vel aliis huiusmodi. nec vadant in villam: nisi pro magna necessitate.

Item. Quod priores vadant ad scolas sicut ceteri fratres. quando commode poterunt.

Item. Quod lectores vacantes vadant ad scolas. precipue ad disputacionem.

Item. Quod non fiant lectores vel predicatores vel confessores. nisi

---

1) ecclesiastico] ecclesie B. — ea] illa littera B. — 4) item]. quod *add.* B. — legendi — neque] legendi theologiam pro aliquo fratre neque B. — 7) magister] ordinis *add.* B. — 9) officiis] factis B. — 10) inquirant] inquiratur per B. — 17) si *om.* B. — 18) fratres] et *add.* B. — 19) quod] ut B. — 20) in quibus] ubi B. — 21) sufficientes *om.* B. — 23) aliquid] aliud B. — 30) quod] fratres *add.* B. — lectionis] electionis B. — celebrandis] dicendis B. — 32) quod] eciam *add.* B. — 34) scolas] et *add.* B.

sint tam sufficientes. quod possint sine periculo notabili huiusmodi officia exercere.

Item. Quod priores et visitatores. et magistri studencium. sint solliciti diligenter inquirere. qualiter fratres et precipue iuvenes circa studium occupentur. et qualiter in studio proficiant: et puniant negligentes.

Item. Quod lectores quantumcumque fieri poterit. continuent lectiones suas.

Item. Visitatores singulis annis diligenter inquirant de lectoribus quantum legerint in anno. et quociens disputaverint et determinaverint. et quot conventus sue visitacionis careant lectoribus. et quid circa hoc invenerint: referant in capitulo provinciali. et defectus notabiles qui circa hoc inventi fuerint. priores et diffinitores: referant postmodum capitulo generali.

Item. In singulis provinciis. singulis annis. in quolibet provinciali capitulo ordinetur. qualiter studentibus provideatur sue provincie missis ad quecumque studia generalia.

Item. Visitatores diligenter inquirant. qualiter studentibus provideatur. et referant defectus notabiles capitulo provinciali: per quod efficax remedium apponatur.

Item. Provideatur quod quilibet lector tenens aliquod sollempne studium. habeat baccellarium: qui legat sub eo.

Item. Quod fratres portent ad scholas libros qui leguntur in scholis. si habent. et non alios.

Item. Quod in quolibet conventu. ubi est lector. instituatur aliquis frater. qui diligenter repetat. dum[modo] sit in conventu aliquis sufficiens.

Item. Quod fiant repeticiones de questionibus. in qualibet septimana. ubi hoc commode poterit observari.

Item. Cum multi conventus sint in multis provinciis qui carent lectoribus. iniungit magister omnibus visitatoribus huius anni. quod ipsi ubicumque invenerint aliquos lectores vacantes. vel alios qui legere possint: inducant eos ex parte magistri. ut ipsi attendentes necessitatem ordinis exponant se ad legendum. in aliquibus provinciis que indiguerint lectoribus. per duos annos. vel tres. in remissionem omnium peccatorum suorum. et si quos invenerint ad hoc se offerentes. tam ipsi fratres quam visitatores: significent hoc magistro sine mora.

---

3) studencium] fratrum B. — 6) item — item *om.* A1, 2. — 8) item] quod *add.* B. — diligenter inquirant *om.* B. — 9) legerint] legant B. — quociens] quot questiones B. — et] ac eciam B. — 10) quid] quod quicquid B. — 11) et] eciam *add.* B. — notabiles] notabiliores B. — 12) priores] prior provincialis B. — postmodum *om.* A2. — 15) missis — provideatur *om.* B. — 20) quilibet *om.* B. — 24) item — item *om.* B. — 26) in — septimana] et collaciones de questionibus semel in septimana B. — 29) magister] ordinis *add.* B. — 30) ubicumque] ubique B. — aliquos] alios B. — vel alios *om.* B. — 32) indiguerint] indigent B. — 34) suorum *om.* B.

Absolvimus priores provincialesˀ Theutonie. et Terre sancte et provincie Provincie. Priores vero conventualesˀ Bituricensem. Attrebatensem.

Hec sunt suffragia. Pro domino papa. et statu et tribulacionibus tocius christianitatisˀ quilibet sacerdos ·iii· missas etc.

Capitulum sequens assignamus in provincia Theutonie. apud Argentinam.

Fratres de Ungaria. si a tartaris fuganturˀ caritative recipiantur ubique.

Pro magistro. Unam missam rogat sibi dari. quia multas amisit.

De his que portantur ad corrigiam. quoniam videntur rasores.

De comestione conversorum. Quando debent petere panem. detur eis licencia.

De ostensione accusacionum priorum. quod non fiat.

De licencia confitendi. quidam dicunt quod habent licenciam a magistro. audiendi confessiones. et absolvendi. et non credatur eis.

Actis additae sunt litterae magistri ordinis; cf. app. n. XI.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS APUD ARGENTINAM CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· LX°·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de electione diffinitorum capituli generalis et provincialis. ubi dicitur. aliquis de magis ydoneis a capitulo eligatur. deleatur. a capitulo eligatur. et totum quod sequitur usque. cui socius. et dicatur sic. aliquis de magis ydoneis a maiori parte capituli eligatur. qui sit generalis capituli diffinitor. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de predicatoribus. ubi dicitur. ad exercicium autem etc. deleatur totum. usque ad illud. nullus autem. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur. nullus fiat publicus doctor. deleatur quod sequitur. nisi ad minus theologiam audierit per ·iiii^{or}· annos. et dicatur sic. nullus fiat publicus doctor. nec disputet etc. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de inclinacionibus. ubi dicitur. quippiam vestimenti tribuitur profunde inclinantes. etc. deleatur. profunde. Et hec habet ·iii· capitula.

---

1) et provincie — capitulum generale *om.* B. — 5) provincia *om.* B. — 7) fratres — non credatur eis *om.* B. — 21) dicitur] quod *add.* B.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. de quolibet conventu. ad hoc idem electis. addatur. a maiori parte conventus. omnibus fratribus etc. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de cibo. ubi dicitur. a cellarario vel ministro. removeatur. a cellarario vel ministro. et dicatur. a servitore. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de conversis. ubi dicitur. scapularia longa et lata. addatur. usque ad iuncturam inter pugnum et brachium. Et hec habet ·iii· capitula.

Approbamus has. In capitulo de visitatroibus. ubi dicitur. in capitulo provinciali predicto modo eligantur. deleatur predicto modo. et dicatur sic. secundum formam diffinitorum capituli provincialis positam eligantur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de suffragiis. in principio ubi dicitur. a festo sancti Dyonisii usque ad adventum. pro anniversario fratrum. addatur. et familiarium. receptorum per litteras ad beneficia ordinis. clericus psalterium. etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. post illud. ubi dicitur. admittantur ad electionem predictam. addatur. electio autem tam priorum provincialium. quam conventualium. ad illos tantum pertineat electores. qui personaliter presentes in electione extiterint. sicut fit in electione magistri. Et hec habet ·ii· capitula.

Inchoamus has. In capitulo de silencio. ubi dicitur. seu regum. addatur. aut reginarum.

Item hanc. In eodem capitulo post illud. sive eciam magistri ordinis. addatur. et ministri generalis fratrum minorum.

Item hanc. In eodem capitulo post illud. cum contigerit nos cum illis comedere. addatur. prior autem provincialis ad loquendum licenciare poterit unum fratrem.

Item hanc. In capitulo de recipiendis conversis. ubi dicitur. sine licencia prioris provincialis. addatur. et dicatur sic. nec conventus aliquis recipiat conversum. sine licencia magistri ordinis. vel prioris provincialis.

Item hanc. In capitulo de levi culpa. ubi dicitur. ad gradus altaris non satisfecerit. deleatur totum hoc.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. magistri in docendo. deleatur. magistri. et dicatur. doctores.

---

14) suffragiis] mortuorum *add.* B. — 23) has] hanc B. — 28) addatur *om.* B. — 30) conversis *om.* B. — 31) prioris provincialis] priorum provincialium B. — aliquis] aliquem *add.* B. — 34) dicitur] et *add.* B. — 36) hanc *om.* B. — 37) doctores] etc. *add.* B.

Item hanc. In capitulo de gravissima culpa. ubi dicitur. de nostra societate prohiciatur. deleatur totum quod sequitur usque ibi. hic autem habitu exutus. etc.

Item hanc. In capitulo de apostatis. a principio ubi dicitur. quicumque apostataverit. deleatur totum quod sequitur usque. si infra ·xl^{a}· dies non redierit ˀ excommunicabitur. et dicatur sic. quicumque apostataverit ˀ ipso facto sit excommunicatus. quam sentenciam ex nunc ferimus presenti statuto.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. non predicet nec audiat confessiones. addatur. nec ad aliquam electionem ordinis. nec ad aliquem tractatum eorum que mittenda sunt ad generale vel provinciale capitulum. admittatur. nisi per diffinitores. etc.

Item hanc. In capitulo de domibus concedendis. post illud. nisi in die consecracionis ecclesie. addatur. et tunc tantum liceat eis ingredi chorum et claustrum.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. post illud. si vero priore mortuo vel amoto. addatur. vel absente. Et infra. ubi dicitur. et domus suppriore caruerit. addatur. et vicario. tres fratres. etc. Et infra. ubi dicitur. prior provincialis. addatur. vel conventualis aliter ordinaverit.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. post illud. hoc excepto. quod eos includi sicut in electione magistri. non oportet. addatur. unus autem de illis duobus electoribus illo anno in socium prioris conventualis ad provinciale capitulum eligatur ˀ si tunc fuerit celebrandum.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. post illud. si priorem provincialem abesse contigerit. nec vicem suam alicui commiserit. addatur. vel ille cui commiserit aliquo casu absens fuerit. prior illius loci. etc.

Item hanc. In eodem capitulo. post illud. alias enim sentencia plurium prevalebit. addatur. si vero tractatus de aliquo ipsorum fuerit. et ·iiii^{or}· reliqui inter se discrepantes in partes dividantur equales. advocent unum priorem presentem in capitulo. alium a diffinitoribus. qui prius habitum nostri ordinis suscepit. et cui parti consenserit ˀ illorum sentencia prevalebit.

Item hanc. In capitulo de sollempni celebracione capituli. ubi di-

---

2) hic — etc. *om.* A1. — 4) item — excommunicabitur *om.* A1, 2. — 7) ex *om.* B. — ferimus] proferimus B. — 10) nec — nec *om.* A2. — 12) etc.] generalis vel provincialis capituli fuerit restitutus B.— 17) absente] etc. *add.* B. — 18) domus] si *add.* B. — 19) dicitur] nisi *add.* B. — 24) provinciale *om.* B. — 31) ipsorum] quatuor *add.* B. — 33) in] de B. — 36) in capitulo *om.* A2.

citur. in fine fiat communis confessio. perseverantibus benedictio et absolucio. totum quod sequitur deleatur usque. et hec eadem forma. etc.

Item hanc. In capitulo de capitulo generalissimo. ubi dicitur. vel magistro. addatur. cum media parte provincialium visum fuerit expedire.

Item hanc. In capitulo de capitulo generali. post illud. si autem per adiunctionem magistri. partes fiant equales. unus eligatur. addatur. a diffinitoribus secundum quod in electione. etc.

Item hanc. In capitulo de itinerantibus. post illud. nisi de licencia magistri. vel capituli generalis. addatur. vel prioris provincialis pro arduis negociis sue provincie. sed mittatur nuncius. etc.

Item hanc. In capitulo de studentibus. post illud. circa aliquos voluerit magister ordinis vel capitulum generale. addatur. vel prior provincialis aliter dispensare voluerit.

Item hanc. In kalendario. quod in crastino Basilidis. Cyrini et Naboris. scilicet idibus iunii. scribatur sic. festum Antonii confessoris de ordine minorum. tres lectiones. Et eciam in martyrologio eodem die. addatur. et dicatur sic in fine. eodem die beati Antonii confessoris de ordine fratrum minorum.

Item hanc. In capitulo de studentibus. post illud quod dicitur. vel questiones proponendas. addatur. vel collaciones ipso presente faciendas.

Item hanc. In capitulo de predicatoribus. post illud quod dicitur. omnis qui iam ad dictum officium predicacionis. usque ad illud. placitis et causis. etc. deleatur totum.

Item hanc. In capitulo de visitatoribus. in principio. post illud verbum. eligantur. addatur. nisi priori provinciali et diffinitoribus velint committere.

Admonemus. quod diffinitor capituli generalis. per disquisicionem. sicut in constitucionibus est traditum ; eligatur.

Item. Diffinitor capituli generalis. in suo provinciali capitulo. causas constitucionum inchoatarum. et approbatarum. et monicionum exponat.

Item. Constituciones. aliquando legantur in mensa. maxime. cum fratres sint ibi melius congregati. proviso quod alie religiose persone. vel seculares. non assint. nec audire possint.

Inhibemus. ne hospitibus. vel minutis in domo hospitum ; pulmenta cocta cum carnibus ministrentur.

---

2) usque] in finem *add.* B. — 4) addatur] vel magistro *add.* B. — media parte — provincialium] media parte provinciarum vel provincialium B. — 6) adiunctionem] addictionem B. — eligatur] etc. *add.* B. — 10) negociis] ordinis *add.* B. — 11) item — item hanc in cap. de studentibus *om.* A1, 2. — 20) proponendas] propositas B. — faciendas] etc. *add.* B. — 21) quod dicitur *om.* B. — 23) totum] etc. *add.* B. — 24) in principio *om.* B. — 28) causas] causam B. — 29) monicionum exponat] admonicionum semper per ordinem exponat B. — 30) item] quod *add.* B. — mensa] et *add.* B. — cum] quia B. — 31) ibi *om.* A1, 2. — 33) inhibemus] item inhibemus B. — domo] domibus A1. — 34) carnibus] nullatenus *add.* B.

Item. Misse votive. cum pulsacione campane non dicantur. nec due misse cum nota. nisi pro scolaribus vel congregacionibus. diebus dominicis celebrentur.

Item. Conventus provinciarum. in quibus non est sufficiens copia lectorum. lectores quandiu possunt legere. non eligant in priores. nec priores provinciales sint faciles ad confirmandum eos. et admoniciones facte de studio in precedenti capitulo generali ˀ diligencius observentur.

Item. Cultelli curiosi. vel sumptuosi. et tabule cum speculo. vel crucifixo vel alias curiose. et almucie preciose. et capelli omnibus fratribus infra quindenum. a prioribus. vel eorum vicariis auferantur. nec deinceps habeantur.

Item. Priores provinciales quando vadunt ad capitula generalia. vel ad alia loca remota. ordinent ita de vicariis quos dimittant ˀ quod si unus moriatur. vel alius a vicaria impediatur. alius succedat illi mortuo. vel alias impedito. et si necesse fuerit simul et semel ponere duos ˀ exprimant quem illorum velint locum suum in capitulo provinciali tenere.

Item. Si forte petatur absolucio prioris provincialis vel conventualis ˀ scribantur nomina petencium. et non petencium.

Item. Antiqua scapularia fratrum conversorum. infra ·xv· dies postquam hoc scriverint per priores corrigantur ˀ secundum formam constitucionis noviter confirmate.

Item. Priores provinciales cum diffinitoribus hoc anno faciant aliquam ordinacionem. ubi facta non est. ad cohibendum discursum fratrum. et ubi facta est ˀ servari faciant diligenter. vel faciant meliorem.

Item. Fratres qui mittunt nuncios ad magistrum ˀ ita provideant. quod pro sustentacione sua. aliquid non petatur ab eo. et super hoc ˀ instruant eos fratres.

Item. Mandat magister. quod fratres utantur legenda beati Dominici que inserta est in lectionario ˀ et alie deinceps non scribantur.

Item. Caveant fratres. ne scribant procuratori ordinis pro amicis qui volunt in curia beneficia impetrare.

Concedimus unam domum in Zelandia. si placet priori provinciali Theutonie. et diffinitoribus. Item provincie Polonie unam in Boleslavec.

---

1) item] quod *add.* B. — 4) item] quod *add.* B. — conventus] in conventibus B. — 5) lectorum] tunc *add.* B. — nec] eciam *add.* B. — 8) item] quod *add.* B. — 9) et almucie] seu almucie B. — capelli] cuiuslibet *add.* B. — 10) vel eorum] seu ipsorum B. — 11) habeantur] nec portentur *add.* B. — 12) item] quod *add.* B. — 14) alius] postmodum *ante* succedat *add.* B. — illi] eo B. — 15) fuerit] habent B. — duos] tunc *add.* B. — 18) forte *om.* A2. — 20) item] quod *add.* B. — 23) item] quod *add.* B. — faciant *om.* A2. — 25) est] eam *add.* B. — 26) nuncios] nuncium B. — provideant] ei *add.* B. — 29) quod] omnes *add.* B. — 30) scribantur] transcribantur B. — 33) Zelandia — Boleslavec] Theotonia ·I· in Polonia B. — Zelandia] Gebaudia A1, 2. — 34) Boleslavec] Bolesavec A1, 2.

Absolvimus priorem Treverensem et ieiunet ·iii· dies in pane et aqua et celebret ·iii· missas.

Capitulum generale sequens assignamus apud Barchinonam in provincia Hispanie.

Actis additae sunt litterae magistri ordinis; cf. app. n. XII.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS APUD BARCHINONAM CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· LXI°·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de visitatoribus. ubi dicitur. in capitulo provinciali predicto modo eligantur. deleatur. predicto modo. et dicatur sic. secundum formam diffinitorum capituli provincialis positam eligantur. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de suffragiis. ubi dicitur. a festo sancti Dyonisii usque ad adventum. pro anniversario fratrum. addatur. et familiarium. et benefactorum receptorum per literas ad beneficia ordinis. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. post illud. ubi dicitur. admittantur ad electionem predictam. addatur. electio autem tam priorum provincialium. quam conventualium. ad illos tantum pertineat electores ⁊ qui personaliter presentes in electione extiterint. sicut fit in electione magistri. Et hec habet ·iii· capitula.

Approbamus has. In capitulo de silencio. post illud. sive eciam magistri ordinis. addatur. et ministri generalis minorum. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de levi culpa. ubi dicitur. et ad gradus altaris non satisfecerit. deleatur totum hoc. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. magistri in docendo. deleatur. magistri. et dicatur. doctores. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de gravissima culpa. ubi dicitur. de nostra societate prohiciatur. deleatur totum quod sequitur usque ibi. hic quidem habitu exutus. etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de apostatis. ubi dicitur in principio. quicumque apostataverit. deleatur quod sequitur. si infra ·xl^a^· dies non redierit ⁊ excommunicabitur. et dicatur sic. quicumque apostataverit ⁊ ipso facto sit excommunicatus. quam sentenciam ex nunc ferimus presenti statuto. Et hec habet ·ii· capitula.

---

1) absolvimus — missas *om.* A1, 2. — 3) assignamus *om.* B. — 13) suffragiis] in principio *add.* B. — 22) has] hanc B. — illud] ubi dicitur *add.* B. — 32) in principio *om.* B.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. non predicet. nec audiat confessiones. addatur. nec ad aliquam electionem ordinis. nec ad aliquem tractatum eorum que mittenda sunt ad generale vel provinciale capitulum admittatur. nisi per diffinitores. etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de domibus concedendis. post illud. nisi in die dedicacionis ecclesie. addatur. et tunc liceat eis ingredi chorum et claustrum. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. post illud. si vero mortuo priore vel amoto. addatur. vel absente. et infra. ubi dicitur. et domus suppriore caruerit. addatur. et vicario. tres fratres. etc. et infra. ubi dicitur. vel prior provincialis. addatur. vel conventualis? aliter ordinaverit. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. post illud. hoc excepto quod eos includi. etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. post illud. si priorem provincialem abesse contigerit. nec vicem suam alicui commiserit. addatur. vel ille cui commisit. aliquo casu absens fuerit. prior illius loci. etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. post illud. alias enim sentencia plurium prevalebit. addatur. si vero tractatus de aliquo ipsorum fuerit. et ·iiii^or^· reliqui inter se discrepantes in partes dividantur equales. advocent unum priorem presentem de capitulo. alium a diffinitoribus. qui prius habitum nostri ordinis susceperit. et cui parti ille consenserit. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de sollempni celebracione capituli. ubi dicitur. in fine fiat communis confessio. perseverantibus benedictio et absolucio. deleatur totum quod sequitur usque. et habet eamdem formam. etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo generalissimo. ubi dicitur. vel magistro. addatur. vel magistro cum media parte provincialium visum fuerit expedire. provincie autem. etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo generali. post illud. si per adiunctionem magistri partes fiant equales. unus eligatur. addatur. a diffinitoribus secundum quod in electione. etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de studentibus. post illud. circa illos voluerit magister ordinis. vel capitulum generale. addatur. vel prior provincialis aliter dispensare. etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In kalendario in crastino Basilidis. Cirini. et Naboris.

---

1) hanc *om.* B. — 14) hoc excepto — post illud *om.* A1. — 19) enim *om.* B. — 25) item — item *om.* B.

scilicet ydibus iunii. scribatur sic. Anthonii confessoris ·iii· lect. et in martirologio. eodem die. in fine addatur sic. Item eodem die. beati Anthonii confessoris de ordine fratrum minorum ·iii· lect. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de studentibus quod dicitur. quod vel questiones proponendas. addatur. vel collaciones faciendas. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de predicatoribus. post illud quod dicitur. omnis qui ad iam dictum predicacionis officium. usque ad illud. placitis et causis. etc. deleatur totum. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de visitatoribus. in principio. post illud verbum. eligantur. addatur. nisi priori provinciali et diffinitoribus velint committere. Et hec habet ·ii· capitula.

Inchoamus has. In capitulo de electione prioris provincialis. in principio. ubi dicitur. statuimus ut mortuo priore provinciali vel amoto etc. usque ad illum locum. et sic deinceps. donec prior eiusdem provincie sit electus et confirmatus. addatur. vel magister ordinis aliter in predictis casibus ordinaverit.

Item hanc. In capitulo de apostatis. ubi dicitur. peracta penitencia. ad priorem locum non redeat. deleatur hoc. ad priorem locum non redeat. et dicatur sic. peracta penitencia. ultra primum locum gradus ordinis sui. sedem non habeat. nisi per diffinitores etc.

Item hanc. In capitulo de domibus concedendis. ubi dicitur. super chorum et sacristiam. etc. addatur. nec fiant in domibus nostris superfluitates et curiositates notabiles in sculpturis. et picturis. et pavimentis. et aliis similibus que paupertatem nostram deformant.

Item hanc. In capitulo de noviciis. ubi dicitur. similiter omnes fratres singulis annis semel. omnia. etc. usque ad illum locum. eorum disposicioni relinquendo. addatur. quicumque frater pecuniam. vel alia quecumque receperit. vel habuerit. vel expenderit. vel dispensaverit. vel dispensari fecerit. reddat singulis annis. suis maioribus racionem. semel. vel pluries. si fuerit requisitus. videlicet magister ordinis. diffinitoribus capituli generalis. prior provincialis. diffinitoribus capituli provincialis. prior conventualis. priori provinciali. vel visitatori. ceteri fratres. priori conventuali.

Item hanc. In capitulo de domibus concedendis. in principio ubi dicitur. nec concessa ponatur. addatur. nec posita transferatur. nisi ubi predicti. etc.

5) quod dicitur — faciendas] post illud vel questiones propositas B. — quod *ante* vel *om.* A1. — 11) verbum *om.* B. — 14) has] hanc B. — 17) vel] nisi B. — 21) ordinis *om.* B. — 24) nec] non B. — 25) notabiles *om.* B. — 31) semel *om.* B. — 34) conventualis *om.* B. — 36) in principio *om.* B.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. post illud. includi sicut in electione magistriˀ non oportet. addatur sic. si vero congregato provinciali capitulo. casu aliquo contingente. provincia priore provinciali caruerit ˀ ad ipsum provinciale capitulumˀ predicta electio pertinebit.

Item hanc. In capitulo de capitulo generalissimo. ubi dicitur. convenerunt priores provinciales una cum fratre Iordane. etc. mutetur in hunc modum. cum venerabili patre beate memorie fratre Iordane. etc.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. in fine ubi dicitur. item priores provinciales. etc. provinciam suam. etc. deleatur totum usque ad finem. et dicatur sic. priores provinciales annis singulis visitent totam suam provinciam per se vel per suos vicarios ad hoc de consilio diffinitorum provincialis capituli assignatos.

Iste sunt admoniciones. Cum fratres pluries fuerint admoniti. ne inductiones faciant in electionibus nostris vel absolucionibus priorumˀ visitatores acrius puniant. quos in talibus invenerint excessisse.

Item. Caveant fratres confessores. ne in confessionibus inducant confitentes ad dandum aliquid sibi. vel ordini. unde possint probabiliter de cupiditate notari.

Item. Caveant fratres diffinitores provincialium capitulorum. ne sint faciles ad mutandum per suas diffiniciones. fratres de conventibus ad conventus nisi pro evidenti necessitate. vel utilitate. et caveant priores provinciales. ne instantibus electionibus priorum conventualiumˀ fratres a suis conventibus amoveant.

Item. Iniungimus prioribus provincialibus et diffinitoribus provinciarum Hyspanie. Romane provincie. Theutonie. Polonie. Ungarie. Dacie. quod ordinent. quod fratres iuniores et docibiles in logicalibus instruantur. In provincia vero Theutonie instituant duo vel tria studia huiusmodi in conventibus ydoneis ad predicta.

Item. Rogamus quod fratres dent operam ad iuvandum domum Parisiensem. quando poterunt (1).

Item. Priores ubique faciant redigi capucia fratrum laycorum. que sunt nimis lata. ad formam secundum ordinem statutam.

2) si vero] sed nec B. — 7) Iordane] Iordano A1, 2. magistro ordinis *add.* B. — 8) beate] bone B. — 9) hanc *om.* B. — in fine *om.* B. — 10) etc. *om.* B. — etc. *post* suam *om.* B. — 14) iste sunt admoniciones] admonemus quod B. — 17) in confessionibus] causa confessionis B. — 20) fratres *om.* B.— 22) nisi] ne A1, 2. — 28) provincia vero Theutonie] Yspania et Theutonia B.

(1) « Conventus Parisiensis semper aere alieno premebatur, sicut et in capit. generali an. 1283 repetitur. Causa fuit multitudo fratrum ibidem studentium, tam indigenarum quam externorum » etc. cf. Denifle l. c. n. 371, p. 419 nota.

Item. Priores non sint faciles ad faciendum dispensaciones. nisi cum cause racionabiles hoc exposcunt.

Item. Nullus portet. vel mittat literas de beneficiis scriptas ad magistrum. que sigillentur. nisi de prima forma. que incipit. exigente. et finitur. si vester ibidem obitus fuerit nunciatus.

Item. Provincie que petunt domos a capitulo generali. nominent certa loca in quibus petant eas. et causas que movent eos ad domos huiusmodi faciendas.

Item. Priores provinciales. et diffinitores capitulorum provincialium provideant semper ne fiant superfluitates in conviviis in capitulis nostris. et ordinent certum diem antequam non veniant fratres provincie ad capitulum futurum. neque capitulum nimis prolongetur.

Item. Serventur admoniciones facte de studio. in capitulo generali Valencenensi celebrato. et si quid minus servatum fuerit apud aliquos. per visitatores provinciarum districtius corrigantur. et per eos nichilominus ad capitulum provinciale referatur.

Item. Volumus quod priores provinciales et diffinitores capitulorum provincialium ordinent. quod sic provideatur volentibus ingredi ordinem. qui sunt ydonei et pauperes. et ad suas provincias pertinentes. quod propter defectum vestium non repellantur.

Absoluti sunt priores provinciales Hyspanie. Francie. Ungarie.

Ista sunt suffragia. Pro domino papa. et statu tocius ecclesie. quilibet sacerdos ·iii· missas. clericus pro missa ·vii· psalmos. frater laycus ·l· pater noster. etc.

Apud Oxoniam in Anglia assignamus studium pro provinciis. et volumus quod inde non possit removeri sine licencia capituli generalis.

Precipimus autem. in virtute obediencie. priori et fratribus illius conventus. tam presentibus quam futuris. quod studentes provinciarum ibidem recipiant. et caritative pertractent. nec occasione turbacionis que precessit. scienter inferant eis molestias. Quia vero ordinacio et iniunctio precedentis capituli circa hoc non fuit observata: a priore provinciali et diffinitoribus capituli provincialis eiusdem: absolvimus priorem provincialem Anglie. et assignamus eum provincie Theutonie. ut legat Colonie. vel alibi ubi videbitur priori provinciali expedire. nec volumus quod ad provinciam Anglie revocetur sine licencia capituli generalis. et iniungimus ei ·vii· dies in pane et aqua. et ·vii· disciplinas. et ·vii· missas.

2) cause... exposcunt] causa... exposcat B. — 11) provincie *om.* B. — 15) provinciarum *om.* B. — corrigantur] puniantur B. — 21) absoluti sunt — apud Oxoniam] absolvimus priorem provincialem et damus ei pro penitencia ·III· missas et ·III· disciplinas. Item absolvimus priores provincialos Francie et Ungarie. Item absolvimus priorem ibidem (!) et damus ei ·III· dies in pane et aqua et ·III· disciplinas. — 29) turbacionis] turbacione B.— 30) scienter] aliquas *add.* B. — 35) iniungimus] damus B.

Diffinitores vero qui non assenserunt ut fratres studentes aliarum provinciarum. reponerentur Oxonie. suspendimus usque ad ·vii· annos ab officio diffinicionis. tam capituli provincialis. quam generalis. et si sint aliqui ex eis priores; absolvimus eos. et iniungimus cuilibet predictorum diffinitorum ·xiii· dies in pane et aqua et ·xiii· disciplinas.

Item. Omnibus fratribus qui dederunt aliquam operam. quod domus Gandensis. et Brugensis transferrentur ad aliam provinciam. preter formam ordinis; iniungimus ·xiii· dies in pane et aqua. et ·xiii· disciplinas. et totidem psalteria.

Eamdem penitenciam iniungimus omnibus fratribus de Scocia. qui dederunt aliquam operam. quod per regem. vel per alios seculares scriberetur ad curiam domini pape. vel ad capitulum nostrum generale. pro negociis suis ad ordinem pertinentibus promovendis.

Item. Fratribus omnibus Civitatensis conventus in Lombardia. qui scienter dederunt operam. vel occasionem quod patriarcha Aquileiensis poneret aliquod impedimentum. ne fratres Betovienses partem dyocesis sue. concessam eis ab ordine. intrarent vel ibidem predicarent. vel questum facerent. vel confessiones audirent. sicut olim fecerunt. vel eciam quod ipse scriberet magistro. de pertinentibus ad ista; iniungimus ·vii· dies in pane et aqua ·vii· missas ·vii· disciplinas. et iniungimus districte priori dicti conventus. quod ipse per se vel per fratres det fidelem operam quod quicquid super predictis ordinatum est per ordinem. vel ordinabitur; placeat domino patriarche.

Item. Fratri qui erat prior Barchinonensis. quando dormitorium fuit inceptum. et fratribus qui tunc temporis erant positi ad dandum consilium circa opera. ex quorum imprudencia seu negligencia. seu dissimulacione factum est. quod predictum dormitorium altitudinem ab ordine taxatam; notabiliter excedit; iniungimus ·xiii· dies in pane et aqua et totidem disciplinas. et districte iniungimus. quod domus que sunt adhuc faciende ibidem. non fiant alciores quam in constitucionibus est taxatum.

Item. Priori in conventu Coloniensi iniungimus districte. quod infra festum sancti Michaelis corrigat chorum suum secundum modum qui dictus fuit in capitulo Tolosano. sub pena magna si factum non fuerit in futuro generali capitulo imponenda.

Concedimus. quod possit fieri domus apud Traiectum superius in

---

4) ex] de B. — 7) Brugensis] Byan B. — 8) iniungimus] damus B. — 10) iniungimus] damus B. — 15) vel occasionem *om.* B. — 16) Betoviensis] Bononiensis B. — 19) ipse scriberet] ipsi scriberent B. — de] pro B. — iniungimus] damus B. — 21) vel] et A1, 2. — 22) predictis] dictis B. — per ordinem *om.* B. — 24) fratri] priori B. — prior *om.* B. — 27) ab ordine *om.* B. — 28) iniungimus] damus B. — 29) totidem] ·XIII· B. — quod] ut B. — 32) priori in conventu Coloniensi] priori Tholosano et conventui A1, 2.

provincia Theutonie. in favorem illius provincie. que fuit gravata in translacione aliarum duarum domorum (1).

Item. Concedimus eidem provincie aliam domum apud Spiram.

Item. Provincie Polonieˀ ·i· et provincie Francie unam. si capitulum provinciale proximo instans pecierit.

Fratrem Stephanum de Salanhac priorem Tholosanum assignamus ad visitandum Scociam et ad peragendum alia negocia in Anglia que magister ordinis ei duxerit imponenda (2).

Capitulum generale futurum assignamus apud Bononiam in provincia Lombardie.

Actis additae sunt litterae magistri ordinis; cf. app. n. XIII.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS BONONIE CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· LXII°·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de silencio. post illud. ubi dicitur. sive magistri ordinis. addatur. et ministri generales fratrum minorum. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de levi culpa. ubi dicitur. et ad gradus altaris non satisfecerit. deleatur totum hoc. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de gravissima culpa. ubi dicitur. de nostra societate prohiciatur. deleatur totum quod sequitur usque ibi. hic autem habitu exutus etc. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de apostatis. ubi dicitur. quicumque apostataverit. deleatur quod sequitur. si infra ·xl^{a}· dies non redieritˀ excommunicabitur. et dicatur sic. quicumque apostataveritˀ ipso facto sit excommunicatus. quam sentenciam ex nunc ferimus presenti statuto. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. non predicet. nec audiat confessiones. addatur. nec ad aliquam electionem ordinis. nec ad aliquem tractatum eorum que mittenda sunt ad generale vel provinciale capitulum admittatur. nisi per diffinitores. etc. Et hec habet ·iii· capitula.

4) item *om.* B. — Francie] Provincie B. — si — pecierit *om.* B. — 6) de Salanhac *om.* B. — 7) alia] ista B. — 9) assignamus apud Bononiam] erit Bononie B. — 16) ubi dicitur *om.* B. — sive] seu B. — 21) usque — capitula *om.* A1, 2. — 23) item — item *om.* A1, 2.

(1) Scil. Gandavensis et Brugensis cf. supra p. 99, 111.

(2) De fr. Stephano de Salanhaco cf. SSOP 1 p. 415 sq.

Item hanc. In capitulo de domibus concedendis. post illud. ubi dicitur. nisi in die dedicacionis ecclesie. addatur. et tunc tantum liceat eis ingredi chorum. et claustrum. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. post illud. si vero mortuo priore. vel amoto. addatur. vel absente. et infra ubi dicitur. et domus suppriore caruerit. addatur. et vicario. tres fratres. etc. et infra. ubi dicitur. vel prior provincialis. addatur. vel conventualis aliter ordinaverit. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. post illud. si priorem provincialem abesse contigerit. nec vices suas alicui commiserit. addatur. vel ille cui commiserit. absens fuerit. etc. prior illius loci. etc. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. post illud. hoc excepto. quod eos includi sicut in electione magistri. non oportet. addatur. unus autem de illis duobus electoribus. illo anno in socium prioris conventualis ad provinciale capitulum eligatur. si tunc fuerit celebrandum. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de solempni celebracione capituli. ubi dicitur. fiat communis confessio. et absolucio. perseverantibus benedictio. deleatur totum quod sequitur. usque. et hec eadem forma. etc. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo generalissimo. ubi dicitur. vel magistro. addatur. cum media parte provincialium visum fuerit expedire. provincie etc. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo generali. post illud. si autem per adiunctionem magistri. partes fuerint equales. unus eligatur. addatur. a diffinitoribus. secundum quod in electione. etc. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de studentibus. post illud. nisi circa illos voluerit magister ordinis. vel capitulum provinciale. addatur. vel prior provincialis. aliter (voluerit) dispensare. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In kalendario. in crastino Basilidis. Cyrini. Naboris. scilicet ydibus iunii. scribatur sic. Antonii confessoris ·iii· lect. et in martirologio. eodem die. in fine addatur. et dicatur sic. Item eodem die. Antonii confessoris. de ordine fratrum minorum. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de studentibus. post illud. ubi dicitur. vel ad questiones proponendas. addatur. vel collaciones faciendas. Et hec habet ·iii· capitula.

---

18) dicitur] in fine etc. *add.* B. — 23) provincialium] provinciarum A1, 2. — 29) nisi] certa *add.* B. — 34) item eodem die *om.* A2. — 36) vel ad *om.* B.

Item hanc. In capitulo de predicatoribus. id quod dicitur. omnis qui iam ad dictum officium. deleatur totum usque ad illud. placitis et causis. etc. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de visitatoribus. in principio post illud verbum. eligantur. addatur. nisi priori provinciali et diffinitoribus velint committere. Et hec habet ·iii· capitula.

Approbamus hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. in principio ubi dicitur. statuimus ut mortuo priore provinciali. vel amoto. usque ad illum locum. et sic deinceps. donec prior eiusdem provincie sit electus et confirmatus. addatur. vel magister ordinis. in predictis casibus aliter ordinaverit. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de domibus concedendis. ubi dicitur. supra chorum et sacristiam. [addatur]. nec fiant in domibus nostris curiositates. et superfluitates notabiles. in sculpturis. picturis. et pavimentis. et aliis similibus que paupertatem [nostram] deformant. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de noviciis. ubi dicitur. similiter omnes fratres. usque ad illum locum. eorum disposicioni relinquendo. addatur. quicumque autem frater pecuniam. vel alia quecumque receperit. vel expenderit. vel dispensaverit. vel dispensari fecerit: reddat singulis annis. suis maioribus racionem. semel vel pluries: si fuerit requisitus. videlicet magister ordinis. diffinitoribus capituli generalis. prior provincialis: diffinitoribus capituli provincialis. prior conventualis: priori provinciali. vel visitatori. ceteri fratres priori conventuali. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de domibus concedendis. ubi dicitur. nec concessa ponatur. addatur. nec posita transferatur. nisi predicti etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. post illud includi sicut in electione magistri non oportet. addatur. si vero congregato provinciali capitulo casu aliquo contingente provincia priore provinciali caruerit: ad ipsum provinciale capitulum electio pertinebit. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo generalissimo. ubi dicitur. convenerunt priores provinciales. una cum fratre Iordane. mutetur in hunc modum. et dicatur sic. una cum venerabili patre bone memorie fratre Iordane. magistro ordinis nostri. Et hec habet ·ii· capitula.

Inchoamus has. In ordinario de ministris altaris. ubi dicitur. de

---

1) id quod] ubi B. — 2) dictum officium] dictam domum B. — 4) verbum *om.* B. — 7) has] hanc B. — 12) supra] super B — 28) post illud *om.* A1, 2. — 30) provinciali capitulo] provinciale capitulum A1, 2. — 34) provinciales] etc. B. — 37) has] hanc constitucionem B.

pace. in dominicis autem diebus. addatur. et festis duplicibus. et totis duplicibus. postquam etc.

Item hanc. In rubrica de cena domini. ubi dicitur. vadat conventus ad refectorium. deleatur hoc totum. usque ad finem tocius rubrice. et dicatur sic. vadat conventus ad chorum. iunioribus precedentibus. et collocatis ante pulpitum. a sacrista ibi preparatum. candelabris. et thuribulo. sicut in capitulo fuerant collocata. sedente subdyacono cum ministris. post dyaconum in aliqua sede. ibidem preparata. dyaconus stans ante pulpitum. ceteris fratribus residentibus. prosequatur que de sermone dominico restant. Finito autem sermone sine. tu autem. priore signum faciente. surgant omnes. et dicente prelato. adiutorium nostrum etc.: subdyaconus et ministri accipiant. que ad ipsos pertinent. et ordine quo venerunt: ad sacristiam revertantur. et postmodum collacio. suo tempore fiat.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. et in institucione subprioris. ubi dicitur. prior conventualis conventui provideat de subpriore. addatur. si vero in capitulo generali. vel provinciali. aliquem. vel aliquos priores absolvi contigerit. prior provincialis cum diffinitoribus capituli provincialis ante solucionem capituli provincialis provideat de priore. sive de prioribus. illi. vel illis conventibus. quorum priores in ipso capitulo: fuerint absoluti.

Item hanc. In capitulo de noviciis. ubi dicitur. eorum disposicioni relinquendo. addatur. nulli vero fratri detur licencia de conservanda pecunia pro se. nisi pro libris. seu scriptis. nec sic receptam: in alios usus expendendi.

Item hanc. In capitulo de sollempni celebracione capituli. ubi dicitur. deinde culpe audiantur. addatur. si qui vero sine licencia ad capitulum venerint: primo culpe eorum audiantur. et recepta penitencia: de capitulo excludantur.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. in fine dicatur sic. prior autem provincialis et diffinitores in quolibet capitulo provinciali. determinent tempus. ante quod fratres ad sequens capitulum provinciale non veniant.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. ubi dicitur. nec ad electionem electorum prioris provincialis. addatur. de prioribus autem conventualibus vel lectoribus repetendis. vel amovendis: nullum fiat scru-

2) postquam *om.* B. — 3) item] et B. — 4) hoc *om.* B. — 6) thuribulo] turiferario B. — 7) collocata] collocati A1, 2. — 8) ibidem preparata] ibi a sacrista preparata et B. — 10) priore] prelato B. — 11) prelato] versiculum *add.* B. — 12) et] eo *ante* ordine *add.* B. — 13) tempore] more solito *add.* B. — 16) ubi dicitur *om.* B. — conventualis] provincialis B. — 17) subpriore] priore B. — 19) provideat] provideant B. — 20) sive] vel B. — 24) receptam] recepta A1, 2. — 32) ante] ad A1, 2. — 36) amovendis] removendis B.

tinium. poterunt tamen fratres singuli innotescere super hiis visitatori verbo. vel priori provinciali scripto. quod eis circa hoc ; visum fuerit expedire.

Item hanc. In capitulo de graviori culpa. ubi dicitur. ipsum possit proclamare. addatur. si quis vero de suspecta familiaritate mulieris. notatus fuerit. et post monicionem a prelato de consilio discretorum fratrum coram eisdem sibi factam. non se correxerit. si sacerdos fuerit ; a predicacione. et confessionibus audiendis suspendatur. si clericus non sacerdos ; ad ordines non promoveatur. et a predicacione suspendatur. si vero conversus ; ultimum locum inter conversos teneat. et nichilominus alia remedia apponantur. ut sufficienter provideatur ordinis honestati.

Item hanc. In capitulo de silencio. ubi dicitur. absque dispensacione. removeatur. et dicatur sic. in uno prandio aquam bibat. et unam disciplinam in capitulo coram omnibus recipiat. exceptis infirmis decumbentibus. et in hoc non dispensetur nisi per magistrum ordinis. vel priores provinciales. et hoc raro. et ex causa racionabili.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. cum contigerit nos cum eis comedere. addatur. prior vero provincialis. uni de comedentibus secum ; poterit dare licenciam loquendi.

Item hanc. In capitulo de recipiendis. quod dicitur. de consensu conventus. removeatur et dicatur sic. nisi de consensu prioris et duarum parcium fratrum qui sunt de conventu ; ubi fuerit induendus.

Item hanc. In capitulo de ieiuniis. ubi dicitur. Andree apostoli. deleatur quod sequitur. usque ad illud locum. nisi cum aliquo propter laborem. et dicatur sic. quadragesimali utimur cibo. Idem dicimus in omnibus sextis feriis nisi dies natalis domini evenerit. vel nisi cum aliquo. etc.

Admoniciones. Magister ordinis de consilio diffinitorum. revocat omnes licencias generales et speciales. si qui date sunt de eundo ad curiam. et iniungit districte fratribus omnibus. quod nullus vadat ad illam eciam de licencia priorum suorum. sine ipsius magistri licencia speciali. nec vult quod pro licencia optinenda vadant ad eum fratres. quod si cui licenciam dederit. eadem districtione prohibet. ne quis eundo. vel redeundo utatur equis. vel expensis. nisi super hoc per literas eius patentes ; et licenciam eius habuerit specialem.

---

2) provinciali] et diffinitoribus *add.* B. — 6) monicionem] sibi factam *add.* B. — 8) audiendis *om.* B. — suspendatur — suspendatur *om.* A2. — clericus] fuerit *add.* B. — 9) et — si *om.* A1, 2. — 10) inter] fratres *add.* B. — 14) in capitulo *om.* B. — 17) hanc *om.* B. — cum eis *om.* A1, 2. — 20) quod] ubi B. — 24) quod sequitur *om.* B. — laborem] etc. *add.* B. — 26) feriis] observandum *add.* B. — dies] in eisdem ·VI· feriis B. — 27) admoniciones *om.* B. — 28) et] sive B. — 29) illam] curiam B. — 30) priorum suorum] prioris sui B. — ipsius magistri] eius B. — 31) pro] hac *add.* B. — cui] alicui A2. — 34) et *om.* B. — specialem] ab huiusmodi prohibicione et iniunctione seu inhibicione excipit provinciam Romanam in qua dicta curia residenciam facit *add.* B.

Item. Non vult quod fratres dent alicui garcioni pecuniam vel alii cuiquam suas literas deferenti. nisi hoc specialiter per literas mandaverit.

Item. Priores provinciales et diffinitores. in quorum provinciis non est certus modus ordinatus. quomodo studentibus provideatur ? in proximis capitulis ordinent. quomodo competenter provideatur eisdem.

Item. Visitatores conventuum. Parisiensis. et aliorum ·iiii^{or}· in quibus sunt studia sollempnia. scribant magistro et prioribus provincialibus de studentibus ipsorum ? si que notabiliter reprehensibilia invenerint in eisdem.

Hec sunt suffragia. Pro domino papa. etc.

Item. Absolvimus priorem Mutinensem. inhibentes ne ad prioratum vel supprioratum usque ad decennium assumatur.

Fratri Symoni quondam priori provinciali Anglie. damus licenciam quando sibi placuerit. ad provinciam redeundi. et quod sit de illa provincia.

Concedimus provincie Provincie ? duas domos. Item. Francie ? unam. Romane unam. Lombardie unam.

Capitulum generale sequens ? assignamus in provincia Anglie. apud Londonias.

Actis additae sunt litterae magistri ordinis; cf. app. n. XIV. et Urbani IV. cf. Potthast II, *18270.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS LONDONIIS CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· LXIII°·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de electione prioris provincialis. in principio ubi dicitur. statuimus. ut mortuo priore provinciali. vel amoto. usque ad illum locum. et sic deinceps. donec prior eiusdem provincie sit electus. et confirmatus. addatur. vel magister ordinis in predictis casibus aliter ordinaverit. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo. de domibus concedendis. ubi dicitur. super chorum et sacristiam. addatur. nec fiant in domibus nostris curiositates. et superfluitates notabiles. in sculpturis. picturis. et pavimentis. et aliis similibus. que paupertatem nostram deformant. Et hec habet ·iii· capitula.

---

1) item non vult... fratres dent] item vult... fratres non dent B. — 2) cuiquam] cuicumque B.— 5) capitulis] provincialibus *add.* B. — ordinent] ordinatur B. — 6) IIII^{or}.] conventuum *add.* B.— 8) ipsorum] eorum B. — 10) hec — papa etc. *om.* B. — 11) item — concedimus *om.* A1, 2. — 16) item *om.* B. — 17) Romane — capitulum *om.* A1, 2. — 18) assignamus — Londonias] celebrabitur Londoniis in Anglia B. — 26) in principio *om.* B.

Item hanc. In capitulo de noviciis. ubi dicitur. similiter omnes fratres singulis annis. etc. usque ad illum locum. eorum disposicioni relinquendo. addatur. quicumque vero frater pecuniam. vel alia quecumque receperit. vel habuerit. vel expenderit. vel dispensari fecerit. reddat singulis annis. suis maioribus racionem. semel vel pluries. si fuerit requisitus. videlicet magister ordinis: diffinitoribus capituli generalis. prior provincialis: diffinitoribus capituli provincialis. prior conventualis: priori provinciali. vel visitatori. ceteri vero fratres: priori conventuali. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de domibus concedendis. ubi dicitur. in principio. nec concessa ponatur. addatur. nec posita transferatur. nisi ubi dicti. etc. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. post illud. includi sicut in electione magistri non oportet. addatur. si vero congregato provinciali capitulo. casu aliquo contingente. provincia priore provinciali caruerit. ad ipsum provinciale capitulum: electio pertinebit. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo generalissimo. ubi dicitur. priores provinciales una cum fratre Iordane. mutetur in hunc modum et dicatur. cum venerabili patre fratre Iordane bone memorie magistro ordinis. Et hec habet ·iii· capitula.

Approbamus has. In rubrica in cena domini. ubi dicitur. vadat conventus ad refectorium. deleatur totum usque in finem tocius rubrice. et dicatur sic. vadat conventus ad chorum iunioribus precedentibus. et collocatis ante pulpitum. ibi a sacrista preparatum candelabris et thuribulo. sicut fuerunt in capitulo collocata. sedente subdyacono cum ministris post dyaconum. in aliqua sede ibidem a sacrista preparata. dyaconus stans ante pulpitum. ceteris fratribus residentibus. prosequatur quod de sermone dominico restat. Finito autem sermone sine. tu autem. prelato signum faciente. surgant omnes. et dicente prelato versum. adiutorium nostrum. etc. subdyaconus et ministri accipiant que ad ipsos pertinent. et eo ordine quo venerunt: ad sacristiam revertantur. et postmodum collacio fiat. suo tempore. more solito. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de sollempni celebracione capituli. ubi dicitur. deinde culpe audiantur. addatur. si qui vero sine licencia ad capitulum generale vel provinciale venerint. primo culpe eorum audiantur: et recepta penitencia: a capitulo excludantur. Et hec habet ·ii· capitula.

1) similiter — singulis *om.* B. — 10) in principio *om.* B. — 22) has] hanc B. — 25) preparatum — preparata *om.* A2.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. in fine dicatur sic. prior autem provincialis et diffinitores. in quolibet provinciali capitulo. determinent tempus. ante quod fratres ad sequens capitulum non veniant. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de graviori culpa. ubi dicitur. ipsum possit proclamare. addatur. si quis vero de suspecta familiaritate mulieris notatus fuerit. et post admonicionem a prelato de consilio discretorum fratrum coram eisdem sibi factam se non correxerit. si sacerdos fuerit: a predicacione et confessionibus audiendis suspendatur. si clericus fuerit non sacerdos: non promoveatur ad ordines. et a predicatione suspendatur. si vero conversus: ultimum locum inter fratres conversos teneat. et nichilominus alia remedia apponantur. ut sufficienter provideatur ordinis honestati. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de silencio. ubi dicitur. absque dispensacione. removeatur. et dicatur sic. in uno prandio aquam bibat. et in capitulo unam disciplinam coram omnibus recipiat. exceptis infirmis decumbentibus. et in hoc non dispensetur. nisi per magistrum ordinis. vel priorem provincialem. et hoc raro et ex racionabili causa. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. cum contigerit nos cum eis comedere. addatur. prior tamen provincialis uni de comedentibus secum poterit dare licenciam loquendi. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de recipiendis. ubi dicitur. de consensu conventus. removeatur. et dicatur sic. nisi de consensu prioris. et duarum parcium fratrum. qui sunt de conventu. ubi fuerit induendus. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de ieiuniis. ubi dicitur. Andree apostoli. deleatur quod sequitur. usque in illum locum. nisi cum aliquo propter laborem. etc. et dicatur sic. quadragesimali utimur cibo. Idem dicimus in omnibus sextis feriis observandum. nisi in eisdem sextis feriis. dies natalis domini evenerit. vel nisi cum aliquo propter laborem. etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Inchoamus has. In capitulo de suffragiis. post illud. post festum beati Dyonisii est faciendum. addatur. anniversarium vero omnium sepultorum in cimiteriis nostris. ubique fiat feria ·iiª· post octavas trinitatis.

Item hanc. In capitulo de capitulo cotidiano. ubi dicitur. nullus accuset de auditu. nisi dicat a quo audierit. addatur. et ille sit presens in domo.

1) provinciali] generali A1, 2. — 9) et — audiendis *om.* A2. — 16) recipiat] accipiat A2. — 33) has] hanc B. — post illud] ubi dicitur B. — festum] verbum A2. — 34) vero *om.* B. — 37) addatur *om.* B.

Item hanc. In capitulo de recipiendis. ubi dicitur. ubi fuerit induendus. removeatur ubi. et dicatur. pro quo fuerit induendus.

Item hanc. In capitulo de studentibus. post illud. tres fratres tantum mittantur Parisius ad studendum de provincia. addatur. si vero aliquis fuerit in quacumque provincia provectus moribus. et sciencia. de quo sit spes probabilis. quod infra paucos annos. possit esse ydoneus ad incipiendum Parisius. per magistrum. et diffinitores generalis capituli? Parysius mitti possit.

Item hanc. In capitulo de capitulo generali. in fine post illud. ea vero que de generali capitulo dicta sunt. in vigilia pentecostes debent inchoari. addatur. tempus vero diffinicionis generalis capituli prolongetur secundum arbitrium magistri et diffinitorum. plus vel minus. secundum quod negocia ibidem terminanda requisierint.

Item hanc. Quod domus nostri ordinis. que aliter quam per ordinem translate sunt. de provincia ad provinciam? ad priorem provinciam revocentur.

Item hanc. In capitulo de domibus concedendis. post illud. nisi ubi predicti viderint expedire. addatur. quicumque vero frater aliter quam per ordinem. provinciarum divisionem procuraverit. translacionem domorum de provincia ad provinciam. promocionem ad cathedram magistralem? sit ipso facto excommunicatus. et ab omnibus actibus legitimis nostri ordinis? sit privatus.

Item. Quod fiat festum trium lectionum de beato Eduardo. et magister ordinis provideat de officio et de die.

Admonemus priores provinciales. quod quando dant alicui priori literas de absolucione sua. breve tempus in eis determinent. ultra quod? non maneat prior.

Item. Quod quando alicui fratri fit commissio a papa. non utatur ea. nisi eam prius? superiori suo ostenderit.

Item. Quod frater fratri librum non vendat carius? quam sibi constitit.

Inhibemus districte. ne priores gravent fratres suos. propter accusaciones quas aliquando de eis fecerint.

Item. Admonemus omnes fratres. ne per aliquas circumstancias. sive locorum. sive temporum. sive personarum. vel alias quascumque. loquantur de hiis. que in confessionibus audierunt.

Item. Caveant priores provinciales et eorum vicarii. ne impediant

---

2) dicatur] ponatur B. — 5) fuerit] frater *add.* B. — 9) in fine *om.* B. — 14) hanc] hoc A1, 2. — 23) item] hanc *add.* B. — trium lectionum *om.* A1, 2. — 26) sua] eius B. — 32) inhibemus] item inhibemus B. — ne] ut... non B. — 33) fecerint] facerent B. — 34) admonemus] moniciones B. — 37) et] ne B. — ne *om.* B.

aliquatenus visitatores missos in capitulo provinciali. quo minus libere suum officium exequantur.

Item. Caveant diffinitores. ne aliquatenus. in excusacione. revelent aliis. qui ex eis consenserunt vel dissenserunt in aliquam sentenciam˒ diffinitive promulgatam.

Item. Quicumque hactenus inter diffinitores constitutus. se ipsum de assensu duorum. aliis dissencientibus. predicatorem fecerit generalem˒ pro non predicatore habeatur. inhibemus autem districte˒ ne deinceps tale aliquid attemptetur.

Dicimus quod assignacio diei. quo tractari debent que ad capitulum generale. vel provinciale mittenda sunt. pertinent ad subpriorem˒ et ad conventum.

Item. Vicarii magistri. vel priorum provincialium˒ ubique teneant locum suum. nisi in capitulo. dum officium correctionis exercent.

Absolvimus priorem provincialem Theutonie. Priores conventuales de Ponte in Ybernia. etc.

Concedimus in provincia Francie ·ii· domos. unam in Britannia. quam petit dux Britannie. aliam apud Gebenas.

Item. Provincie Provincie ·ii·

Item. Provincie Anglie ·iiii^{or}· et duas in Ybernia.

Ista sunt suffragia. Pro domino papa. etc.

Capitulum sequens assignamus Parisiis in provincia Francie.

Admittimus cessionem magistri ordinis. quam humiliter a nobis peciit. ipsum ab officio magistratus absolventes.

Item. volumus quod post mortem eius fiat pro eo per totum ordinem˒ sicut pro magistro ordinis fieri consuevit.

Volumus eciam et ordinamus quod post primum priorem in choro et in aliis locis primum locum teneat. et ab oneribus ordinis eum eximimus. quantum ipse duxerit acceptandum.

---

3) excusacione] excusacionem sui B. — 4) vel dissenserunt *om.* B. — aliquam sentenciam — promulgatam] aliqua sentencia... promulgata B. — 7) fecerit] fecit B. — 9) aliquid] ab aliquo *add.* B. — 11) generale vel *om.* B. — ad *post* et *om.* B. — 13) item *om.* B. — 14) dum officium correctionis] cum officium sue correctionis B. — exercent] exercuerint A1, 2. — 15) absolvimus] item absolvimus A2. — priores — etc. *om.* B. — etc. *om* A1. — 17) concedimus A2. — 18) Gebenas] Gembenas, si visum fuerit provinciali capitulo et diffinitoribus B. — 19) item] concedimus B. — II] ponendas ubi visum fuerit provinciali et diffinitoribus *add.* B. — 20) item] concedimus *add.* B. — IIII] ·II· in Anglia *add.* B. — 21) ista — Francie *om.* B. — 22) Cessio magistri ordinis scilicet fratris Hymberti de Romanis venerabilis ac digni memoria semper patris magister ordinis speculum religionis. Fr. Humbertus de Romanis cessit magisterio: in isto capitulo generali. in quo magisterio utiliter et honorabiliter˒ prefuit novem annis *add. in marg.* A1, 2. — 25) item] et B. — per totum ordinem *om.* B. — 28) in *om.* B. — primum *om.* A2.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS PARISIUS CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· LXIIII°·

Confirmamus has constituciones. In rubrica de cena domini. ubi dicitur. vadat conventus ad refectorium. deleatur totum. usque in finem tocius rubrice. et dicatur sic. vadat conventus ad chorum. iunioribus precedentibus. et collocatis ante pulpitum ibi a sacrista preparatum. candelabris et thuribulo. sicut fuerunt in capitulo collocata. sedente subdiacono cum ministris. post dyaconum. in aliqua sede ibidem a sacrista preparata. dyaconus stans ante pulpitum ceteris fratribus residentibus. prosequatur quod de sermone dominico restat. finito autem sermone sine. tu autem. et prelato signum faciente. surgant omnes. et dicente prelato. versum. adiutorium nostrum. etc. : subdiaconus cum ministris accipiant que ad eos pertinent. et eo ordine quo venerunt : ad sacristiam revertantur. et postmodum fiat collacio tempore suo. more solito. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. in fine dicatur sic. prior autem provincialis et diffinitores. in quolibet capitulo provinciali. determinent tempus. ante quod fratres : ad sequens capitulum non veniant. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de sollempni celebracione capituli. ubi dicitur. deinde culpe audiantur. addatur. si qui vero sine licencia. ad capitulum generale vel provinciale venerint. primo culpe eorum audiantur. et recepta penitencia : a capitulo excludantur. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de silencio. ubi dicitur. absque dispensacione. removeatur et dicatur sic. in uno prandio aquam bibat. et in capitulo unam disciplinam coram omnibus recipiat. exceptis infirmis decumbentibus. et in hoc non dispensetur nisi per magistrum ordinis. vel priorem provincialem. et hoc raro. et ex racionabili causa. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. cum contigerit nos cum eis comedere. prior tamen provincialis uni de comedentibus secum poterit dare licenciam loquendi. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de recipiendis. ubi dicitur. de consensu conventus. removeatur et dicatur sic. nisi de consensu prioris. et duarum parcium fratrum. qui sunt de conventu ubi fuerit induendus. Et hec habet ·iii· capitula.

---

3) In isto capitulo generali fuit electus in magistrum ordinis fr. Iohannes Vercellensis vir magne prudencie et industrie *add. in marg.* A1, 2.

Approbamus has. In capitulo de recipiendis. ubi dicitur. ubi fuerit induendus. removeatur. ubi. et dicatur. pro quo fuerit induendus. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. Quod fiat festum trium lectionum de beato Eduardo. et magister ordinis provideat de officio et de die. Et hec habet ·ii· capitula.

Inchoamus has. In capitulo de suffragiis. post illud. post festum sancti Dionysii est faciendum. addatur. anniversarium vero omnium sepultorum in cimiteriis nostris. ubique fiat prima die vacante post octavas apostolorum Petri et Pauli.

Item hanc. In capitulo de graviori culpa. ubi dicitur. ipsum possit proclamare. addatur. si quis autem de mala familiaritate notabiliter suspectus fuerit. et post monicionem a prelato de consilio discretorum fratrum coram eis pluries sibi factam. se non correxisse fuerit deprehensus. priori provinciali. et diffinitoribus sequentis capituli. denuncietur. ut ipsi provideant ordinis honestati.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. de crimine nisi possit probare. deleatur totum. et dicatur sic. vel eciam criminis auditu. nisi ipsum crimen possit probare.

Item. In eodem capitulo. in fine dicatur sic. si quis falso aliquem diffamaverit. non possit absolvi ? nisi famam fratri restituat. apud illos ? apud quos diffamavit.

Item hanc. In capitulo de sollempni celebracione capituli. in fine dicatur sic. capitulum autem generale. ultra sabbatum infra octavas pentecostes. non prolongetur. nisi ex causa racionabili ? magistro et diffinitoribus videatur. quod per unam diem. vel duos dies ad plus debeat prolongari.

Item hanc. In capitulo de visitatoribus. ubi dicitur. secundum formam in electione diffinitorum. etc. usque ibi. vel plures. deleatur totum. et dicatur sic. a priore provinciali et diffinitoribus assignetur.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. ubi dicitur. et predicatores generales. addatur. si qui tamen. qui non sunt de capitulo. in diffinitores eligantur. ad omnia acta eiusdem dumtaxat capituli admittantur.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. eligatur. si tunc fuerit celebrandum addatur. quod si electores. vel alterum eorum impediri contigerit. antequam iter ad eamdem electionem arripue-

---

1) has] hanc B. — 6) has] hanc B. — post illud] ubi dicitur B. — 8) octavas] festum B. — 9) apostolorum *om.* B. — 13) eis] eisdem B. — 14) sequentis *om.* B. — denuncietur] nuncietur B. — 15) ordinis honestati *om.* A1, 2. — 16) in — ubi] in capitulo de graviori culpa ubi B. — 17) sic — criminis] sic. de crimine vel eciam de criminis B. — 19) sic *om.* B. — 21) apud *om.* B. — 23) sic *om.* B. — 24) racionabili *om.* B. — 25) dies *om.* B. — 28) etc. *om.* B. — 35) celebrandum] eligendus A1, 2. — addatur *om.* A1, 2. — 36) iter] ad eundum *add.* B. — arripuerint] arripiat B.

rint. conventus alium vel alios possit eligere loco illorum qui fuerunt impediti. Idem dicimus de socio prioris conventualis euntis ad capitulum provinciale electo.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. iuris subtilitatibus. etc. addatur. publicato autem scrutinio. et facta collacione numeri ad numerum. si minor pars maiori consenserit. ille qui primam vocem in electione habuit ? surgens dicat. ego talis vice mea. et omnium electorum presencium. eligo talem. N. in priorem talis conventus. vel talis provincie. si prior provincialis eligatur. Si vero non omnes consenserint. sed maior pars. tunc sicut prius qui primam vocem habuit. dicat. ego talis pro me. et pro illis qui mecum consenciunt ? eligo talem. N. etc. sicut prius.

Item hanc. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. teneantur quam cicius intimare. addatur. ut provincie ·xii· possint ad electionem electorum procedere. et ad hoc provinciale capitulum convocare. eciam si provinciale capitulum in ipso anno fuerit celebratum. ita quod in sequenti capitulo magistri electio celebretur. si autem post festum. etc.

Item. In ordinario in rubrica de festo beati Petri. in fine dicatur sic. fiat eciam cotidie memoria usque ad octavum diem. in matutinis. per antiphonam. Petrus novus. in vesperis per antiphonam. ad sancti Petri.

Item. De beato Gregorio fiat festum semiduplex.

Iste sunt admoniciones. Priores provinciales cum diffinitoribus in singulis provinciis. in quibus non est certus modus ordinatus providendi studentibus. ordinent in instantibus capitulis provincialibus. certum modum huiusmodi provisionis. et modum quem ordinaverint. vel hactenus habuerint. significent proximo capitulo generali.

Item. Inhibemus districte fratribus universis. ne faciant aliquas inductiones. in electionibus faciendis. qui vero de cetero fecisse contra fuerint deprehensi ? priventur per trienniun voce in omni electione.

Item. Nulla vestis scindatur. vel fiat fratri. nisi prius per examinatores ad hoc statutos iudicetur. quod pannus de quo fienda est vestis ? sit competens ordinis paupertati.

Item. Caveant priores provinciales. ne conventibus priore carentibus. aliquem fratrem qui non sit de illo conventu offerant eligibilem. nisi prius ab illo conventu fuerint requisiti.

5) etc.] relegatis B. — 7) in electione] inter electores B. — talis] N. B. — 8) talem *om.* B. — 11) talis] N. B. — 12) talem *om.* B. — sicut] ut B. — 13) teneantur] teneatur B. — 14) cicius] tocius B. 15) electorum *om.* B. — 17) si] hoc A2. — 18) item — in fine] item ordinacio in rubrica de officio beati Petri martiris in fine B. — 19) in matutinis] ad matutinas B. — 20) in vesperis] et ad vesperas B. — 23) iste sunt admoniciones] admonemus B. — 25) studentibus] quod *add.* B. — 30) voce in *om.* B. — 32) iudicetur] videatur B. — fienda] facienda B.

Item. Caveant diligentissime. ne aliquis frater vadat ad curiam. sine licencia magistri. qui autem de licencia ipsius venerint: vadant pedites. et secundum formam ordinis. et litteras secum deferant. tam licenciam quam negocia pro quibus vadunt: plenarie continentes.

Item. Quicumque fratres equitaverint. vel currisaverint. secundum quantitatem culpe gravius puniantur. et visitatores excessus circa huiusmodi notabiles: nuncient magistro et capitulo generali.

Item. Fratres. qui miserunt literas vel memorialia non ostensa prelato suo. vel sibi missa aperuerunt. nisi prius licencia habita: acrius puniantur.

Item. Priores. seu vices eorum gerentes. qui amodo acceperint pro conventu mutuo pecuniam. que in libris debet expendi. de libris et scriptis sibi deputatis: huiusmodi mutuum solvere teneantur. priores autem provinciales. et visitatores. apponant curam. qualiter huiusmodi pecunia persolvatur.

Item. Iniungimus districte omnibus tam subditis. quam prelatis. ut quicumque dant operam. consilium. vel auctoritatem. quod aliquis ad magisterium in theologia Parisius promoveatur. quod consideratis moribus. et sciencia. et gracia docendi. illum semper proponant de toto ordine. absque accepcione nacionis. et persone. de cuius promocione credent. quod magis cedere debeat ad dei gloriam: et utilitatem ordinis et honorem.

Item. Nulli fratri liceat ire ad magistrum vel priorem provincialem sine licencia prelati sui. et volumus. ut qui contrafecerit: graviter puniatur.

Item. Mandat magister ordinis prioribus provincialibus et diffinitoribus capitulorum provincialium universis. quod in singulis annis. quamdiu ipse erit in officio: mittant ei ad capitulum generale acta capitulorum provincialium.

Item. Priores provinciales habeant curam. quod predicetur pueris in scholis. et confessiones eorum. si ipsi confiteri voluerint: audiantur. et predicantibus dictis pueris: fiat copia de libello. qui est compilatus de huiusmodi predicacione.

Item. Quilibet prior provincialis solvat ·l· solidos Turonenses ad solvenda debita procuratoris in curia. de quibus eciam solvantur debita prioris Florentini. que contraxit. cum esset in curia procurator.

---

2) pedites et] pedes B. — tam — pro] tam de licencia quam de negociis pro B. — 6] quantitatem] gravitatem A2. — huiusmodi] hoc A2. — 8) item — vel] item qui miserint litteras et B. — 9) aperuerunt] aperuerint B. — 12) expendi] vel *add.* B. — 14) huiusmodi — persolvatur] huiusmodi debita sint contracta et cicius persolvantur B. — 19) docendi] scienciam *add.* B. — 20] cuius promocione credent] eius promocione cuius credunt B. — 21) debeat] possit B. — 23) magistrum] ordinis *add.* A1. — vel — puniatur] vel provincialem suum absque licencia et qui contrarium fecerint gravius puniatur B. — 26] in *om.* B. — 27) ipse *om.* B. — 30] ipsi *om.* B. — 31) de huiusmodi predicacione] de huiusmodi ad predicacionem B. — 33) solvat *om.* A2.

Item. Committimus magistro ordinis. ut ipse de studio Parisiensi. diligenter ordinet. et disponat in omnibus prout generali utilitati ordinis viderit expedire.

Absolvimus priores provinciales Ungarie. Polonie. et Grecie.

Ista sunt suffragia. Pro domino papa et cardinalibus. et statu tocius ecclesie. etc.

Pro fratre Hymberto. quondam magistro ordinis. et pro fratribus qui secum laboraverunt in officiis ordinis. et pro attinentibus sibi secundum carnem⁒ quilibet sacerdos ·i· missam.

Concedimus ·ii· domos in provincia Hyspanie.

Item ·ii· in provincia Theutonie.

Item ·i· provincie Dacie.

Capitulum generale sequens assignamus in provincia Provincie in Montepessulano.

Actis additae sunt litterae magistri ordinis; cf. app. n. XV.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS IN MONTEPESSULANO CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· LXV°·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de recipiendis. ubi dicitur. ubi fuerit induendus. removeatur. ubi. et dicatur. pro quo fuerit induendus. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. Quod fiat festum trium lectionum de beato Eduardo. et magister ordinis. provideat de officio. et de die. Et hec habet ·iii· capitula.

Approbamus has. In capitulo de suffragiis. post illud. post festum sancti Dionysii est faciendum. addatur. anniversarium vero omnium sepultorum in cimiteriis nostris. ubique fiat post octavas apostolorum Petri et Pauli. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de graviori culpa. ubi dicitur. ipsum possit proclamare. addatur. si quis autem de mala familiaritate notabiliter suspectus fuerit. et post monicionem a prelato de consilio discretorum fratrum. coram eisdem sibi factam pluries. se non correxisse fuerit deprehensus⁒ priori provinciali et diffinitoribus sequentis capituli denuncietur. ut ipsi provideant ordinis honestati. Et hec habet ·ii· capitula.

---

1) item *om.* B. — 4) provinciales — Grecie *om.* A1, 2. — 5) ista sunt — unam missam *om.* B. — 10) domos — Dacie] domos provincie Yspanie et ponantur ubi priori provinciali et diffinitoribus capituli provincialis videbitur expedire. Provincie Theotonie ·II· provincie Lombardie (?) ·I·... videbitur expedire B. — 13) in Montepesulano] apud Montempesulanum B. — 17) in Montepesulano] apud Montempesulanum B. — 22) hanc *om.* B. — 24) has] hanc B. — 29) mala *om.* A2.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. de crimine. nisi possit probare. deleatur totum. et dicatur sic. de crimine. vel eciam de criminis auditu. nisi ipsum crimen possit probare. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de sollempni celebracione capituli. in fine dicatur sic. capitulum autem generale. ultra sabbatum infra octavas penthecostes non prolongetur. nisi ex causa racionabili. magistro et diffinitoribus videatur. quod per unum vel duos dies ad plus. debeat prolongari. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de visitatoribus. ubi dicitur. secundum formam in electione diffinitorum. etc. usque ibi. vel plures. deleatur totum. et dicatur sic. a priore provinciali et diffinitoribus assignentur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. ubi dicitur. et predicatores generales. addatur. si qui tamen. qui non sint de capitulo. eligantur in diffinitores. [addatur.] ad omnia acta eiusdem dumtaxat capituli admittantur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. eligatur. si tunc fuerit celebrandum. addatur. quod si electores. vel eorum alterum contigerit impediri. antequam iter ad eundum ad electionem arripuerint. conventus alium. vel alios possit eligere loco illorum qui fuerint impediti. Idem dicimus de socio prioris conventualis euntis ad provinciale capitulum electo. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. aliis iuris subtilitatibus relegatis. addatur. publicato autem scrutinio. et facta collacione numeri ad numerum. si minor pars. maiori consenserit? ille qui primam vocem habuit inter electores. surgens dicat. Ego talis. vice mea. et omnium electorum presencium. eligo. N. in priorem talis conventus. vel talis provincie. si provincialis eligatur. Si vero non omnes consenserint. sed maior pars. tunc sicut prius. qui primam vocem habuit. dicat. Ego talis pro me. et pro illis. qui mecum consenciunt. eligo. N. etc. ut prius. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In ordinario in rubrica de festo beati Petri martiris. in fine dicatur sic. fiat eciam cotidie. memoria usque ad octavam diem. per antiphonam ad matutinas Petrus novus. et ad vesperas. per antiphonam. ad sancti Petri. Et hec habet ·ii· capitula.

Item. De beato Gregorio. fiat festum semiduplex. Et hec habet ·ii· capitula.

Inchoamus has. In capitulo de officio. ubi dicitur. surgant fratres

---

14) item — item *om.* A2. — 33) hanc *om.* B. — 37) item — inchoamus *om.* A2. — 39) has] hanc B.

dicendo officium be beata virgine. deleatur dicendo. et dicatur sic. surgant fratres. et stando dicant officium de beata virgine.

Item hanc. In capitulo de gravi culpa. in fine dicatur sic. si quis autem scienter aliquem diffamaverit. non possit absolvi. nisi famam fratri restituat apud illos ˀ penes quos diffamavit. prout et quando fuerit opportunum.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. fratres post duos annos a professione sua. deleatur. post duos annos a professione sua. et dicatur sic. fratres autem professi. post ·v· annos ab ingressu etc.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. ubi dicitur. infra vero idem tempus. deleatur. idem tempus. et dicatur sic. infra vero quinquennium ab ingressu. etc.

Item hanc. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. ad capitulum veniant generale. addatur. si vero in aliqua provincia iam capitulum provinciale fuerit celebratum. et in proximo festo penthecostes. electio magistri fuerit facienda. prior provincialis illius provincie. cum duobus prioribus conventualibus. qui primitus nostri ordinis habitum susceperunt ˀ ad dictam electionem veniant faciendam. quorum antiquior in ordine. si annus fuerit provincialium ˀ ad diffinicionem pariter admittatur.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. ad priores conventuales. et duos fratres de quolibet conventu. ad hoc idem electos. deleatur. duos fratres ad hoc idem electos. et dicatur sic. et unum fratrem ad hoc idem electum. et ubi dicitur infra. unus autem de illis duobus electoribus. etc. usque ibi. si tunc fuerit celebrandum. deleatur totum. et dicatur sic. dictus vero elector sit socius prioris conventualis ad provinciale capitulum. illo anno ˀ si tunc fuerit celebrandum.

Item. In capitulo de sollempni celebracione capituli. post illud. cum consilio respondeatur. addatur. perlectis autem literis. et facta recommendacione vivorum ˀ dicatur psalmus. ad te levavi. kyrie eleison. pater noster. cum versiculo. salvos fac. et oracione. pretende.

Item hanc. In capitulo de predicatoribus. post illud. infra ·xxv· annos. addatur. nec predicet populo. nec confessiones extraneorum audiat. sine licencia prioris sui. in capitulo de consilio discretorum sibi data.

1) dicendo *om.* B. — 3) gravi] graviori B. — 4) autem *om.* B. — diffamaverit] infamaverit B. — 10) etc.] ordinis B. — 16) in *om.* B. — 19) faciendam] celebrandam B. — 20) fuerit] priorum *add.* B. — admittatur] admittantur B. — 23) ad hoc *om.* A2. — 24) duos — electos *om.* A1, 2. — sic et *om.* B. — 25) infra *om.* B. — 26) duobus *om.* B. — 27) vero] autem B. — 28) illo anno *om.* B. — 30) item] hanc *add.* B. — 32) eleison *om.* B. — 34) infra *om.* B.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. post illud. cum consilio discretorum elegerit. celebretur. addatur. in provincia tamen. in qua generale capitulum celebratur. poterunt diffinitores provincialis capituli eligi⁏ ante terminacionem capituli generalis.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. in fine addatur. statuimus autem. quod in singulis provinciis. priores provinciales cum diffinitoribus capituli provincialis instituant vicarios aliquos. per totam provinciam. quibus certas domos visitandas. et corrigendas assignent. qui vicarii in domibus sibi assignatis. plenarie gerant vices prioris provincialis. excepta duntaxat institucione. et destitucione priorum et lectorum. et ubique teneant loca sua. nisi in capitulo. dum officium vicarie sue exercent. Hos autem vicarios. priores provinciales possint corrigere. vel amovere. et si aliquem mori. vel amoveri contigerit. prior provincialis alium possit instituere. usque ad capitulum provinciale.

Iste sunt admoniciones. Admonemus. ut priores provinciales reddant se difficiles ad dandum licenciam fratribus ad capitula veniendi.

Item. Cum fratres ad loca de novo recepta mittuntur⁏ illis locis simpliciter et totaliter assignentur.

Item. Nullus infra ·xv· annum completum. recipiatur ad ordinem. sine prioris provincialis licencia speciali.

Item. In festo sanctorum Dominici confessoris. et Petri martiris. fratres in domibus nostris opera fieri non permittant.

Item. In provinciis illis. ubi non est lectorum copia. lectores. quamdiu possunt exercere officium lectionis⁏ non occupentur in officio prioratus.

Item. Per priorem provincialem. et diffinitores capituli provincialis. ordinetur in provinciis que indigent studio arcium. ut iuvenes ad profectum ydonei transmittantur.

Item. In conventibus ubi sunt studia generalia. ad legendum cursorie sentencias singulis annis. frater aliquis ydoneus assignetur.

Item. Magister studencium in qualibet septimana fratres advocet. maxime iuniores. et eos examinet super lectionibus et questionibus⁏ quas per epdomadam audierunt.

Item. Visitatores in suis visitacionibus. diligenter inquirant. quid et quantum lectores in anno legerunt. quociens disputaverunt. qualiter priores studium promoverunt. et quomodo fratres studio intenderunt. et hoc

2) discretorum elegerit] diffinitorum elegerint B. — celebretur *om.* A2. — 6) autem *om.* B. — 8) provinciam] suam *add.* B. — 13) vel] eciam *add.* B. — aliquem] ex hiis *add.* B. — prior *om.* B. — 15) iste sunt admoniciones *om.* B. — 16) ad dandum] in dando *om.* B. — fratribus *om.* B. — capitula] capitulum B. — 17) recepta] accepta A1. — 19) infra] ante B. — 21) festo] festis B. — 22) fratres *om.* B. — 23) ubi] in quibus B. — 26) ordinetur... que — iuvenes] ordinentur... que indiguerint studia arcium ad que iuvenes B. — 30) advocet] convocet B. — 33) inquirant — quid] inquirant de lectoribus et quid B. — 34) lectores *om.* B. — legerunt... disputaverunt... promoverunt intenderunt] legerint... disputaverint... promoverint... intenderint B.

priori provinciali et diffinitoribus referant. a quibus si qui circa premissa negligentes fuerint? gravius puniantur.

Item. Libri ordinis. sine licencia prioris provincialis? extra ordinem non vendantur.

Item. Visitatores a capitulo deputati. ad capitulum veniant. ea que invenerint? fideliter relaturi.

Item. Per visitatores. curiositates quas invenerint in corrigiis. libris. fibulis. cultellis. baculis. et vestibus? severius corrigantur.

Item. Fratres qui de licencia magistri. vel prioris provincialis. pecuniam receperint. prioribus suis quantum. et a quibus personis receperint? quam cicius exponere non obmittant.

Item. Interdicit magister ordinis. prioribus conventualibus. et fratribus universis. ne aliquem in [aliqua] religione professum ad ordinem recipiant? sine suorum priorum provincialium licencia speciali.

Item. Fratres. qui procuratori ordinis literas miserint. clare et aperte. et sine abreviacione locorum. et personarum. cum integra expressione nominum. et cognominum. diocesum. et dignitatum. scribant. et omnium literarum tenorem. quas domino pape. vel cardinalibus mittunt. communiter vel divisim eidem procuratori transmittant.

Item. Priores. ad habendum libros ecclesiastici officii. secundum novam correctionem? dent operam efficacem.

Item. Rogamus priores et fratres universos. quod cum ad honorem beati Dominici patris nostri fiat Bononie structura solempnis. si de alicuius pecunie dispensacione vel aliunde honeste aliquod subsidium impertiri voluerint. illud priori Bononiensi transmittant. ne propter defectus expensarum? opus remaneat incompletum.

Ista sunt suffragia. Pro domino papa. et statu tocius ecclesie etc.

Relinquimus magistro ordinis. ut ipse de studiis generalibus. diligenter ordinet et disponat. prout utilitati ordinis viderit expedire.

Priori provinciali Theotonie. quia remisit aliquos studentes ad provinciam suam. prout nobis per suas literas constitit. iniungimus ·xii· dies in pane et aqua. et singulis diffinitoribus capituli provincialis proximo preteriti dicte provincie. qui consenserunt in hoc? iniungimus ·viii· dies in pane et aqua.

---

1) si *om.* B. — qui *om.* A1, 2. — 6) invenerint] referenda fuerint B. — 7) per *om.* B. — libris] sigillis B. — 8) corrigantur] corrigant B. — 12) item *om.* B. — 13) ad ordinem *om.* B. — 14) priorum *om.* B. — 16) locorum] litterarum B. — expressione] negocii *add.* B. — 18) vel] et dominis B. — 19) eidem *om.* B. — procuratori] ordinis *add.* B. — 22) rogamus] autem *add.* B. — 25) voluerint] valuerint B. — transmittant] referant B. — defectus] defectum B. — 27) ista — etc. *om.* B. — 29) prout] generali *add.* B. — 30) priori] autem *add.* B. — quia] qui B. — aliquos] alios B. — 31) iniungimus] damus B. — 32) proximo] proximi B. — 33) consenserunt — aqua] consenserunt et hoc in actis capituli posuerunt prout nobis per ipsa acta innotuit. ut dicti studentes ad suam reverterentur provinciam ·VIII· dies in pane et aqua B.

Absolvimus priorem provincialem Theutonie. Priores conventuales Tolosanum G. Bernardi. Massiliensem. Baionensem. Lemovicensem. Arelatensem? et Castrensem G. de bono Solacio.

Capitulum generale sequens assignamus in provincia Theutonie? apud Treverim.

Magister ordinis imponit. quod quilibet conventus dicat unam missam de beata virgine pro domino papa.

Actis additae sunt litterae magistri ordinis; cf. app. n. XVI.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS APUD TREVERIM CELEBRATI ANNO DOMINI · M° · CC° · LXVI° ·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de suffragiis mortuorum. post illud. post festum sancti Dionysii. est faciendum. addatur. anniversarium omnium sepultorum in cimiteriis nostris ubique fiat prima die post octavas apostolorum Petri et Pauli. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de gravi culpa. ubi dicitur. ipsum possit proclamare. addatur. si quis autem de mala familiaritate notabiliter suspectus fuerit. et post admonicionem a prelato de consilio discretorum coram eisdem pluries sibi factam se non correxisse deprehensus fuerit? priori provinciali. et diffinitoribus sequentis capituli denuncietur. ut ipsi provideant ordinis honestati. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de solempni celebracione capituli. in fine dicatur sic. capitulum autem generale ultra sabbatum infra octavas penthecostes non prolongetur. nisi ex causa racionabili magistro et diffinitoribus videatur. quod per unam diem. vel duos ad plus? debeat prolongari. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de visitatoribus. ubi dicitur. secundum formam in electione diffinitorum. etc. usque ibi. vel plures. deleatur totum. et dicatur sic. a priore provinciali et diffinitoribus assignetur. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. ubi dicitur. et predicatores generales. si qui tamen qui non sunt de capitulo. in diffinitores eligantur. ad omnia acta eiusdem dumtaxat capituli? admittantur. Et hec habet ·iii· capitula.

1) priores — capitulum *om.* A2. — conventuales *om.* A2. — 2) *nomina* « G. Bernardi » « G. de bono Solacio » *inter lineas in* A1 : *in* A2 *vero in textu ipso leguntur.* — 6) magister — papa *om.* A1, 2. — 12) mortuorum *om.* B. — 17) possit *om.* B. — 24) sic *om.* A2 ; B.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. eligatur. si tunc fuerit celebrandum. quod si electorem vel alterum eorum contigerit impediri. antequam iter ad eundum ad electionem arripuerint: conventus alium. vel alios possit eligere loco illius qui fuerit impeditus. Idem dicimus de socio prioris conventualis euntis ad capitulum provinciale electo. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. iuris subtilitatibus relegatis. addatur. publicato autem scrutinio. et facta collectione numeri ad numerum. si minor pars maiori consenserit. ille qui primam vocem habuit in electione prioris: surgens dicat. ego talis N. vice mea. et omnium electorum. eligo N. in priorem talis conventus. vel talis provincie. si prior provincialis eligitur. Si vero non omnes consenserint. sed maior pars. tunc sicut prius. qui primam vocem habuit: dicat. ego talis pro me et pro omnibus. qui mecum consenciunt. eligo N. etc. sicut prius. Et hec habet ·iii· capitula.

Item. In ordinario in rubrica de festo beati Petri. in fine dicatur sic. fiat eciam cotidie memoria. usque ad octavam diem. ad matut. per antiphonam. Petrus novus. ad vesperas per antiphonam. ad s. Petri. Et hec habet ·iii· capitula.

Approbamus has. In capitulo de sollempni celebracione capituli. post illud. de consilio respondeatur. addatur. perlectis autem litteris et facta recommendacione vivorum. dicatur psalmus. ad te levavi. kyrie eleison. pater noster. cum versu. salvos fac. et oracione. pretende. etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Item. In capitulo de predicatoribus. post illud. infra ·xxv· annos. addatur. nec predicet populo. nec confessiones extraneorum audiat. sine licencia prioris sui. in capitulo de consilio discretorum fratrum sibi data. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. post illud. de consilio diffinitorum elegerit celebretur. addatur. in provincia vero. in qua generale capitulum celebratur. poterunt diffinitores capituli provincialis eligi. antequam terminetur capitulum generale. Et hec habet ·ii· capitula.

Inchoamus has. In capitulo de officio ecclesie. post illud. surgant fratres. deleatur quod sequitur. dicendo matutinas de beata virgine pro tempore. et dicatur sic. preparent se. ut cum matura festinacione ad chorum veniant.

Item hanc. In ordinario in rubrica. de officio b. virginis. ubi di-

7) capitulo de *om.* A2. — 16) item] hanc *add.* B. — Petri] martiris *add.* B. — 21) de] cum B.— 25) item] hanc *add.* B.— 29) de] cum B.— 34) has] hanc B. — post — deleatur *om.* A1, 2. — 35) quod] illud quod B. — 36) se ut cum... veniant] se cum... venire B. — 38) ordinario] breviario B.

citur. preter completorium. addatur. et matutinas que legendo post matutinas de tempore sunt dicende in choro. et quidquid huic contrarium invenitur in constitucionibus. in ordinario. et breviario: magistro ordinis committimus corrigendum.

Item hanc. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. ad capitulum veniant generale. addatur. si vero in aliqua provincia provinciale capitulum iam fuerit celebratum. et in proximo festo penthecostes. electio magistri fuerit facienda. diffinitor capituli generalis. et socius eius sint illo anno magistri ordinis electores. In anno autem priorum provincialium. duo de diffinitoribus immediate precedentis capituli provincialis. qui primitus habitum nostri ordinis susceperunt: ad electionem magistri ordinis admittantur. quorum antiquior sit illo anno generalis capituli diffinitor. quod si ad capitulum non venerit. vel precedentis capituli extiterit diffinitor. tunc ad diffinicionem elector alius admittatur.

Item. In capitulo de conversis. post illud. ubicumque fuerint. addatur. quociens autem dicunt. pater noster. pro omnibus horis: tociens ave Maria dicere teneantur.

Item. In capitulo de ieiuniis. post illud. ab ecclesia institutis. addatur. quando festum habens vigiliam. in qua secundum ordinem est ieiunandum. evenerit in secunda feria. eius vigilia in precedenti sabbato ieiunetur. contraria consuetudine non obstante.

Item hanc. In capitulo de rasura. post illud. rasura vero fiat hiis terminis. deleatur totum. et dicatur sic. prima: in prima dominica adventus. deinde per totum annum de tribus in tres septimanas.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum capituli. provincialis. et generalis. post illud. per disquisicionem. deleatur totum. quod sequitur usque. voluntates. et dicatur sic. trium antiquiorum in ordine. sociorum priorum conventualium. hoc modo eligantur.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. cui socius. deleatur totum usque. si vero. et dicatur sic. consimiliter eligatur.

Item. In capitulo de apostatis. post illud ubi dicitur. ad priorem locum non redeant. addatur. et novissimum locum teneant.

Item. De sanctis. Ieronimo et Ambrosio: fiat festum semiduplex.

Item. De sancta Martha. fiat festum trium lectionum. et magister ordinis provideat de officio et de die.

Item. In capitulo de studentibus. post illud. ad regendum. addatur. de consilio diffinitorum capituli provincialis.

1) preter] post B. — et] post B. — legendo — choro] legendo immediate dicende sunt in choro pro tempore B. — 3) in *om.* B. — 13) vel] aut B. — 16) quociens] quocienscumque B. — 20) in *post* vigilia *om.* B. — 22) illud *om.* B. — 23) totum] usque in finem *add.* B. — adventus] et *add.* B. — 28) hoc *om.* A2. — 29) deleatur — si] deleatur quod sequitur si B. — 31) ubi dicitur *om.* B. — 32) redeant] redeat B. — 34) et magister — item *om.* B.

Item hanc. In capitulo de domibus concedendis et construendis. dicatur sic in principio. numerum provinciarum secundum divisionem et ordinacionem factam a magistro ordinis confirmamus. et quicquid contrarium est in constitucionibus [a] magistro ordinis duximus corrigendum.

Item hanc. In capitulo de ieiuniis. post illud. ab ecclesia institutis. addatur. et sextis feriis intus et extra.

Item hanc. In capitulo de capitulo generalissimo. post illud. nisi urgens fuerit necessitas. addatur. si autem capitulum generalissimum fieri contigerit. alia instituere vel destituere non poterit ⁒ quam que potest capitulum generale. nisi ea que a maiori parte provinciarum fuerint postulata.

Item. Concedimus quod domus sororum in Caturco. et in valle ducisse recipiantur sub cura ordinis.

Item hanc. In capitulo de capitulo generali. post illud. in diffinicione procedant. addatur. et unum de se eligant canonice. qui locum magistri teneat tempore diffinicionis. et vicarius nominetur. non tamen habeat nisi unam vocem ⁒ in hiis que agenda sunt in capitulo generali.

Iste sunt admoniciones. Mandamus prioribus provincialibus et conventualibus. quod correctiones. et moniciones. sanctissimi patris nostri. domini pape. que in suis literis continentur. quas ad universas mittimus provincias ⁒ faciant cum omni diligencia observari.

Monemus. quod suppriores vel loca eorum tenentes. singulis annis. in singulis conventibus. in die tractatus eorum. que ad provinciale capitulum sunt mittenda. disquirant voluntates singulorum fratrum coram omnibus. de absolucione. vel repeticione prioris conventualis.

Item. Quod fratres non sint exequutores testamentorum. consiliarii autem poterunt esse.

Item. Cum frater aliquis mutatur de conventu ad conventum. si prior provincialis. vel conventualis. de cuius conventu amovetur. sciunt aliquid periculosum in eo ⁒ significent priori ad quem mittitur.

Item. Fratres quibus commissa est predicacio crucis. in subsidium Terre Sancte ⁒ sint diligenter in execucione eiusdem.

Item. Fratres constitucionem de scriptis fratrum. ante examinacionem non publicandis melius observent. et priores provinciales. et conventuales ⁒ eam faciant melius observari.

---

1) item — item *om.* A1, 2. — 2) divisionem et ordinacionem factam] divisio et ordinacio facta B. — 5) post — addatur *om.* B. — 9) instituere] statuere B. — 13) recipiantur] recipiatur A2. — 15) addatur *om.* B. — 16) tempore] loco B. — 18) iste sunt admoniciones] item B. — 19) moniciones] admoniciones B. — 20) domini *om.* B. — 22) monemus] item monemus B. — 25) repeticione] retencione B. — 27) esse] executorum *add.* B. — 33) item — observent] item constitucio.... observetur B. — 35) eam *om.* B.

Item. In quolibet conventu habeatur unus liber. in quo acta capitulorum generalium et provincialium integre conscribantur.

Admonemus et volumus. quod fratres conversi de Romana provincia advocentur ad capitulum cum campana capituli. paucis ictibus pulsata. ab nolatore sicut fratres conversi consueverunt in aliis provinciis advocari.

Concedimus provincie Hyspanie ·i· domum in regno Portugalie. Item aliam in Sede Urgillensi. si priori provinciali et diffinitoribus capituli provincialis placuerit.

Item. Provincie Provincie unam ponendam in Albenacio. ad istanciam domini terre. scilicet domini Poncii de Monte Lauro. si priori provinciali. et diffinitoribus capituli provincialis placuerit.

Item. Provincie Ungarie unam in Ciput (1).

Item. Provincie Anglie ·ii·

Item. Provincie Theutonie ·i·

Item. Francie ·i· in Provino.

Item. Terre Sancte unam ad peticionem regis Armenie in Armenia.

Absolvimus priores provinciales provincie Provincie fratrem P. de Valencia. Theutonie ? Dacie.

Assignamus apud Coloniam ? studium generale.

Sentencias iudicum presentis capituli confirmamus.

Capitulum generale sequens. assignamus apud Bononiam.

Ista sunt suffragia. Pro domino papa. etc.

Cum multe provincie pecierint divisionem provinciarum. et fratres omnes affectuose desiderent. volumus et mandamus omnibus capitulis provincialibus. ut diligenter conferant. qualiter meliori et utiliori modo possint dividi. ad pacem fratrum. et salutem animarum. et intencionem suam referant ad sequens capitulum generale.

Actis additae sunt tres litterae Clementis quarti; cf. Potthast *II, nn. 19557, 19558, 19691; et litterae magistri ordinis; cf. app. n. XVII.*

---

3) admonemus — advocari *om.* A1, 2. — 8) item *om.* B. — 10) ponendam — placuerit *om.* B. — 13) Ungarie — Terre sancte] Ungarie ·I· Anglie II· Theutonie ·I· Francie ·I· in Prochino. Terre sancte B. — 18) fratrem P. de Valetica *legitur in* A1 *inter lineas et in marg.* — 19) Theutonie] Terre sancte et *add.* B. — 20) assignamus — confirmamus *om.* B. — 22) apud Bononiam] Bononie B. — 23) ista — etc. *om.* B.

---

(1) Ciput : intelligas Zips (Comitatum in Ungaria).

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS BONONIE CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· LXVII°·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de sollempni celebracione capituli. post illud. de consilio respondeatur. addatur. perlectis autem litteris. et facta recommendacione vivorum. dicatur psalmus. ad te levavi. kyrie eleison. pater noster. cum versu. salvos fac. et oracione. pretende. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de predicatoribus. post illud. infra ·xxv· annos. addatur. nec predicet populo. nec confessiones extraneorum audiat. sine licencia prioris sui in capitulo de consilio discretorum sibi data. Et hec habet ·iii· capitula.

Approbamus has. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. veniat ad capitulum generale. addatur. si vero in aliqua provincia provinciale capitulum fuerit celebratum. et in proximo festo penthecostes electio magistri fuerit facienda. diffinitor capituli generalis. et socius eius. sint illo anno. magistri ordinis electores. In anno autem priorum provincialium ; duo de diffinitoribus immediate precedentis capituli provincialis. qui primitus habitum nostri ordinis susceperunt. ad electionem magistri ordinis admittantur. quorum antiquior in ordine sit illo anno generalis capituli diffinitor. qui si ad capitulum non venerit. aut precedentis capituli extiterit diffinitor ; tunc ad diffinicionem alius admittatur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de ieiuniis. post illud. ab ecclesia institutis. addatur. quando festum habens vigiliam. in qua secundum ordinem ieiunandum est. evenerit in secunda feria. eius vigilia in precedenti sabbato ieiunetur. contraria consuetudine non obstante. Et hec habet ·ii· capitula.

Item. In eodem capitulo post illud. ab ecclesia institutis. addatur. et sextis feriis intus. et extra. Et hec habet ·ii· capitula.

Inchoamus has. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. sicut in electione magistri. addatur. cum vero in aliquo conventu prioris electio fuerit facienda. non teneantur expectare vel vocare fratres vocem in electione habentes. nisi illos quos infra terminos sue predicacionis noverint constitutos. Conventibus autem quorum priores absolvuntur in capitulo provinciali. provideatur in eodem provinciali capitulo de prioribus. per priorem provincialem. vel eius vicarium. et dif-

---

5 de] cum B. — 13 veniat] veniant B. — 28 item — capitula *om.* B. — 32 vocare] convocare B. — 33 habentes *om.* B. — 34 autem *om.* B.

finitores capituli provincialis. Idem dicimus de conventibus illius provincie. in qua generale capitulum celebratur. quorum priores per diffinitores generalis capituli fuerint absoluti.

Item hanc. In capitulo de graviori culpa. ubi dicitur. de conspiratoribus. nec eis aliqua obediencia iniungatur. addatur. nisi per magistrum ordinis. vel diffinitores generalis vel provincialis capituli fuerint restituti.

Item hanc. In capitulo de domibus concedendis. ubi dicitur. curam predictarum non recipiat. nisi per tria capitula fuerit approbatum. addatur. vel nisi per dominum papam. ordini committatur.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. ubi dicitur. alias sentencia plurium prevalebit. addatur. si autem per adiunctionem vel absenciam prioris provincialis. vel eius vicarii. vel casu aliquo contingente. partes fiant equales ⁒ unus ab eisdem eligatur. et in quorum partem ille declinaverit ⁒ illorum sentencia prevalebit.

Item hanc. In capitulo de capitulo generali. ubi dicitur. diffinitores itaque predicti. addatur. postquam fuerint accusati. quando eis videbitur expedire. excessum corrigant etc.

Item. In eodem capitulo ubi dicitur. et diffinitores audiant accusantes. addatur. auditis vero accusacionibus. secedat. ut eo absente diffinitores de eius correctione conferant et disponant.

Item hanc. In capitulo de capitulo generali. ubi dicitur. deinde culpe audiantur. addatur. nullus preter illos qui ad capitulum pertinent. veniat ad capitulum generale. sine licencia magistri. vel sui prioris provincialis licencia speciali.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. si vero magistrum aliqua occasione abesse contigerit. deleatur quod sequitur usque ibi. isti autem. etc. et dicatur sic. unus de diffinitoribus eiusdem capituli. ab ipsis diffinitoribus. vel maiori parte ipsorum. assumatur in magistri vicarium. qui durante capitulo. vicem magistri gerat in omnibus dumtaxat que ad tractatum et acta capituli pertinebunt. sed extra capitulum locum suum teneat. et in diffinicionibus unam tantum vocem habeat. Quod si in eius assumpcione. in partes equales se diviserint. unus de presentibus fratribus eligatur ab ipsis. et ille pro vicario habeatur ⁒ in quorum sentenciam iste declinabit. cum quo vicario ceteri diffinitores in diffinicione procedant. Quod si in ipsa diffinicione iterum in partes equales se diviserint ⁒ forma superius posita teneatur.

---

6) vel capituli provincialis fuerint restituti] capituli absoluti fuerint A1, 2. — 9) vel] et B. — 10) alias] enim *add.* B. — 13) eisdem] de capitulo *add.* B. — 17) excessum — etc.] excessum magistri etc. B. — 21) in — ubi] in eodem capitulo ubi B. — 22) qui] secundum constitucionem *add.* B. — 23) generale *om.* B. — magistri — vel sui] magistri vel ad provinciale sine licencia magistri vel sui B. — 27) etc. *om.* B. — 30) sed] qui B. — 35) iterum *om* B.

Committimus magistro ordinacionem. tam studii Parisiensis. quam aliorum studiorum generalium ·iiii^{or}· provinciarum. ut de ipsis. in magistris et bacallariis. et in aliis ad studium pertinentibus ; curam habeat diligentem.

Damus licenciam fratribus faciendi octavas ; in festis patronorum ecclesiarum suarum.

Iste sunt admoniciones. Admonemus quod fratres qui mittuntur ad curiam. vel morantur ibidem. non intromittant se de aliis negociis. quam de illis ad que mittuntur. vel de pertinentibus ad ordinem. et secundum consilium et assensum procuratoris ordinis generalis.

Item. Prior provincialis Romane provincie. diligenter provideat. ut conventus. ubi curia fuerit. fratres ydoneos habeat secundum exigenciam curie. priorem specialiter et lectorem.

Item. Provideant diffinitores capituli generalis qui pro tempore fuerint. ut feria ·iiii^{a}· ante penthecostem sint presentes omnes in loco capituli celebrandi.

Item. Peticiones que mittuntur a capitulis provincialibus ad capitulum generale. sigillentur sigillis diffinitorum capituli provincialis. et diffinitores et eorum socii euntes ad capitulum generale. eorumdem diffinitorum provincialis capituli sigillis munitas testimoniales litteras secum ferant.

Item. Priores provinciales et conventuales absoluti per generale vel provinciale capitulum. non resumantur ad eadem officia illo anno. in eadem provincia vel conventu.

Item. Admonemus et mandamus. ut sentencie late per iudices generalis vel provincialis capituli super limitacionibus et aliis questionibus penitus observentur. Prioribus quoque provincialibus districte iniungimus. ut eas diligencius faciant observari.

Item. Priores provinciales constitucionem de suis provinciis per se vel per alios visitandis ; curent diligencius observari.

Item. In singulis conventibus tres depositarii per conventum ponantur. qui sine licencia prioris vel vicarii. vel prior. vel vicarius sine ipsis. recipiendi deposita. eciam si necessitas poposcerit. non habeant facultatem. ab iisdem insuper sigillum conventus in archa depositorum cum diligencia conservetur.

---

1) magistro] ordinis *add.* B. — 3) et in aliis *om.* B. — 5) patronorum] suorum *add.* B. — 7) iste sunt admoniciones *om.* B. — quod] ut B. — 9) illis] hiis B. — et] et hoc B. — 15) capituli] eligendi *add.* B. — 19) socii — eorumdem] socii capituli generalis eorumdem B. — 25) admonemus] monemus B. — ut] quod B. — 26) limitacionibus] limitibus B. — 28) diligencius] diligenter B. — 29) constitucionem] constituciones B. — 30) per *om.* B. — 31) ponantur] assignentur. — 32) vel] eius *add.* B. — vel prior] nec prior B. — vel vicarii] vel illius vicarii B. — 34) insuper] eciam B.

Item. Fratres notabiliter iuvenes non faciant priores promoveri ad sacerdocium. nec promotos ad audiendas confessiones exponant. neque in primis missis de rebus sibi concessis. vel de questu. notabiles pictancias facere permittant.

Item. Curent priores provinciales mittere novicios ad conventus. in quibus in moribus. devocione. et religione. possint commodius instrui. et melius informari.

Item. Magister ordinis de assensu diffinitorum interdicit prioribus conventualibus. et fratribus universis. ne aliquem in aliqua religione professum. ad ordinem nostrum recipiant. sine suorum priorum provincialium licencia speciali. qui autem contra fecerint. ipso facto. potestate recipiendi novicios sint privati. quousque cum eis per magistrum ordinis. vel provinciale capitulum fuerit dispensatum.

Concedimus provincie Francie ·i· domum.

Item. Provincie Lombardie ·i·

Item. Provincie Theotonie ·i·

Item. Provincie Dacie ·i· dummodo sine gravibus condicionibus recipiantur. et sine preiudicio aliarum provinciarum.

Prioribus. qui dederunt licenciam fratribus veniendi ad capitulum sine causa sufficienti. iniungimus ·iii· dies in pane et aqua ·iii· psalteria ·iii· disciplinas.

Ista sunt suffragia. Pro domino papa. et statu universalis ecclesie. etc.

Absolvimus priores provinciales: Francie. Lombardie: Terre sancte.

Item. Absolvimus priores: Sundensem de provincia Theutonie. et Gripsvaldensem de provincia Polonie. propter scandala facta ab ipsis et fratribus eorum in civitate Gripsvaldensi. coram religiosis publice. occasione questus. et volumus quod non possint eligi. vel assumi ad officium prioratus. vel supprioratus. aut diffinicionis. seu visitacionis. nisi per magistrum ordinis cum eisdem fuerit dispensatum.

Insuper priori Sundensi predicto. iniungimus ·xii· dies in pane et aqua ·xii· psalteria: et totidem disciplinas.

Gripsvaldensi autem ·xv· dies. totidem psalteria: et totidem disciplinas. et removemus eos de conventibus suis. ut ponantur in remocioribus

---

2) neque] nec B. — 3) questu — permittant] questu nimis notabili pictancias fieri permittant B.— 6) in *om.* B. — et *om.* B. — 11) speciali — contrafecerint] speciali et qui contra fecerint B. — autem *om.* A2. — 13) vel provinciale capitulum fuerit] vel provincialem fuerit B — 14) domum — Dacie] domum. aliam Lombardie. unam Theotonie. unam Dacie B. — 20) iniungimus] damus B. — 22) ista — etc. *om.* B. — 24) Sundensem] Sudensem B. — 25) Gripsvaldensem] Gripaldensem A1, 2; Grispelensem B. — scandala *om.* B. — 26) publice] et secularibus B. — 27) assumi] de cetero *add.* B. — 28) aut *om.* B. — seu] vel B. — 29) eisdem] eis A2; super hoc *add.* B. — 30) Sundensi] a Sudensi B. — ·XII· dies... — Gripsvaldensi] ·XV· dies... ·XV· psalteria et ·XV· missas Grispaldensi B. — 33) ut] et B. — remocioribus] remotis B.

partibus provinciarum suarum non reversuri ad dictos conventus vel partes illis conventibus propinquas: nisi de licencia magistri ordinis speciali.

Item. Fratri Iohanni de Brema. propter eadem scandala. de quibus culpabilis est. ·xii· dies in pane et aqua. totidem psalteria: et totidem disciplinas. et removemus eum de conventu et terra sua. sicut de aliis est expressum.

Sentencias iudicum generalis capituli confirmamus.

Sequens capitulum generale. assignamus in provincia Romana: apud Pisas.

Actis additae sunt litterae Clementis quarti; cf. Potthast *n. 20022; et litterae magistri ordinis; cf. app. n. XVIII.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS VITERBII CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· LXVIII°·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. veniant ad capitulum generale. addatur. si vero in aliqua provinciarum provinciale capitulum fuerit celebratum. et in proximo festo penthecostes electio magistri fuerit facienda. diffinitor capituli generalis. et socius eius. sint illo anno magistri ordinis electores. In anno autem priorum provincialium. duo de diffinitoribus immediate precedentis capituli provincialis. qui primitus habitum nostri ordinis susceperunt. ad electionem magistri ordinis admittantur. quorum antiquior in ordine sit illo anno generalis capituli diffinitor. qui si ad capitulum non venerit. aut precedentis capituli extiterit diffinitor. tunc ad diffinicionem electorum alius admittatur. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de ieiuniis. post illud. ab ecclesia institutis. addatur. et sextis feriis intus et extra. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. post precedentem immediate. quando aliquod festum habens vigiliam. in qua secundum ordinem est ieiunandum. evenerit in secunda feria. eius vigilia in precedenti sabbato ieiunetur. aliqua consuetudine non obstante. Et hec habet ·iii· capitula.

Approbamus has. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. sicut fit in electione magistri. addatur. cum vero in aliquo conventu prioris electio fuerit facienda. non teneatur conventus expectare.

---

3) item fratri — sentencias *om.* B. — 4) ·XII·] ·XXII· A2. — 7) sentencias — confirmamus] sentencias iudicum approbamus B. — 8) assignamus] ponimus B. — 28) hanc *om.* B. — post — quando] post illud ab ecclesia institutis addatur quando B. — 29) habens... evenerit] habet... et venerit A1, 2.

vel vocare fratres vocem in electione habentes. nisi illos quos infra terminos predicacionis sue noverit constitutos. Conventibus autem quorum priores absolvuntur in capitulo provinciali. provideatur in eodem capitulo provinciali de prioribus per priorem provincialem. vel eius vicarium. et diffinitores capituli provincialis. Idem dicimus de conventibus illius provincie in qua generale capitulum celebratur. quorum priores per diffinitores generalis capituli fuerint absoluti. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de graviori culpa. ubi dicitur. de conspiratoribus. nec eis aliqua obediencia iniungatur. addatur. nisi per magistrum. vel diffinitores generalis vel provincialis capituli fuerint restituti. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de domibus concedendis. ubi dicitur. curam predictarum non recipiat nisi per tria capitula fuerit approbatum. addatur. vel nisi per dominum papam ordini committatur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. ubi dicitur. alias enim plurium sentencia prevalebit. addatur. si autem per adiunctionem. vel absenciam prioris provincialis. vel eius vicarii. vel casu aliquo contingente. partes fiant equales. unus ab eisdem de capitulo eligatur. et in quorum partem ille declinaveritˀ illorum sentencia prevalebit. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo generali. ubi dicitur. diffinitores itaque predicti. addatur. postquam fuerint accusati. quando eis videbitur expedire. excessum magistri. etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Item. In eodem capitulo. ubi dicitur. et diffinitores audiant accusantes. addatur. auditis vero accusacionibusˀ secedat. ut eo absente. diffinitores de eius correctione conferant et disponant. Et hec habet ·ii· capitula.

Item. In eodem capitulo. ubi dicitur. si vero aliqua occasione. magistrum abesse contigerit. deleatur quod sequitur usque ibi. isti autem. et dicatur sic. unus de diffinitoribus capituli eiusdem. ab ipsis diffinitoribus vel maiori parte eorum assumatur in magistri vicarium. qui durante capitulo. vices magistri gerat in omnibus duntaxat. que ad tractatum et ad acta capituli pertinebunt. qui extra capitulum locum suum teneat. et in diffinicionibus unam tantum vocem habeat. quod si in eius assumpcione in partes equales se diviserint. unus de presentibus fratribus eligatur ab ipsis. et ille pro vicario habeaturˀ in quorum sentenciam ille declinabit. cum quo vicario ceteri diffinitores in diffinicione procedant. Qui si in ipsa diffinicione iterum in partes equales se diviserintˀ forma superius posita teneatur. Et hec habet ·ii· capitula.

---

16) ubi dicitur *om.* A1, 2. — 22) in capitulo *om.* A1, 2. — 26) secedat] cessedat A1, 2.

Inchoamus has. In capitulo de officio ecclesie. ubi dicitur. surgant fratres dicendo officium de beata virgine. deleatur. dicendo. et dicatur sic. surgant fratres. et stando. dicant officium de beata virgine.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. si tunc non elegerint qui debent eligere. potestas eligendi ad magistrum ordinis transferatur. deleatur totum. et dicatur sic. quod si tunc non elegerint. qui debent eligere. vel electionem fecerint. que sit irrita. ipso iure. potestas providendi ad magistrum ordinis transferatur.

Item. In eodem capitulo. ubi dicitur. poterit eum nichilominus magister ordinis confirmare. vel amovere. addatur. priores vero provinciales absoluti sint illorum conventuum. unde fuerint assumpti. nisi de eis aliter ordinetur.

Item. in capitulo de electione magistri. ubi dicitur. in anno priorum provincialium. duo de diffinitoribus immediate precedentis capituli provincialis. qui primitus habitum nostri ordinis susceperunt. addatur. qui tunc superstites fuerint.

Item. In capitulo de capitulo generali. post illud. quandoque aliud videatur. addatur. necessitate vero urgente. magister ordinis cum assensu prioris provincialis. in cuius provincia generale capitulum fuerit celebrandum. de consilio discretorum. ad alium conventum eiusdem provincie; capitulum transferre possit.

Item. In oracione. a cunctis. post illud. et beatis apostolis tuis Petro et Paulo. addatur. atque beato Dominico.

Item. In rubrica misse. ubi agitur de pace danda. ubi dicitur. in dominicis autem diebus. addatur. et festis semiduplicibus et supra.

Item. Infra. ubi dicitur. illi vero qui pacem receperunt. deleatur totum usque ibi. in ceteris autem diebus nunquam pax detur. etc.

Item. Infra. ubi dicitur. si festum duplex. vel totum duplex. in dominica evenerit. deleatur totum. et dicatur sic. in festis duplicibus. et totis duplicibus etc.

Committimus magistro ordinis. ordinacionem tam studii Parisiensis. quam aliorum studiorum generalium ·iiii^{or}· provinciarum. ut de ipsis in magistris. et bacallariis et aliis ad studium pertinentibus curam habeat diligentem.

Iste sunt moniciones. Cum humilitas nostri ordinis requirat. obedire simpliciter. et non discutere sentencias legatorum; volumus et districte mandamus. ut sentencie legatorum sedis apostolice. maxime cardinalium.

---

1) ecclesie *om.* B. — 4) hanc *om.* A1, 2. — 7) vel] si *add.* B. — 13) anno] autem *add.* B. — 14) precedentis *om.* B. — 17) quandoque aliud] quando B. — 19) fuerit] fuerat A1, 2. — 22) illud — Petro] illud apostolis Petro B. — 23) atque] et B. — 26) item infra — item infra *om.* A2. — 27) etc. *om.* B. — 29) sic *om.* B. — 35) iste sunt moniciones *om.* B. — 37) ut] quod B.

exacta diligencia observentur. ne indignacionem sedis apostolice incurramus.

Item. Fratres quantum possunt. vitent litigia prelatorum et clericorum. questiones autem et causas de quibus potest oriri scandalum. non moveant. nisi voluntate prioris provincialis. vel capituli requisita. ubi sine periculo poterit expectari.

Item. Singulis annis. quodlibet provinciale capitulum super absolucione vel retencione prioris sui provincialis voluntatem suam insinuet capitulo generali.

Item. Priores conventuales singulis annis tractatum habeant ad minus semel in anno. cum discretis fratribus super absolucione vel retencione subprioris.

Item. Cum magister ordinis in preterito capitulo generali. mandaverit per suas litteras speciales. ut habita collacione in suis capitulis provincialibus super divisione provinciarum et modum dividendi. sibi rescriberent in capitulo generali. nec ipsum plene certificaverint de predictis. volumus ut in sequenti capitulo. quod obmissum est suppleatur.

Item. Provideant priores conventuales. ne in locis. ubi sunt sollempnes predicaciones. fratres ad predicandum indifferenter exponant. sed paucis magis graciosis et ydoneis predicaciones huiusmodi committantur.

Item. Cum in capitulis generalibus et provincialibus negocia ordinis pertractentur. priores et fratres qui venire tenentur. sine urgente necessitate non remaneant ab eisdem.

Item. Caveant visitatores. ne visitent instante capitulo generali vel provinciali vel eciam in ·xl^a^· ne fructum animarum impediri contingat.

Item. Ad officium sacristie semper aliquis clericus maturus ponatur.

Item. Constitucio de non recipiendis depositis. diligencius observetur. et per priores provinciales et visitatores. transgressores durius puniantur.

Item. A recipiendis ambaxariis et legacionibus fratres quantum poterunt. se subtrahant et excusent.

Item. Caveant diligenter. ne per extraneas personas cuiuscunque dignitatis vel status. licencias aliquas. vel gracias. a prelatis ordinis impetrare procurent. et qui contrarium fecerint. durius puniantur.

Item. Scolares apti ad ordinem. propter defectum vestium. nullatenus dimittantur.

---

3) possunt] potest A1. — 8) sui *om.* B. — 11) in anno *om.* B. — absolucione — subpriore] absolucione supprioris vel retencione eiusdem B. — 13) generali — generali *om.* A2. — mandaverit] graviter prioribus provincialibus *add.* B. — 15) modum] de modo *add.* B. — 17) ut] quod B. — 18) conventuales *om.* B. — 20) et ydoneis *om.* B. — 30) ambaxariis] ambasiatis B. — 32) per] propter B. — 33) licencias] litteras B.

Item. Fratres in missis privatis frequenter collectam pro domino papa dicant. in locis autem ubi est conventus. frequencius in missa conventuali dicatur.

Item. Magister ordinis de diffinitorum assensu interdicit prioribus et fratribus universis. ne aliquem professum in ordinibus Cisterciensium. Saccatorum. Humiliatorum. Heremitarum qui sunt de ordine sancti Augustini ; ad ordinem recipiant. sine ipsius magistri licencia speciali. Qui autem contra fecerint ; ipso facto. potestate recipiendi novicios sint privati. quousque cum eis per magistrum ordinis fuerit dispensatum.

Concedimus duas domos provincie Provincie. quarum una in Morlanis ponatur. si priori provinciali et diffinitoribus capituli videbitur expedire.

Unam provincie Francie ·ii· provincie Anglie ·i· provincie Polonie.

Sentencias iudicum approbamus.

Absolvimus priorem provincialem Romane provincie.

Capitulum generale sequens Parisius in provincia Francie assignamus.

Actis additae sunt litterae magistri ordinis; cf. app. n. XIX.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS PARISIUS CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· LXIX°·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de domibus concedendis. ubi dicitur. curam predictarum non recipiat. nisi per tria capitula fuerit approbatum. addatur. et nisi per dominum papam. ordini committatur. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de graviori culpa. ubi dicitur de conspiratoribus. nec eis aliqua obediencia iniungatur. addatur. nisi per magistrum et diffinitores generalis vel provincialis capituli fuerint restituti. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. ubi dicitur. alias enim plurium sentencia prevalebit. addatur. si autem per adiunctionem vel absenciam prioris provincialis. vel eius vicarii. vel casu aliquo contingente. partes fiant equales. unus ab eisdem. de capitulo eligatur. et

2) dicant *om.* B. — est — missa] est cura frequencius in conventu in missa B. — 6) de ordine *om.* B. — 8) contrafecerint .. sint privati... cum eis per magistrum fuerit] contrafecerit... sit privatus... cum eo per eundem magistrum fuerit B. — 10) Morlanis] Morlano B. — 11) diffinitoribus — sentencias] diffinitoribus visum fuerit expedire. sentencias B. — 14) sentencias — provincie *om.* A1, 2. — 16) in provincia Francie *om.* B.

in quorum partem ille declinaverit. illorum sentencia prevalebit. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo generali. ubi dicitur. diffinitores itaque predicti. addatur. postquam fuerint accusati. quando ipsis videbitur expedire. excessum magistri. etc. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo generali. ubi dicitur. diffinitores audiant accusantes. addatur. auditis vero accusacionibus. secedat. ut eo absente? diffinitores de eius correctione conferant et disponant. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. si autem magistrum aliqua occasione abesse contigerit. deleatur quod sequitur. usque ibi. isti autem. etc. et dicatur sic. unus de diffinitoribus eiusdem capituli. ab ipsis diffinitoribus. vel maiori parte eorum. assumatur in magistri vicarium. qui durante capitulo. vices magistri gerat? in omnibus dumtaxat que ad tractatum. et acta capituli pertinebunt. qui extra capitulum locum suum teneat. et in diffinicionibus unam tantum vocem habeat. quod si in eius assumpcione in partes equales se diviserint. unus de presentibus fratribus eligatur ab ipsis. et in quorum sentenciam ille declinabit? ille pro vicario habeatur. Et hec habet ·iii· capitula.

Approbamus has. In capitulo. de officio ecclesie. ubi dicitur. surgant fratres dicendo [officium] de beata virgine. deleatur. dicendo. et dicatur sic. surgant fratres. et stando dicant officium de beata virgine. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. si tunc non elegerint qui debent eligere. potestas eligendi ad magistrum ordinis transferatur. deleatur totum. et dicatur sic. quod si tunc non elegerint. qui debent eligere vel electionem fecerint. que irrita sit. ipso iure potestas providendi ad magistrum ordinis transferatur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. in anno autem priorum provincialium. duo de diffinitoribus immediate precedentis capituli provincialis. qui primitus habitum nostri ordinis susceperunt. addatur. qui tunc superstites fuerint. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo generali. post illud. quandoque aliud videatur. addatur. necessitate vero urgente. magister cum assensu prioris provincialis. in cuius provincia generale capitulum fuerit celebrandum. de consilio discretorum. ad alium conventum eiusdem provincie capitulum transferre possit. Et hec habet ·ii· capitula.

---

3) in — ubi] in eodem capitulo ubi B. — 10) autem] vero B. — 24) provincialis *om.* A1, 2. — 26) transferatur — transferatur *om.* A2. — 35) aliud] aliquid A2.

Item. In oracione. a cunctis. post illud. et beatis apostolis tuis Petro et Paulo. addatur. atque beato Dominico. Et hec habet ·ii· capitula.

Item. In rubrica misse. ubi agitur de pace danda. ubi dicitur. in dominicis autem diebus. addatur. et festis semiduplicibus et supra. Et hec habet ·ii· capitula.

Item. Infra. ubi dicitur. illi vero qui pacem receperint. deleatur totum. usque ibi. in ceteris autem diebus. nunquam pax detur. etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Item. Infra. ubi dicitur. si festum duplex. vel totum duplex. in dominica evenerit. deleatur hoc totum. et dicatur sic. in festis duplicibus. et totis duplicibus. etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Inchoamus has. In capitulo de electione prioris conventualis, ubi dicitur. fratres autem post duos annos. deleatur. post duos annos. et dicatur. ·iiii^{or}· annos.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. ubi dicitur. infra vero idem tempus. deleatur. idem tempus. et dicatur. quinquennium.

Item hanc. In capitulo de studentibus. post illud. ubi viget studium. addatur. extra suas provincias. de diffinitorum capituli provincialis. vel maioris partis eorum. consilio. et assensu. ubi aliquem missorum studencium infra ·vi· menses a tempore celebrati capituli mori contingerit. vel alias impediri.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum. ubi dicitur. cui socius competens a priore provinciali. et diffinitoribus assignetur. deleatur totum et dicatur sic. cui socius post electionem diffinitoris. ab eodem capitulo provinciali eligatur. et qui plures voces. eciam citra medietatem eligencium habuerit: diffinitoris socius habeatur.

Item hanc. In capitulo de ieiuniis. ubi dicitur. nisi dies natalis domini. ea die evenerit. usque ibi. precipuum festum fuerit. deleatur totum. et dicatur sic. quadragesimali utimur cibo. nisi in dictis sextis feriis tantum cum aliquo propter laborem dispensetur. vel in locis. in quibus in eisdem sextis feriis aliter comederetur. vel eciam precipuum festum fuerit.

Item hanc. In capitulo de visitatoribus. ubi dicitur. si qua autem gravia et periculosa invenerint. addatur. emersisse. a tempore visitacionis ultimo facte per visitatorem precedentem.

Item. In rubrica misse. dominica in ramis palmarum post illud. nec signent se fratres. addatur. cum ille qui legit passionem. pronun-

1) et beatis *om.* B. — 4) ubi agitur] ubi dicitur sive B. — 8) et hec — capitula *om.* A1, 2. — 15) annos *om.* B. — 20) missorum] ipsorum B. — 25) diffinitoris] diffinitorum B. — 28) hanc *om.* B. — 29) fuerit] et *add.* A1, 2. — 37) item — misse] item in ordinariis in missa B. — 38) nec] ut A2.

ciaverit. emisit spiritum. sileat. et totus chorus prosternat se super formas. devote gracias agens redemptori. donec facto signo a prelato. surgat chorus. et lector prosequatur passionem. Idem eciam fiat in aliis passionibus. ubi dicitur. expiravit. vel tradidit spiritum.

Item. In capitulo de itinerantibus. in fine addatur. si quis fratrum ordinis nostri per se. vel per alium ordinacionem de se vel de alio fratre factam. vel obedienciam sibi vel alii fratri iniunctam. per quamcumque personam. extra obedienciam nostri ordinis constitutam. quocumque modo procuraverit revocari. vel in aliqua provincia. vel conventu. aut officio. seu eciam studio generali poni. remanere. vel inde amoveri. vel cum personis extraneis commorari. ipso facto. ex vi presentis statuti. tam in vita. quam in morte. suffragiis ordinis et omni voce. tam in electionibus. quam in tractatibus eorum. que ad capitulum sunt mittenda. penitus sit privatus. nec ad predicta restitui valeat? nisi per magistrum ordinis. vel diffinitores capituli generalis.

Item hanc. In capitulo de domibus concedendis. in fine addatur. singule provincie nostri ordinis. exceptis provinciis Terre sancte et Grecie. dividantur in duas. quam divisionem magister ordinis. et diffinitores capituli generalis. immediate sequentis. postquam inchoata constitucio approbata fuerit et confirmata. facere teneantur. et facient secundum modum eisdem tradendum. a singulis provinciis dividendis. quem modum ipse provincie tradere teneantur infra nominatum capitulum immediate sequens post confirmacionem predictam. Et si alique provincie in modum divisionis non convenerint. duos fratres mittere teneantur et mittant. qui in dicto capitulo generali dictis magistro. et diffinitoribus referant. que circa divisionem viderint expedire. Quod si modum divisionis predicte infra memoratum tempus magistro et diffinitoribus non presentaverint. nichilominus ex tunc dicti magister et diffinitores. ad divisionem procedant et nomina ipsis provinciis divisis imponant. et de numero qui nunc est studencium mittendorum ad generalia studia unum diminuant. Et quicquid in constitucionibus huic ordinacioni contrarium. vel dissonum invenerint. corrigant vel immutent. Quod si a dicto capitulo magistrum aliquo casu abesse contigerit. vicarius eius. cum ceteris diffinitoribus. ad execucionem predictorum procedant. et si memorati magister vel eius vicarius. ac diffinitores. ad divisionem aliquarum provinciarum

---

4) vel tradidit spiritum *om.* B. — 5) item] hanc *add.* B. — fratrum] frater B. — 6) fratre *om.* B. — 10) seu] sive B. — poni. remanere vel] poni vel removeri vel B. — 15) vel] seu B. — 17) provinciis] provincie B. — 21) eisdem] eis B. — modum — teneantur] modum quilibet provincialis tradere teneatur B. — 24) et mittant *om.* B. — 25) dictis *om.* B. — 27) memoratum] supradictum B. — 28) dicti *om.* B. — 29) ipsis *om.* B. — 31) ordinacioni *om.* B. — 33) ceteris *om.* B. — 34) memorati *om.* B. — 35) provinciarum — valerent] provinciarum procedere non valeant B.

in dicto capitulo procedere non valerent. nichilominus magister per se ipsum. dividendi dictas provincias plenariam et liberam habeat potestatem. et exequatur. quam cito obtulerit se facultas. et si inter aliquas provincias contiguas de una ad aliam aliquos conventus transferre oportuerit? id faciendi de ipsarum provinciarum assensu. magister ordinis liberam habeat potestatem.

Iste sunt admoniciones. Caveant priores provinciales et conventuales. ne sint faciles ad facienda precepta? nisi urgens necessitas id exposcat.

Item. Priores provinciales cum diffinitoribus. in instantibus capitulis provincialibus. talem modum de provisionibus ordinent. si nondum ordinaverint. quod provideatur non solum studentibus Parisius. sed eciam in aliis generalibus studiis constitutis.

Item. Fratres itinerantes. litteras testimoniales secum ferant. quas priores. vel eorum vicarii requirant. nisi in die sui adventus? obtulerint eas ipsis.

Item. Districtius inhibemus. ne alibi quam in infirmariis. vel in domibus recreacionis. eciam occasione minucionis. seu alterius cause cuiuscumque. pulmenta cocta cum carnibus. vel condita cum sagimine comedantur.

Item. Caveant fratres itinerantes. ne cibos comedant. in quibus evidenter apparent carnes trite vel secte.

Item. Priores et fratres curam habeant diligentem. quod nomen beati Dominici et beati Petri martyris. in kalendariis. et in letaniis religiosorum et secularium annotetur. et quod fiant festa eorum.

Item. Tam priores. quam visitatores. constituciones de sedendo in terra. pro fractione silencii. et de pecunia non portanda. et de non equitando. et currizando? arcius faciant observari.

Item. Priores et predicatores generales et socii eorum. qui non possunt venire ad capitulum. nisi in equis vel vecturis. remaneant in conventu.

Item. Districte precipimus prioribus et supprioribus et eorum vicariis. quod fratres leprosos. extra septa domorum nostrarum morantes. infra nativitatem domini nunc instantem revocent. et secundum constitucionem infra areis collocentur. quod si neglexerint adimplere? ex tunc in singulis septimanis duobus diebus in pane et aqua ieiunent. donec id curaverint effectui mancipare.

---

3) exequatur — facultas] exequatur eam quam cito occurrerit facultas. B. — 4) provincias contiguas — id] provincias videat quod expediat ut de una ad aliam aliqui transferri debeant id B. — 5) magister ordinis *om.* B. — 7) iste sunt admoniciones *om.* B. — 9) cum] prioribus *add.* B. — 10) de *om.* B. — 12) in *om.* B. — 17) seu] eciam *add.* B. — 23) in *ante* letaniis *om.* A2. — 24) annotetur] annotent B. — 28) eorum] priorum B. — 30) precipimus] et iniungimus *add.* B. — 31) infra nativitatem domini nunc instantem] infra festum domini nunc (?) instante B. — 33) ex tunc in *om.* B. — 34) duobus diebus *om.* B. — 35) mancipare] mandare B.

Item. Priores vel eorum vicarii. diffinitores capituli generalis transeuntes per eorum conventus. euntes et revertentes. deducant. vel deduci faciant ad conventus proximos ; necessaria procurando.

Item. Fratres et priores. quibus crucis predicacio est commissa. commissionem sibi factam diligencius exequantur. et tam ipsi. quam ceteri fratres. cum se facultas obtulerit. testatores inducant ad elemosinam faciendam. in subsidium Terre sancte. et sint diligentes denunciare ubique in suis predicacionibus ; passagium domini regis Francie. quod erit in prima septimana sequentis maii in portu de Aquis mortuis.

Item. Singulis diebus profestis in missa conventuali post. pater noster. cum prostracione. dicatur psalmus. deus venerunt gentes. cum versiculis et oracionibus ab illo. qui dicit missam. dicendis. et hoc incipiatur post pascha.

Item. Ordinacionem factam de scrutinio priorum provincialium ; revocamus.

Item. Priores provinciales. et conventuales. per generale capitulum absoluti vel provinciale. ad eadem officia. in provinciis eisdem vel conventibus ; non resumantur illo anno.

Item. Ad refrenandum dampnosum apostatarum discursum. magister ordinis de diffinitorum consilio et assensu. potestatem concedit prioribus provincialibus et conventualibus et eorum vicariis. ut apostatas. quos infra terminos suos invenerint. undecumque venientes. possint excommunicare. capere. ligare. incarcerare. et alias subdere ordinis disciplinis. Insuper concedit et committit eisdem ; ut si aliquos ceperint. et incarceraverint. ipsos ab excommunicacionis sentencia possint absolvere. et rursum si effugerint ; possint in eosdem excommunicacionis sentenciam renovare. quam ferent in eos condicionaliter. statim post absolucionem eorum.

Item. De eorumdem diffinitorum consilio et consensu. concedit supprioribus et eorum vicariis. quod in die tractatus eorum. que ad capitulum provinciale vel generale sunt mittenda. fratribus qui intersunt tractatui. precipere possint. ne prioribus revelent petentes absolucionem eorum. vel aliis per quos possit ad priorum noticiam pervenire.

Hec sunt suffragia. Pro domino papa et collegio cardinalium. etc.

Pro fratre Imberto. et fratre Symone de Ancona. etc.

---

2) revertentes] redeuntes B. — 4) item fratres et priores] item predicatores et fratres B. — 5) exsequantur] assequantur — 7) et sint — Aquis mortis *om.* B. — 11) dicatur psalmus] dicant psalmum B. — 12) illo] eo B. — hoc *om.* A2. — 17) vel] et *post* eisdem B. — 21) ut] quod B. — 22) infra *om.* B. — suos *om.* B. — 24) insuper] item insuper A2. — et incarceraverint *om.* B. — 26) effugerint] fugerint B. — eosdem] in *add.* B; eos A2. — 30) et] vel B. — 32) tractatui] tractatibus B. — 33) eorum] ipsorum B. — 34) *suffragia om.* B.

Committimus magistro ordinis ordinacionem studii Parisiensis. et aliorum studiorum generalium ·iiii^{or}. provinciarum. ut de ipsis. in magistris et baccalareis. et aliis ad studium pertinentibus curam habeat diligentem.

Concedimus provincie Hyspanie ·ii· domos.

Item. Francie ·i· Romane ·ii· Theotonie ·ii· Polonie ·i· Anglie ·ii· Terre sancte ·ii· Polonie ·i· ubi priori provinciali et diffinitoribus capituli provincialis videbitur expedire. et non recipiantur in preiudicium aliarum provinciarum.

Absolvimus priores provinciales. Provincie et assignamus eum lectorem studio conventus Montispessulani. Theotonie. Francie. Hungarie. Polonie.

Absolvimus. Priores conventuales. Trecensem. Rothomagensem.

Item. Priorem Traiecti superioris. qui contra ordinacionem diffinitorum capituli provincialis. confirmatus fuit in provincia Theotonie.

Item. Priorem Montispessulani.

Assignamus sequens generale capitulum apud Mediolanum. in provincia Lombardie. Et veniant diffinitores ita tempestive. quod sint ibi dominica infra octavas ascensionis.

Sentencias iudicum approbamus.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS APUD MEDIOLANUM CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· LXX ·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de officio ecclesie. ubi dicitur. surgant fratres dicendo officium de beata virgine. deleatur. dicendo. et dicatur sic. surgant fratres. et stando dicant officium de beata virgine. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. in anno autem priorum provincialium duo de diffinitoribus immediate precedentis capituli provincialis. qui primitus habitum nostri ordinis susceperunt. addatur. qui tunc superstites fuerint. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo generali. post illud. nisi magistro et diffinitoribus videatur. quod per ·i· diem. vel duos ad plus debeat prolongari. addatur. necessitate vero urgente magister ordinis.

---

3 aliis ad studium pertinentibus] aliis que ad studium pertinent B. — 6 item *om.* B. — Romane] provincie *add.* B. — 7 Terre sancte ·II· *om.* B. — ubi — provinciarum *om.* B. — 10] Provincie] provincie *add.* B. — Prior provincialis Provincie erat fr. B. Gerardi *add. in marg.* Ar. — lectorem] pro lectore B. — 13 absolvimus — assignamus *om.* B. — 32 nisi] ex causa racionabili *add.* B.

cum assensu prioris provincialis. in cuius provincia generale capitulum fuerit celebrandum. de consilio discretorum. ad alium conventum eiusdem provincie capitulum transferre possit. Et hec habet ·iii· capitula.

Item. In oracione. A cunctis. post illud. et beatis apostolis Petro et Paulo. addatur. atque beato Dominico. Et hec habet ·iii· capitula.

Item. In rubrica misse. ubi agitur de pace danda. ubi dicitur. in dominicis diebus. addatur. et festis semiduplicibus. et supra. Et hec habet ·iii· capitula.

Item. In eadem rubrica. ubi dicitur. illi vero qui pacem receperint. etc. deleatur totum. usque ibi in ceteris autem diebus nunquam pax detur. Et hec habet ·iii· capitula.

Item. Infra ubi dicitur. si festum duplex. vel totum duplex in dominica evenerit. deleatur totum. et dicatur sic. in festis duplicibus. et totis duplicibus. etc. Et hec habet ·iii· capitula.

Iste sunt approbaciones. Approbamus hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. fratres autem post duos annos. deleatur. duos annos. et dicatur. ·iiii^{or}· annos. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de studentibus. post illud. ubi viget studium. addatur. extra suas provincias. de diffinitorum capituli provincialis. vel maioris partis eorum consilio et assensu. ubi aliquem missorum studencium infra ·vi· menses a tempore celebrati capituli mori contigerit. vel alias impediri. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum. ubi dicitur. cui socius competens a priore provinciali. et diffinitoribus assignetur. deleatur totum. et dicatur sic. cui socius post electionem diffinitoris ab eodem capitulo provinciali eligatur. et qui plures voces eciam citra medietatem eligencium habuerit; diffinitoris socius habeatur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de ieiuniis. ubi dicitur. nisi dies natalis domini ea die evenerit. usque ibi. vel nisi precipuum festum fuerit. deleatur totum. et dicatur sic. quadragesimali utimur cibo. nisi in dictis feriis ·vi· tantum cum aliquo propter laborem dispensetur. vel in locis. in quibus in eisdem ·vi· feriis aliter comederetur. vel eciam ubi precipuum festum fuerit. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de visitatoribus. ubi dicitur. si qua autem gravia et periculosa invenerit. addatur. emersisse a tempore visitacionis ultimo facte per precedentem visitatorem. Et hec habet ·ii· capitula.

Item. In ordinario in rubrica misse dominice in ramis palmarum.

---

4) item — item *om.* A2. — 15) iste sunt approbaciones *om.* B. — hanc] has B. — 38) in ordinario *om.* B. — dominice] ubi dicitur B.

post illud. nec signent se fratres. addatur. cum ille. qui legit passionem. pronunciaverit. emisit spiritum sileat et totus chorus prosternat se super formas. devote gracias [agens] redemptori. donec facto signo a prelato. surgat chorus. et lector prosequatur passionem. Idem eciam fiat in aliis passionibus. ubi dicitur. expiravit. vel tradidit spiritum. Et hec habet ·ii· capitula.

Item. In capitulo de itinerantibus. in fine addatur. si quis frater ordinis nostri. per se. vel per alium. ordinacionem de se. vel de alio fratre factam. vel obedienciam sibi. vel alii fratri iniunctam. per quamcumque personam extra obedienciam nostri ordinis constitutam. quocumque modo procuraverit revocari. vel in aliqua provincia. seu conventu. aut in officio. sive eciam studio generali poni. vel remanere vel inde amoveri. vel cum personis extraneis commorari: ipso facto. ex vi presentis statuti. tam in vita. quam in morte suffragiis ordinis. et omni voce. tam in electionibus. quam in tractatibus eorum que ad capitula mittenda sunt. penitus sit privatus. nec ad predicta restitui valeat. nisi per magistrum ordinis: vel diffinitores capituli generalis. Et hec habet ·ii· capitula.

Iste sunt inchoaciones. Inchoamus hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. mortuo priore provinciali vel amoto. qui locum eius tenet. teneatur convocare quam cicius poterit electores. etc. deleatur totum. usque ibi. transferatur. et dicatur sic. mortuo priore provinciali vel amoto. qui eius locum optinet. teneatur convocare quam cicius poterit. electores. et in die ad eligendum assignata. prior provincialis eligatur vel postuletur. et provinciale capitulum celebretur. nisi prius fuerit celebratum. quod si in die statuta. non eligerint. vel postulaverint: potestas providendi ad magistrum ordinis transferatur.

Item hanc. In eodem capitulo. in fine ubi dicitur. prior provincialis provinciam suam visitare curet. deleatur totum usque ad finem capituli. et dicatur sic. prior provincialis per se vel per alios qui tam super priores quam super fratres in conventibus et domibus ad visitandum sibi commissis. infra tempus a provinciali assignatum eisdem. ex ipsius commissione plenariam habeant potestatem. nisi provincialis ex causa sibi reservet aliqua. teneatur singulis annis totam suam provinciam visitare. et isti quibus vices suas committit: teneantur sequenti provinciali capitulo personaliter interesse.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur.

---

7) item] hanc *add.* B. — 19) iste sunt inchoaciones *om.* B. — hanc] has B. — 20) amoto] prior *add.* B. — 21) tenet — etc. *om.* B. — 26) in *om.* B. — postulaverint] qui debent eligere *add.* B. — 28) hanc *om.* B. — 29) curet] procuret B. — 31) quam] et B. — et domibus *om.* B. — 33) sibi *om.* B. — 35) isti] illi B. — committit] commiserit B. — 36) personaliter *om.* B.

si ei visum fuerit confirmetur. deleatur totum usque ibi. conventus autem qui petit. etc. et dicatur sic. idem eciam fiat. si aliquis a maiori parte illorum ad quos spectat electio. de alio conventu fuerit postulatus.

Item hanc. In eodem capitulo. infra ubi dicitur. si infra mensem non elegerint. addatur. vel postulaverint.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. vices eius optineat. addatur. quod si capitulum provinciale. ex aliqua causa. ad conventum alium transferatur. post translacionem ? prioris vicarii potestas expiret. et prior loci illius ad quem capitulum translatum fuerit ? vices provincialis optineat.

Item hanc. In capitulo de gravi culpa. ubi dicitur. caveat autem quilibet frater. ne proclamet aliquem de crimine. nisi possit probare. deleatur totum et dicatur sic. caveat autem quilibet frater. ne proclamet aliquem. in capitulo de crimine eciam de auditu ? nisi ipsum crimen possit probare.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur ·iiii^{or}· autem provincie. etc. deleatur totum usque ibi· provideant. et dicatur sic ·vi· autem provincie scilicet. Hyspania. Provincia. Lombardia. Romana provincia. Theotonia. Anglia provideant. etc.

Item hanc. In capitulo de visitatoribus. ubi dicitur. si aliquis visitator antequam visitet. addatur. vel in ipsa visitacione. et ubi dicitur. in priorem confirmatus fuerit vel mortuus. addatur. vel alias impeditus.

Item· hanc. In capitulo de rasura. ubi dicitur. quarta inter purificacionem et pascha. addatur. cum vero prolixitas temporis inter purificacionem et pascha exegerit. addatur alia rasura. et tunc ille due intermedie fiant partito tempore.

Item. In eodem capitulo. ubi dicitur ·xiii^{a}· in festo beati Dyonisii. deleatur totum usque in finem. et dicatur sic. ·xiii^{a}· in festo sancti Michaelis. ·xiv^{a}· in festo sancti Luche. ·xv^{a}· in festo ·iiii^{or}· coronatorum. ·xvi^{a}· in festo sancti Andree apostoli.

Iste sunt admoniciones. Admonemus. quod suppriores et alii priorum vicarii. vacante prioratu. non distrahant libros fratrum defunctorum ? nec aliquas notabiles mutaciones faciant in conventu.

Item. Quod in oracione. a cunctis. et in postcommunione quando ad nomen beate virginis fratres inclinant. inclinati persistant. quousque sit nomen beati Dominici nominatum.

1) totum] quod. sequitur *add.* B. — 2) a] est A2. — 4) hanc *om.* B. — 7) vices] vicem B. — 8) post] eius *add.* A1. — 12) aliquem] in capitulo *add.* B. — 19) Theotonia] et *add.* B. — 20) aliquis] quis autem A2. — 22) vel mortuus *om.* B. — 24) inter — exegerit *om.* B. — 27) in — ubi *om.* B. — beati] sancti B. — 28) sic *om.* B. — 30) sancti *om.* B. — 31) iste sunt admoniciones *om.* B. — 32) distrahant] distribuant A2. — 33) aliquas] alias B. — 34) oracione] ordinacione B. — et in postcommunione] et postcommunione eius B. — 35) fratres inclinant] a fratribus inclinatur.

Item. Volumus et districte iniungimus. quod quilibet prior conventualis. singulis annis. et specialiter in principio sui regiminis. a quolibet fratre diligenter inquirat. quid habeat. quid debeat. quid eciam debeatur ei. et in scriptis redigat. et cum postea scrutinium de rebus fratrum fecerit. si quid auctum. vel diminutum fuerit: inquirat de hoc sollicite racionem. et faciat quod fratres qui pecuniam ad aliquos usus habent. illam expendant. et longo tempore non conservent. et pecuniam illam det conventui: si frater illam non expenderit infra tempus sibi ad hoc assignatum. Et hoc idem observent priores provinciales vel eorum vicarii circa priores conventuales: quando eos contigerit visitare conventus.

Item. Volumus et monemus. quod priores provinciales constitucionem de suis provinciis per se vel per alios visitandis. curent. singulis annis. diligencius observare.

Item. Inhibemus districte. ne frater aliquis scribat. vel scribi faciat. vel emat librum aliquem: causa lucrandi.

Item. Inhibemus. ne frater aliquis novicius. vel professus. pecuniam pro libris emendis. vel libros emptos. vel emendos ex ea: ad usum sui deputet. vel donet alicui conventui. sine prioris sui provincialis licencia speciali. quod si secus factum fuerit: totum sit irritum et inane.

Item. Priores provinciales non dent fratribus licenciam recipiendi pecuniam. nisi taxata quantitate. nec illi recipiant sine consciencia suorum priorum.

Item. Iniungimus tam prioribus. quam fratribus universis. ut ipsi diligenter assistant inquisitoribus: ad fidei negocium promovendum.

Item. Inhibemus districte. ne frater aliquis clericus. procurator vel alius. portet in persona propria pecuniam: extra domum.

Concedimus provincie Hyspanie: ·ii· domos. provincie Provincie: ·i· provincie Lombardie: ·i· provincie Romane: ·ii· provincie Anglie: ·ii· provincie Polonie: ·i· Et iste domus ponantur ubi priori provinciali et diffinitoribus provincialis capituli visum fuerit. ita tamen quod ponantur sine preiudicio aliarum provinciarum.

Pro venerabili collegio cardinalium. et statu universalis ecclesie: quilibet sacerdos ·iii· missas. etc.

Pro domino Iordane cardinali defuncto: quilibet sacerdos ·i· missam (1).

---

4) ei] sibi B. — redigat] redigatur B. — 5) inquirat] requirat B. — 7) conservent] reservent B. — 8) illam *om.* A2. — 11) monemus] mandamus B. — 12) per se — visitandis *om.* B. — 18) vel donet *om.* B. — provincialis *om.* A2. — 20) item — item *om.* A1, 2. — 25) procurator] proclamator B. — 28) provincie (*ante* Lombardie.... Polonie) *om.* B. — 32) pro venerabili — committimus *om.* B. — 34) unam missam] tres missas A2.

---

(1) Iordanus Piruntus de Comitibus, diac. ss. Cosmae et Dam. † 1269. cf. Eubel l. c. pag. 8.

Absolvimus priores? Astenensem (!). Laudensem. etc.

Committimus magistro ordinis ordinacionem studii Parisiensis. et aliorum studiorum generalium ·iiii^or^· provinciarum. ut de ipsis. in magistris et bacallariis. et aliis ad studium pertinentibus curam habeat diligentem.

Fratri Bartholomeo Turonensi (1). quia ordinacioni magistri de consensu suo facte. et litteris suis preceptoriis non obedivit. et quia in facto cuiusdam testamenti quedam fecit. unde est grave scandalum ordini subsecutum. et quia in facto illius testamenti. in excusacionem sue culpe magistrum ordinis inculpavit. sicut patuit nobis de predictis. per litteras dilectorum fratrum fratris Thome (2). et fratris Roberti (3). et fratris Latini (4). et iterum per litteras fratris Michaelis prioris Insulensis. et fratris Lamberti Leodiensis. inquisitorum super hiis deputatorum. iniungimus ei ·xii· dies in pane et aqua. et ·vi· psalteria. et privamus eum sigillo predicatoris generalis. et quod voce in omnibus tractatibus ordinis sit privatus. et quod in ordine non possit esse prelatus. nisi in omnibus hiis cum eo. per generale capitulum fuerit dispensatum. absolvimus eciam eum a vicaria. quam ei commiserat magister super fratres. qui vadunt cum cruce signatis ultra mare.

Suppriori Cremonensi. quia non recepit diffinitorem ad conventum suum secundum ordinacionem precedentis capituli generalis ·iii· dies in pane et aqua iniungimus et ·i· psalterium.

Assignamus sequens capitulum generale. apud montem Pessulanum. in provincia Provincie. et diffinitores veniant ita tempestive. quod sint ibi infra octavas ascensionis.

Sentencias iudicum approbamus.

Item. Quoniam per assignacionem festi beati Eduardi ante festum sanctorum Fabiani et Sebastiani irritantur plures rubrice? ipsum transferimus. ut fiat ·iii· ydus octobris. immediate ante festum Calixti pape.

---

3) ipsis in *om.* B. — 7) suis] eius B. — 8) quedam *om.* A1, 2. — 9) illius] ipsius B. — 11) fratrum — inquisitorum] fratrum Thome de Aquino et Roberti. Latini et fratris Michaelis prioris et fratris Lamberti inquisitorum B. — Roberti] Rothba A1, 2. — 18) vicaria quam ei commiserat] vicariatu commisit ei B. — 19) mare *om.* B. — 20) suppriori — psalterium *om.* A1, 2. — 24) et diffinitores — ascensionis *om.* A1, 2. — 26) sentencias — quoniam *om.* B. — 27) beati] sancti B. — 28) irritantur] mutantur B. — 29) immediate *om.* B. — festum] beati *add.* B.

---

(1) De fr. Bartholomaeo Turon. cf. SSOP I, 248; MOPH 2 p. VI.

(2) Scil. Thomae de Aquino.

(3) Fr. Robertus (Rothba) nescio an idem sit atque Robertus ille Kilwardbius, cuius Echardus (SSOP I, 374 sqq.) mentionem facit, cum aetates satis bene conveniant.

(4) De fr. Latino cf. SSOP I, 436 sqq.; Eubel l. c. p. 9.

et omnes rubrice ad dictum festum spectantes transferantur ad diem predictam. In lectionario eciam tam de eo. quam de beato Antonio ordinis fratrum minorum. inserantur lectiones compilate de eorum vita. in breviariis vero· portatilibus de communi confessorum fiant lectiones.

Actis additae sunt litterae magistri ordinis; cf. app. n. XX.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS APUD MONTEMPESSULANUM CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· LXXI°·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. post duos annos. deleatur. duos annos. et dicatur. ·iiii^{or}· annos. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de studentibus. post illud. ubi studium viget generale. addatur. extra suas provincias. de diffinitorum capituli provincialis. vel maioris partis eorum consilio. et assensu. nisi aliquem missorum studencium infra ·vi· menses a tempore celebrati capituli mori contigerit. vel alias impediri. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de visitatoribus. ubi dicitur. si qua autem gravia et periculosa invenerit. addatur. emersisse a tempore visitacionis ultimo facte per visitatorem precedentem. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de ieiuniis. ubi dicitur. nisi dies natalis domini ea die evenerit. usque ibi. vel precipuum. deleatur totum et dicatur sic. quadragesimali utimur cibo. nisi in dictis ·vi· feriis cum aliquo propter laborem dispensetur. vel in locis in quibus eisdem ·vi· feriis aliter comederetur. vel eciam nisi precipuum festum fuerit. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In ordinario in rubrica misse dominice in ramis palmarum. post illud. nec signent se fratres. addatur. cum ille qui legit passionem pronunciaverit. emisit spiritum. sileat. et totus chorus prosternat

---

2) eciam] autem B. — 3) de — lectiones] de eis in breviariis vero fiant lectiones de communi confessorum B. — 4) vero *om.* A1, 2. — confessorum *om.* A2. Huic capitulo interfuerunt viri preclari:
Frater P. de Tarantasia, prior provincialis Francie. postmodum archiepiscopus Lugdunensis. inde cardinalis. demum Innocencius .V^{us}.
Frater Rocbertus Anglicus. prior provincialis Anglie. magnus magister in theologia. postmodum Cantuariensis archiepiscopus. et inde cardinalis Romanus.
Frater Albertus theutonicus magnus philosophus qui fuit Ratisponensis episcopus. ut audivi dici. non est tamen mihi certum.
Frater P. de Confleto baccallarius in theologia. postmodum archiepiscopus Corintiensis. (1) *add. in marg.* A1. — 12) post illud] ubi dicitur B. — 26) in ordinario *om.* B. — 27) nec *om.* A1, 2.

---

(1) De fr. Petro de Confleto cf. DENIFLE *Archiv* II, p. 207, not. 5.

se super formas. devote gracias agens redemptori. donec facto signo a prelato surgat chorus. et lector prosequatur passionem. Idem vero fiat in aliis passionibus. ubi dicitur. expiravit. vel tradidit spiritum. Et hec habet ·iii· capitula.

Approbamus hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. mortuo priore provinciali vel amoto. prior qui eius locum optinet. etc. deleatur totum usque ibi. transferatur. et dicatur sic. mortuo priore provinciali vel amoto. qui eius locum optinet. teneatur convocare quam cicius poterit electores. et in die ad eligendum assignata prior provincialis eligatur. vel postuletur. et provinciale capitulum celebretur. nisi prius fuerit celebratum. quod si in die statuta non elegerint. vel postulaverint. qui debent eligere: potestas providendi ad magistrum ordinis transferatur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. si ei visum fuerit. confirmetur. deleatur totum quod sequitur usque ibi. conventus autem qui fecerit. etc. et dicatur sic. idem eciam fiat si aliquis a maiori parte illorum ad quos spectat electio. de aliquo conventu fuerit postulatus. Et hec habet ·ii· capitula.

Item. In eodem infra. ubi dicitur. si infra mensem non elegerint. addatur. vel postulaverint. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. vicem eius optineat. addatur. quod si capitulum provinciale. ex aliqua causa. ad conventum alium transferatur: post translacionem. prioris vicarii potestas expiret. et prior loci illius ad quem capitulum translatum fuerit: vices provincialis optineat. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de gravi culpa. ubi dicitur. caveat quilibet frater. ne proclamet in capitulo aliquem de crimine nisi possit probare. deleatur totum et dicatur sic. caveat autem quilibet frater. ne proclamet aliquem in capitulo de crimine eciam de auditu: nisi ipsum crimen possit probare. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de visitatoribus. ubi dicitur. si aliquis visitator. antequam visitet. addatur. vel in ipsa visitacione. et ubi dicitur. in priorem confirmatus fuerit. vel mortuus. addatur. vel alias impeditus. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de rasura. ubi dicitur. quarta inter purificacionem et pascha. addatur. cum autem prolixitas temporis inter purificacionem et pascha exegerit: addatur alia rasura. et tunc ille due intermedie fiant partito tempore. Et hec habet ·ii· capitula.

---

5) hanc] has A2. — 19) eodem] capitulo B. — 21) hanc *om.* A2. — 26) gravi] graviori A1, 2. — 36) pascha — pascha *om.* A2.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur ·xiii^{a}· in festo sancti Dyonisii. deleatur totum. et dicatur sic ·xiii^{a}· in festo sancti Michaelis ·xiv^{a}· in festo sancti Luche ·xv^{a}· in festo ·iiii^{or}· coronatorum ·xvi^{a}· in festo sancti Andree. Et hec habet ·ii· capitula.

Inchoamus has. In capitulo de electione prioris provincialis. in fine addatur sic. statuimus autem. ut in singulis provinciis priores provinciales instituant vicarios aliquos per totam suam provinciam ; quibus certas domos visitandas et corrigendas assignent. vicarii in domibus sibi assignatis prioris provincialis nisi in eius presencia ; plenarie gerant vices. exceptis duntaxat institucione et destitucione priorum et lectorum. Et isti vicarii ubique loca sua teneant. nisi in capitulo dum ab eis vicarie sue officium exercetur. qui eciam vicarii teneantur provinciali capitulo interesse. et tunc de corpore capituli existant. et dicti vicarii simul cum vicaria ; non habeant officium prioratus. Hos autem vicarios priores provinciales instituant. de diffinitorum capituli provincialis. vel maioris partis consilio et assensu. requisito nichilominus consilio priorum illius vicarie. que committenda fuerit ; qui fuerint tunc presentes. Hos eciam vicarios priores provinciales possint corrigere. vel amovere. et si aliquem ex eis mori contigerit ; prior provincialis alium loco ipsius usque ad provinciale capitulum ; valeat subrogare.

Item hanc. In capitulo de capitulo generali. in fine dicatur sic. capitulum generale uno anno. et capitula provincialia alio anno. et tercio iterum generale. et sequenti anno provincialia. et sic deinceps alternatim per annos succedentes ; generalia et provincialia capitula celebrentur. Et quicquid contra sentenciam huius constitucionis repertum fuerit in constitucionibus ; per diffinitores tercii sequentis capituli removeatur.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. post illud. sicut in electione magistri. addatur. vocatis tamen et expectatis. qui expectandi fuerint et vocandi. nec aliqua vocum commissio admittatur.

Item hanc. In capitulo de visitatoribus. ubi dicitur. generali capitulo studeant denunciare. deleatur. et dicatur sic. magistro et diffinitoribus capituli generalis studeat denunciare. vel priori provinciali et diffinitoribus provincialis capituli ; si ibi generale capitulum non fuerit celebrandum.

Item hanc. In capitulo de itinerantibus. in fine addatur. si quis frater ordinis nostri. per se. vel per alium ordinacionem de se. vel de

---

1) hanc — ubi *om.* A1, 2. — sancti *om.* A1, 2. — 6) ut] quod A2. — 9) eius] ipsius B. — 17) qui fuerint *om.* B. — eciam] autem B. — 18) vel] eciam *add.* B. — mori] vel amoveri *add.* B. — 20) valeat] valeant B. — 22) alio] sequenti B. — 23) provincialia] generalia B. — 24) capitula *om.* B. — 28) sicut] fit *add.* B. — addatur *om.* B. — vocatis *om.* A1, 2. — 29) aliqua] alia A1, 2. — 31) denunciare] nunciare B. — 32) studeat denunciare *om.* B. — 33) capitulum *om.* B. — 35) quis] autem *add.* B. — 36) de *post* vel *om.* B.

alio fratre factam. vel obedienciam sibi. vel alii fratri iniunctam. per quamcunque personam extra obedienciam nostri ordinis constitutam. quocumque modo procuraverit revocari. vel in alia provincia. seu conventu. aut in officio. aut eciam studio generali poni. vel remanere. vel inde amoveri. vel cum personis extraneis commorari. ipso facto. ex vi presentis statuti. omni voce tam in accusacionibus aliorum. quam in eleccionibus. et tractatibus eorum. que ad capitulum provinciale mittenda sunt: penitus sit privatus. nec ad predicta restitui valeat. nisi per magistrum ordinis: vel diffinitores capituli generalis.

Item hanc. In capitulo de capitulo cotidiano. ubi dicitur. similiter quisque caveat. ne malum quod audivit. etc. deleatur totum usque ibi. auditis vero culpis. etc.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. post illud. prior provincialis provideat conventui de priore. addatur. si autem prior provincialis aliquem fratrem a conventu aliquo electum vel postulatum non confirmaverit. secundo fratrem illum sine ipsius prioris provincialis licencia eligere. vel postulare non possint. quod si fecerint: potestas providendi de priore. ad provinciale capitulum devolvatur.

Iste sunt admoniciones. Volumus et monemus. quod priores conventuales diligenter inquirant. quociens. et quibus fratres iuvenes confitentur. et si eos invenerint notabiliter negligentes: certos confessores assignent.

Item. Declaramus. quod omnes fratres simul comedentes. sive in mari. sive in terra: silencium servare tenentur. excepto uno qui maior fuerit inter eos. et ita monemus et volumus observari.

Item. Caveant fratres. ne loquantur in mensa per infinitivos. vel alias oraciones incongruas. cum ibi loqui non liceat. nisi de necessariis mense. et per unicam oracionem breviter et submisse.

Item. Inhibemus prioribus et fratribus universis. ne famulos seculares in nostris domibus commorantes. obligent insimul ad obedienciam. continenciam. paupertatem perpetuo observandam. cum hec tria personam faciant regularem.

Item. Monemus studentes. quod studio philosophie minus intendant. et in studio theologie se exerceant diligenter. lectiones ordinarias. et senteciarum sollicite audiendo. et priores hoc diligenter faciant observari.

1] alii] alteri B. — 3) alia] aliqua B. — 4) aut in] seu in B. — aut eciam] seu eciam B. — 5) vel] aut B. — 14) provincialis *om.* A1, 2. — conventui *om.* A1, 2. — 16) sine — eligere *om.* B. — 18) provinciale capitulum] priorem provincialem B. — 19) iste sunt admoniciones *om.* B. — 21) certos] eis *add.* B. — 23) fratres *om.* A2. — 26) in mensa *om.* A2. — 28) et *om.* B. — breviter et submisse *om.* B. — 30) insimul] simul B. — continenciam] et *add.* B. — 32) regularem *om.* B. — 34) se exerceant] intendant B. — 35) diligenter] diligencius B.

studentes eciam in conventibus. ubi sunt. de hiis que ad studium non pertinent: non se plus quam fratres alii intromittant (1).

Item. Declaramus. quod priores conventuales in die tractatus eorum que ad capitulum sunt mittenda: electioni socii interesse non debent.

Item. Cum magister ordinis. de diffinitorum capituli generalis consilio et assensu. concesserit subprioribus et eorum vicariis. quod in die tractatus eorum que ad capitulum sunt mittenda. fratribus qui intersunt tractatui. precipere possint. ne prioribus revelent absolucionem ipsorum petentes. vel aliis. per quos possint ad ipsorum noticiam pervenire. de diffinitorum presentis capituli consilio. et assensu mandat et ordinat. ut ipsi subpriores. et vicarii ad eamdem districtionem: a simili teneantur.

Item. Volumus et monemus. quod in die tractatus eorum. que ad capitulum sunt mittenda. subpriores. vel eorum loca tenentes. ubi scrutinium fieri contigerit. de absolucione. vel repeticione prioris. cum socio prioris. et altero fratre. seorsum in presencia conventus secreto vota singulorum audiant et conscribant.

Item. Inhibemus districte prioribus et fratribus universis. ne per personas ecclesiasticas. vel seculares. mutuo se impediri procurent. quominus accedere valeant causa predicacionis. confessionum. et questus: ad loca sibi ab ordine deputata.

Absolvimus priores: Lemovicensem. Baionensem. Narbonensem. Arelatensem. Figiacensem. Brageriacensem. Alestensem. Condomiensem. Montis Albani: Albenacii.

Concedimus Provincie ·i· domum. provincie Theotonie: ·i· Ungarie: ·i· Dacie: ·i· et ponantur ubi prioribus provincialibus et diffinitoribus capitulorum provincialium visum fuerit expedire. dummodo ponantur sine preiudicio aliarum provinciarum.

Ista sunt suffragia. Pro venerabili collegio cardinalium. et statu universalis ecclesie. ut deus ecclesie de summo pontifice providere dignetur: quilibet sacerdos ·ii· missas de spiritu sancto. Nichilominus tamen omnes fratres tam sacerdotes quam alii. singulis diebus usque ad creacionem ipsius summi pontificis: oracionem aliquam faciant specialem (2).

---

4) capitulum] provinciale capitulum B. — debent] debeant B. — 5) cum *om.* B. — 8) possint *om.* A1, 2. — possint] possit B. — 10) ut] quod B. — 11) subpriores — teneantur] subpriores vel eorum locum tenentes ad idem districtione consimili teneantur B. — 15) in presencia conventus *om.* B. — 19) confessionum] confessionis B. — 21) absolvimus — concedimus *om.* B. — 24) Provincie] provincie Francie B. — 26) dummodo] et B. — 28) ista — committimus *om.* B. — 29) ut] et A1. 2.

---

(1) Cf. supra p. 26 not. 1; 37 l. 11.

(2) Mortuo Clemente IV. (29 nov. 1268) sedes ap. vacavit ad 1 sept. 1271.

Pro domino Prenestino cardinali defuncto: quilibet sacerdos ·i· missam (1).

Pro domino rege Francie. et domino comite filio eius. et pro regina iuniore: quilibet sacerdos ·iiii^or^· missas. Et ponatur in kalendario in crastino sancti Bartholomei. sic. eadem die obiit dominus Ludovicus illustrissimus rex Francorum. et hoc pronuncietur. quando kalende leguntur in conventu. etc.

Committimus magistro ordinis ordinacionem studii Parisiensis et aliorum studiorum generalium ·iiii^or^· provinciarum. ut de ipsis in magistris. et baccalareis. et aliis ad studium pertinentibus: curam habeat diligentem.

Sentencias iudicum approbamus.

Sequens capitulum generale apud Florenciam assignamus in provincia Romana. et diffinitores ita veniant tempestive. quod sint ibi dominica infra octavas ascensionis.

Actis additae sunt litterae Philippi regis Franciae et magistri ordinis; cf. app. nn. XXI, XXII.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS FLORENCIE CELEBRATI ANNO DOMINI ·M°·CC°·LXXII°·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. mortuo priore provinciali. vel amoto. prior qui eius locum optinet. etc. deleatur totum usque ibi. transferatur. et dicatur sic. mortuo priori provinciali vel amoto. prior qui eius locum optinet teneatur quam cicius poterit convocare electores. et in die ad eligendum assignata: prior provincialis eligatur vel postuletur et provinciale capitulum celebretur. nisi prius fuerit celebratum. Quod si in die statuta non elegerint vel postulaverint. qui debent eligere. potestas providendi ad magistrum ordinis transferatur. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. si ei visum fuerit. confirmetur. deleatur totum quod sequitur. usque ibi conventus autem qui petit. etc. et dicatur sic. idem eciam fit si aliquis a

3) hec regina fuit filia regis Aragonum. De hoc in cronicis nota magistri G. de Castro Podii Laurencii *add. in marg.* A1, 2. — 14) et diffinitores] diffinitores autem B. — ibi *om.* A2. — 32) fit] fiat A2.

(1) Scl. Stephano de Vansca; cf. Finke l. c. p. 75 n. 38 not.

maiori parte illorum. ad quos spectat electio. de alio conventu fuerit postulatus. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In eodem capitulo infra. ubi dicitur. si vero infra mensem non elegerint. addatur. vel postulaverint. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. vices eius optineat. addatur. quod si capitulum provinciale ex aliqua causa ad conventum alium transferatur ? post translacionem. prioris vicarii potestas expiret. et prior loci illius ad quem capitulum translatum fuerit ? vices provincialis optineat. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In capitulo de gravi culpa. ubi dicitur. caveat autem quilibet frater. ne proclamet aliquem de crimine nisi possit probare. deleatur totum et dicatur sic. caveat autem quilibet frater. ne proclamet aliquem in capitulo de crimine eciam de auditu ? nisi ipsum crimen possit probare. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In capitulo de visitatoribus. ubi dicitur. si aliquis visitator antequam visitet. addatur. vel in ipsa visitacione. et ubi dicitur. in priorem confirmatus fuerit vel mortuus. [addatur]. vel alias impeditus. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In capitulo de rasura. ubi dicitur. quarta inter purificacionem et pascha. addatur. cum vero prolixitas temporis inter purificacionem et pascha exegerit ? addatur alia rasura et tunc ille due intermedie fiant partito tempore. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. ·xiii^{a}· in festo sancti Dyonysii. deleatur totum. usque in finem. et dicatur sic ·xiii^{a}· in festo sancti Michaelis ·xiiii^{a}· in festo sancti Luche ·xv^{a}· in festo ·iiii^{or}· coronatorum ·xvi^{a}· in festo sancti Andree. [Et hec habet tria capitula].

Approbamus hanc. In capitulo de visitatoribus. ubi dicitur. generali capitulo studeant denunciare. deleatur. et dicatur sic. magistro et diffinitoribus generalis capituli studeant denunciare. vel priori provinciali et diffinitoribus capituli provincialis. si ibi generale capitulum non fuerit celebrandum. Et hec habet duo capitula.

Item hanc. In capitulo de itinerantibus. in fine addatur. si quis frater ordinis nostri. per se. vel per alium. ordinacionem de se. vel de alio fratre factam. vel obedienciam sibi. vel alteri fratri iniunctam. per quamcumque personam extra obedienciam nostri ordinis constitutam. quocumque modo procuraverit revocari. vel in aliqua provincia. seu conventu. aut eciam officio. seu in studio generali poni. vel remanere. vel inde amoveri. vel cum personis extraneis commorari ? ipso facto ex vi presentis statuti. omni voce tam in accusacione aliorum. quam in elec-

---

36) seu] vel A2.

tionibus et tractatibus eorum. que ad capitulum provinciale mittenda sunt. penitus sit privatus. nec ad predicta restitui valeat. nisi per magistrum ordinis ? vel diffinitores capituli generalis. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo cotidiano. ubi dicitur. similiter quisque caveat. ne malum quod audivit. etc. deleatur totum usque ibi. auditis vero culpis. etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. post illud. prior provincialis conventui provideat de priore. addatur. si autem prior provincialis aliquem fratrem ab aliquo conventu electum vel postulatum. non confirmaverit ? secundo fratrem illum sine illius prioris provincialis licencia eligere. vel postulare non possint. quod si fecerint ? potestas providendi de priore. ad priorem provincialem devolvatur. Et hec habet ·ii· capitula.

Iste sunt inchoaciones. Inchoamus has. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. mortuo igitur magistro. etc. totum quod sequitur usque ibi. priores igitur provinciales. etc. deleatur. et dicatur sic. mortuo igitur magistro. vel a magisterio amoto. prior provincialis illius provincie. ubi sequens capitulum fuerit celebrandum. vicem magistri ordinis in omnibus optineat. quousque magister ordinis sit electus. exceptis absolucionibus priorum provincialium et conventualium aliarum provinciarum. et translacionibus fratrum de una provincia ad aliam. de quibus se nullatenus intromittat. nisi forte aliquis frater non prior provincialis existens. pro provincialatus officio peteretur. Si autem illa provincia tunc priorem provincialem non habuerit. vel infra tempus vicarie sue eum mori. vel amoveri contigerit ? prior provincialis illius provincie. ubi immediate precedens capitulum generale fuerat celebratum. vices optineat supradictas. et sic deinceps retrocedendo. donec in aliqua provinciarum isto modo valeat vicarius inveniri.

Item hanc. In capitulo de solempni celebracione capituli. addatur in principio sic. capitulum generale quantum ad auctoritatem diffinitorum. in vigilia penthecostes incipit celebrari. et illud quod in eodem capitulo dicitur circa finem. ea vero etc. usque ibi. capitulum autem. etc. deleatur.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. in fine ubi dicitur. idem autem prior provincialis. etc. deleatur totum usque in finem. et dicatur sic. idem autem prior provincialis. singulis annis totam suam provinciam teneatur per se. vel per suos vicarios visitare.

---

8) post illud] ubi dicitur B. — 9) prior] autem *add.* B. — 11) illius] ipsius A2. — 15) iste sunt inchoaciones *om.* B. — has] constituciones *add.* B. — 16) etc.] deleatur *add.* B. — 17) etc. deleatur *om.* B. — 20) ordinis] alius B. — 25) vel] si *add.* B. — 26) immediate *om.* B. — 27) fuerat] fuit B. — 35) autem *om.* A2. — 36) autem *om.* A1, 2.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur ·iiii^or^· autem provincie etc. deleatur ·iiii^or^· et dicatur sic ·vi· autem provincie. scilicet Hyspania. Provincia. Lombardia. Romana provincia. Theutonia. Anglia. providеant. etc.

Item hanc. In ordinario in rubrica diei parasceves. ubi dicitur. discalceati. et ita calcient se. deleatur.

Iste sunt admoniciones. Admonemus. quod in singulis conventibus. singulis septimanis. quando fuerit feria vacans. cantor provideat. ut in conventu una missa de beata virgine celebretur.

Item. Ut fratres omnes. tam priores quam alii. ad dominos prelatos ecclesiarum in verbis et factis. se habeant reverenter.

Item. Quod constitucio de recipiendis noviciis arcius observetur. et in etate sine causa legitima nullatenus dispensetur. quod si aliqui de cetero aliquem infra legitimam etatem receperint contra iura. vel tali recepcioni consenserint cum effectu. magister ordinis cum voluntate et ordinacione diffinitorum. privat eos vocibus suis in recepcione noviciorum. quousque per magistrum vel per priorem suum provincialem et diffinitores capituli provincialis fuerint restituti.

Iniungimus autem omnibus prioribus conventualibus. ut modis omnibus provideant et procurent habere omnes indulgencias et privilegia bullata ad ordinem pertinencia in communi. vel saltem eorum transcripta sigillis authenticis sigillata. vel per manum publicam roborata.

Item. Iniungimus omnibus prioribus provincialibus et conventualibus. quod constitucionem de pecunia non portanda. et admoniciones factas de pecunia nisi pro certis usibus. et hoc usque ad certa tempora non tenenda. diligenter faciant observari. et transgressores. si quos invenerint. severe puniant. ut merentur.

Item. Districte iniungimus omnibus prioribus provincialibus et diffinitoribus capitulorum provincialium instancium. ut modum aliquem ordinent. per quem fratrum discursus solicicius arceatur. et illam ordinacionem strictissime faciant observari. et ipsam ordinacionem. quam super hoc fecerint. scribant magistro ad sequens capitulum generale.

Districte insuper inhibemus. ne aliquis frater prelatus vel vicarius aut quicumque alius. directe vel indirecte audeat impedire. ne fratres li-

2) etc. *om.* B. — sic *om.* B. — 3) Theutonia] et *add.* B. — 5) in ordinario *om.* B. — 6) et ita calcient] et infra in eodem. calcient B. — 7) iste sunt admoniciones *om.* B. — 8) ut] quod B. — 9) missa] solempnis *add.* B. — 10) item ut] item monemus quod B. — dominos] omnes B. — 12) item] monemus *add.* B. — 13) quod si aliqui] et qui B. — 15) ordinacione] consensu B. — 16) suis *om.* B. — 17) suum *om.* B. — et] vel B. — 19) iniungimus — prioribus] item iniungimus singulis prioribus B. — 21) in communi *om.* B. — 25) hoc *om.* B. — 29) instancium *om.* B. — 30) ordinent *om.* B. — arceatur] inveniant *add.* B. — 31) strictissime] districtissime B. — 32) magistro] et diffinitoribus *add.* B. — 34) aut] vel B. — directe — ne] indirecte aliquatenus impedire presumat ne B.

bere scribant. quod voluerint magistro et diffinitoribus capituli generalis.

Ordinacionem studii Parisiensis et aliorum generalium studiorum quoad principales lectores et eciam baccalarios ꝰ committimus magistro ordinis.

Magister ordinis de voluntate et consilio diffinitorum. dat licenciam singulis prioribus provincialibus. quod de consilio et assensu diffinitorum capituli provincialis possint mittere singulos fratres ad curiam Romanam. proviso quod illi qui mittentur. sint homines bene morigerati. et ordinis zelatores. et industrii. atque apti ad negocia ordinis in curia cum procuratore ordinis pertractanda. et semper sint in illo conventu. ubi contigerit curiam commorari. et expresse prohibet. ne aliquis frater ulterius vadat. vel mittat aliquem fratrem ad curiam preter illos ꝰ sine magistro ordinis licencia speciali.

Ista sunt suffragia. Pro domino papa et statu universalis ecclesie ꝰ quilibet sacerdos ·iii· missas.

Pro domino Anibaldo cardinali quilibet sacerdos ·i· missam de beata virgine (1).

Pro domino Hostiensi defuncto. qui habebat litteras a magistro ordinis. quod fieret pro eo sicut pro magistro ordinis (2) quilibet sacerdos ·iii· missas. etc. Pro qualibet missa superius posita ꝰ clericus non sacerdos ·vii· psalmos cum letania. et conversi ·c· pater noster. et totidem ave Maria dicant.

Absolvimus priores provinciales. Theutonie. Ungarie. Anglie. Dacie ꝰ Grecie. Priores conventuales ꝰ Romanum. Barolitanum. Brundusinum. etc. et volumus. quod immediate non possint resumi ad eadem officia in eisdem provinciis et conventibus.

Sentencias iudicum approbamus. et iniungimus prioribus provincialibus. quod eas diligenter faciant exequcioni mandari.

Sequens capitulum generale in conventu Pestensi. in provincia Ungarie assignamus. et diffinitores ita veniant tempestive. ut sint in loco capituli in dominica proximo capitulum precedente.

Actis additae sunt litterae magistri ordinis; cf. app. n. XXIII.

---

1) quod voluerint *om.* B. — 3) studiorum *om.* B. — 12) prohibet] prohibemus A2. — 13) aliquem fratrem *om.* B. — 14) ordinis *om.* B. — 15) ista — absolvimus *om.* B. — 24) Anglie *om.* A2. — 25) conventuales — etc.] conventuales Barol. etc. B. — Barolitanum] Baytilitanum A1, 2. — 26) volumus *om.* A1, 2. — in eisdem provinciis *om.* A1, 2. — 27) et conventibus] vel conventu A1, 2. — 30) in conventu Pestensi] apud Pestem B. — 31) et diffinitores — precedente *om.* B.

---

(1) Scl. fratre Annibaldo de Annibaldeschis seu de Molaria Ord. Praed.; cf. SSOP I, 261.

(2) Scl. Henrico de Bartholomaeis † 1271 oct. 29. Eubel l. c. p. 8.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS APUD PEST CELEBRATI ANNO DOMINI ·M°·CC°. LXXIII°.

Confirmamus has constituciones. In capitulo de visitatoribus. ubi dicitur. capitulo generali studeant denunciare. deleatur. et dicatur sic. magistro et diffinitoribus generalis capituli studeant denunciare. vel priori provinciali. et diffinitoribus capituli provincialis. si ibi generale capitulum non fuerit celebrandum. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In capitulo de itinerantibus. in fine addatur. si quis frater ordinis nostri per se. vel per alium. ordinacionem de se. vel de alio fratre factam. vel obedienciam sibi. vel alteri fratri iniunctam. per quamcunque personam extra obedienciam nostri ordinis constitutam. quocumque modo procuraverit revocari. vel in aliqua provincia. seu conventu. aut eciam officio. sive in studio generali poni. vel remanere. vel inde amoveri. vel cum personis extraneis commorari : ipso facto ex vi presentis statuti. omni voce tam in accusacionibus aliorum et tractatibus eorum que ad capitulum provinciale mittenda sunt : penitus sit privatus. nec ad predicta restitui valeat nisi per magistrum ordinis : vel diffinitores capituli generalis. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo cotidiano. ubi dicitur. similiter quisque caveat. ne malum quod audivit. etc. deleatur totum usque ibi. auditis vero culpis. Et hec habet tria capitula.

Iste sunt approbaciones. Approbamus has. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. mortuo igitur magistro. etc. totum quod sequitur. usque ibi. provinciales igitur priores. etc. deleatur et dicatur sic. mortuo igitur magistro vel a magisterio amoto. prior provincialis illius provincie. ubi sequens capitulum fuerit celebrandum. vices magistri optineat. quousque magister ordinis sit electus. exceptis absolucionibus priorum provincialium. et conventualium aliarum provinciarum et translacionibus fratrum de una provincia ad aliam. de quibus se nullatenus intromittat. nisi forte si aliquis frater non prior provincialis existens : pro provincialatus officio peteretur. Si autem illa provincia tunc priorem provincialem non habuerit : vel infra tempus sue vicarie eum mori. vel amoveri contigerit : prior provincialis illius provincie. ubi immediate precedens generale capitulum fuerit celebratum : vices optineat supradictas. et sic deinceps retrocedendo. donec in aliqua provinciarum isto modo valeat vicarius inveniri. Et hec habet duo capitula.

2) Pest] Pesten B. — 16) aliorum] quam in electionibus *add.* A2. — 23) iste sunt approbaciones *om.* B.

Item hanc. In capitulo de solempni celebracione capituli. addatur in principio sic. capitulum generale quantum ad auctoritatem diffinitorum in vigilia pentecostes incipit celebrari. et illud quod in eodem capitulo dicitur circa finem. capitulum vero. etc. usque ibi. capitulum autem. etc. deleatur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ub dicitur. ·iiii^{or}· autem provincie. etc. deleatur ·iiii^{or}· et dicatur sic. ·vi· autem provincie. scilicet. Hispania. Provincia. Lombardia. Romana provincia. Theotonia. Anglia: provideant. etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In ordinario in rubrica officii diei parasceves. ubi dicitur. discalciati. et infra in eodem. calcient se. deleatur. Et hec habet ·ii· capitula.

Iste sunt inchoaciones. Inchoamus has. In capitulo de electione prioris provincialis. in fine addatur sic. statuimus autem quod in singulis provinciis priores provinciales vel eorum vicarii et diffinitores capituli provincialis. provincias suas per vicarias distinguant. secundum quod eis videbitur expedire. quibus singulos vicarios preficiant. qui non sint priores neque lectores actu legentes. nisi prius a suis officiis absolvantur. requisito consilio fratrum presencium ad dictas vicarias pertinencium. qui sunt de corpore capituli provincialis. Qui vicarii in domibus sibi assignatis. prioris provincialis plenarie gerant vices. excepta dumtaxat institucione et destitucione priorum et lectorum. et ubique teneant loca sua nisi in capitulo. dum officium sue vicarie exercent. quorum potestas die immediate precedente electionem diffinitorum capituli provincialis expiret. hos autem vicarios priores provinciales possunt corrigere. vel ex causa racionabili amovere.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. mortuo priore provinciali vel amoto. etc. deleatur totum quod sequitur. usque ibi. statuimus ut prior provincialis. etc. et dicatur sic. mortuo priore provinciali vel amoto. ad provinciale capitulum prioris provincialis electio vel postulacio pertinebit. et in die immediate precedente diem assignatam ad sequens provinciale capitulum celebrandum: prior provincialis secundum formam canonicam eligatur. vel eciam postuletur. receptis votis a tribus de electoribus. qui primitus habitum nostri ordinis susceperunt. nisi per communem inspiracionem vel per compromissum sibi voluerint providere. quod si tunc sibi de provinciali non providerint: potestas providendi ad magistrum ordinis transferatur.

---

8) Romana *om.* A2. — 10) in ordinario *om.* B. — 13) iste sunt inchoaciones *om.* B. — 14) sic *om.* B. — 18) neque] vel B. — 20) sunt] sint B. — provincialis — provincialis *om.* A2. — 21) plenarie *om.* B. — 22) lectorum] capituli provincialis *add.* B. — 24) die] in die B. — 25) hos — amovere *om.* B. — 28) etc. *om.* B. — 29) ut] quod B. — 34) primitus] prius B. — 36) providerint] provideant B.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. post illud ubi dicitur. eius excessum referant ad capitulum generale. scripto communiter sigillato. addatur sic. singulis annis in capitulo provinciali auditis culpis. fiat secretum scrutinium in conspectu omnium. super retencione vel absolucione prioris provincialis. cum expressione nominum. et officiorum fratrum exprimencium vota sua. per tres fratres de corpore capituli. qui primitus habitum nostri ordinis susceperunt. quod scrutinium non publicetur. vel aliter ostendatur. sed statim sigillis diffinitorum in conspectu omnium sigilletur. et per diffinitorem generalis capituli. vel eius socium. vel per socium prior provincialis. in anno provincialium. ad generale capitulum deportetur. Et hec eadem forma scrutinii faciendi de priore conventuali. in tractatu eorum que mittenda sunt ad capitulum provinciale observetur. et sigillo conventus ipsum scrutinium sigilletur. Dictis autem scrutatoribus voluntatum. in virtute obediencie prohibemus. ne dictum scrutinium alicui per modum aliquem revelare presumant.

Item hanc. In eodem capitulo. post illud ubi dicitur. sine causa legitima. addatur sic. si vero socium prioris conventualis euntis ad provinciale capitulum contigerit impediri. antequam iter arripiat ad eundem. conventus alium possit eligere loco eius.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. domus suppriore caruerit et vicario. deleatur. et dicatur sic. domus suppriorem presentem non habuerit vel vicarium prioris.

Item hanc. In capitulo de recipiendis. ubi dicitur. nullus recipiatur in fratrem clericum. addatur. ad probacionem vel ad professionem.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. post illud ubi dicitur. si autem vicarium. etc. usque ibi. donec prior eiusdem provincie. etc. deleatur totum et dicatur sic. quod si capitulum provinciale ex aliqua causa ad conventum alium transferatur. post translacionem. prioris vicarii potestas expiret. et prior loci illius. ad quem capitulum est translatum. vices provincialis optineat. Si autem conventus ille. ubi capitulum assignatum fuerat. vel translatum. priorem non habuerit. vel eum infra tempus vicarie sue mori contigerit. vel eciam amoveri. prior illius domus. ubi provinciale capitulum antecedens fuerat celebratum. vices provincialis in omnibus optineat. et sic deinceps retrocedendo. quousque conventus. in quo capitulum provinciale fuerit celebrandum. priorem habuerit. qui vices provincialis in omnibus optinebit.

15) dictum] ipsum B. — 10) post illud *om.* A2. — 17) socius prioris conventualis] socium prioris provincialis B. — 20) conventualis] provincialis A2. — 22) prioris] supprioris B. — 24) ad *post* vel *om.* B. — 26) etc. *om.* B. — 27) etc. *om.* B. — 31) fuerat] fuerit B. — 32) eciam *om.* B. — 33) provinciale *om.* B. — 34) optineat] optinebit A2. — 35) conventus] ille *add.* B. — 36) vices] prioris *add.* B.

Item hanc. In capitulo de gravissima culpa. ubi dicitur. preceptum est patris nostri Augustini etc. deleatur totum usque ad finem capituli. et dicatur sic. hic carcerali custodie mancipetur. et ibidem secundum exigenciam culparum iuxta discrecionem prelati disciplinis et abstinenciis puniatur. Idem dicimus de omnibus illis. qui iudicio discretorum in communi. sine gravi periculo vel scandalo tolerari non possunt.

Iste sunt admoniciones. Admonemus. quod priores provinciales vel eorum vicarii. non mittant ad studia fratres discolos. vel ineptos. et si quos tales miserint? sine dilacione studeant revocare.

Item. Quod constitucio de non equitando et de non comedendis carnibus? diligencius observetur. et qui culpabiles inventi fuerint? per priores provinciales et visitatores gravius puniantur.

Item. Quod priores conventuales constitucionem de silencio tenendo. et de penitencia pro fractione silencii. et de ieiuniis ordinis diligencius faciant observari.

Item. Quod fratres discoli et indisciplinati ad conventus novos et parvos non mittantur. et missi per priores provinciales revocentur. et ponantur in locis. in quibus melius poterunt sub disciplina teneri.

Item. Priores provinciales. quando assignant fratres periculosos conventibus qui ignorant condiciones illorum? statum ipsorum prioribus illorum conventuum studeant intimare.

Item. Nullus prior conventualis apostatam alterius conventus recipiat ad ordinem sine prioris provincialis. vel eius vicarii licencia speciali.

Item. Quod constitucio de recepcione fratrum conversorum. secundum quod scripta est. observetur. et ipsi a suis prioribus in officiis occupentur.

Item. Ordinamus et iniungimus. quod in quolibet capitulo provinciali fiat secretum scrutinium de retencione vel absolucione prioris provincialis et sub sigillis diffinitorum. expressis fratrum nominibus. mittatur ad capitulum generale. Idem eciam fiat de prioribus conventualibus in conventibus suis. et scrutinium sub sigillo conventus mittatur ad capitulum provinciale.

Item. Volumus et mandamus. quod studentes pecuniam sibi a provinciali vel a conventibus assignatam. non expendant nisi in libris theologicis? nisi de prioris provincialis licencia speciali. Cum autem de studio redierint. de receptis et expensis priori provinciali et conventuali teneantur reddere racionem? secundum quod ab ipsis pecuniam receperunt.

---

1) dicitur] de quo *add.* B. — 2) etc. *om.* B. — 5) idem] eciam *add.* B. — 7) iste sunt admoniciones *om.* B. — 8) vel] et B. — 10) de *post* et *om.* B. — 16) et *ante* parvos] vel B. — 18) in locis *om.* B. — 20) illorum] eorum B. — statum ipsorum *om.* B. — 21) intimare] nunciare B. — 25) suis *om.* A2. — 34) a *om.* B. — 35) nisi de] sine B. — 36) et conventuali *om.* B. — 37) ab ipsis *om.* B.

Item. Volumus et mandamus. quod nullus frater habeat vestes ecclesiasticas vel ornamenta seu aliqua paramenta. nec cruces aureas vel argenteas. vel cum lapidibus preciosis. nec annulos. vel lapides preciosos. qui autem habuerint expedire se infra tres menses a tempore noticie teneantur. quod si non fecerint: illis conventibus de quibus fratres fuerint assignamus.

Item. Magister ordinis. de voluntate et consilio diffinitorum precipit districte. in virtute obediencie. fratribus universis. quod in alchimia non studeant. nec doceant. nec aliquatenus operentur. nec aliqua scripta de sciencia illa teneant. sed prioribus suis restituant quam cito poterunt. bona fide per eosdem priores prioribus provincialibus assignanda (1).

Item. Volumus et mandamus. quod priores provinciales et diffinitores capitulorum provincialium. nullum locum recipiant. nisi eis prius constiterit. quod sit locus ydoneus pro conventu edificando. per fratres ydoneos ad hoc inquirendum specialiter destinatos.

Ordinacionem studii Parisiensis. et aliorum generalium studiorum quoad principales lectores et baccalarios: committimus magistro ordinis.

Item. Tam priores quam eorum vicarii. diffinitores generalis capituli transeuntes et redeuntes per eorum conventus deducant vel deduci faciant ad proximos conventus: necessaria procurando.

Concedimus provincie Ispanie: ·ii· domos. quarum una ponatur in Sede Urgellensi.

Provincie Provincie: ·i·

Provincie Francie ·i· ponendam in Poloniaco.

Provincie Theotonie: ·ii·

Provincie Anglie: ·i· et omnes ponantur. ubi prioribus provincialibus et diffinitoribus capitulorum provincialium videbitur expedire.

Ista sunt suffragia. Pro domino papa et statu universalis ecclesie quilibet sacerdos ·iii· missas etc.

Suffragia pro defunctis. Pro domino Anibaldo cardinali defuncto: quilibet sacerdos ·i· missam (2).

Pro fratre Romano defuncto: quilibet sacerdos ·i. missam (3).

Pro diffinitore Grecie defuncto: quilibet sacerdos ·iii· missas. etc.

---

7) nota praeceptum datum contra alchimicos *add. in marg.* A1, 2. — 10) teneant] retineant B. — 15) inquirendum] requirendum B. — 16) studiorum *om.* B. — 17) quoad] quantum ad B. — 19) transeuntes] euntes B. — 24) provincie *om.* B. — 26) provincie *om.* B. — et omnes — expedire *om.* B. — 29) ista — absolvimus *om.* B.

---

(1) Qua de re cf. MOPH I p. 290 c. VIII § 1; Finke l. c. pag. 44 not. 2.

(2) Cf. supra pag. 165 not. 1.

(3) De fr. Romano cf. SSOP I p. 263.

Pro qualibet missa superius posita: clerici ·vii· psalmos cum litania. et conversi ·c· pater noster. cum totidem ave Maria dicant.

Absolvimus priores provinciales: Hyspanie. Polonie.

Conventuales Sairensem (!) et iniungimus ei ·x· dies in pane et aqua ·x· missas et ·x· disciplinas. Novensem. et iniungimus ei ·xv· dies in pane et aqua ·v· psalteria et ·xv· disciplinas. et totidem letanias. et quod non possint hoc anno eligi in priores. Alii autem priores non possint hoc anno assumi ad eadem officia. provinciales in eisdem provinciis et conventuales in eisdem conventibus.

Sentencias iudicum approbamus.

Sequens capitulum generale in conventu Burdegalensi in provincia Provincie assignamus vel in loco. ubi secundum exigenciam consilii: magister duxerit eligendum (1).

Diffinitores ita veniant tempestive. quod sint in loco capituli dominica proxima ante pentecosten.

Actis additae sunt litterae magistri ordinis; cf. app. n. XXIV.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS LUGDUNI CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· LXXIIII°·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de solempni celebracione capituli. addatur in principio sic. capitulum generale quantum ad auctoritatem diffinitorum in vigilia pentecostes incipit celebrari. et illud quod in eodem capitulo dicitur circa finem. ea vero etc. usque ibi. capitulum autem etc. deleatur. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In ordinario in rubrica officii diei parasceves. ubi dicitur. discalciati. et infra in eodem. calcient se. deleatur. Et hec habet ·iii· capitula.

Iste sunt approbaciones. Approbamus has. In capitulo de electione prioris provincialis. in fine addatur. statuimus autem. quod in singulis

3) Hyspanie] et *add.* B. — 4) Sairensem] Becensem etc. A1, 2; *reliqua* — Sentencias *om.* A1, 2. — 11) generale — ubi] generale ponimus in conventu Lugdunensi in provincia Francie vel in loco quem B. — 12) magister] ordinis *add.* B. — 14) diffinitores — penthecosten *om.* A1, 2. — 19) Hoc anno fuit in Lugduno generale concilium celebratum a domino Gregorio papa decimo. a kalendis maii: usque ad mensem augusti *add. in marg.* A1, 2. — 20) has constituciones *om.* B. — 21) capitulum] autem *add.* B. — 25) in ordinario *om.* B. — 28) iste sunt approbaciones *om.* B. *et sic deinceps; quod dictum sit etiam de admonitionibus et inchoationibus.*

(1) Capitulum Burdegalae assignatum propter concilium generale Lugdunum est translatum.

provinciis priores provinciales. vel eorum vicarii et diffinitores capituli provincialis. provincias suas per vicarias distinguant secundum quod eis videbitur expedire. Quibus singulos vicarios preficiant qui non sint priores. vel lectores actu legentes. nisi prius a suis officiis absolvantur. requisito consilio fratrum presencium ad dictas vicarias pertinencium. qui sunt de corpore capituli provincialis. Qui vicarii in domibus sibi assignatis. prioris provincialis plenarie vices gerant. excepta dumtaxat institucione et destitucione priorum et lectorum. et ubique teneant loca sua nisi in capitulo. dum officium sue vicarie exercent. quorum potestas in die immediate precedente electionem diffinitorum capituli provincialis expiret. Hos autem vicarios priores provinciales possunt corrigere. vel eciam ex causa racionabili amovere. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. cum domus suppriore caruerit et vicario. deleatur. et dicatur sic. domus suppriorem presentem non habuerit vel vicarium prioris. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de recipiendis. ubi dicitur. nullus recipiatur in fratrem clericum. addatur. ad probacionem vel ad professionem. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. post illud ubi dicitur. si autem vicarius etc. usque ibi. donec prior eiusdem provincie. etc. deleatur et dicatur sic. quod si capitulum provinciale ex aliqua causa ad conventum alium transferatur. post translacionem prioris vicarii potestas expiret. et prior loci illius ad quem capitulum est translatum ; vices provincialis in omnibus optineat. Si autem conventus ille. ubi capitulum assignatum fuerat vel translatum. priorem non habuerit. vel eum infra tempus sue vicarie mori. vel amoveri contigerit ; prior illius domus. ubi capitulum provinciale fuerat celebratum. vices prioris provincialis in omnibus optinebit. et si deinceps retrocedendo. quousque conventus ille. in quo provinciale capitulum fuerit celebrandum. priorem habuerit. qui vices provincialis in omnibus optinebit. Et hec habet ·ii· capitula.

Iste sunt inchoaciones. Inchoamus has. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. mortuo igitur magistro. etc. totum quod sequitur. priores igitur provinciales etc. deleatur et dicatur sic. mortuo igitur magistro vel a magisterio amoto. prior provincialis illius provincie. ubi sequens capitulum fuerit celebrandum. vices magistri in omnibus optineat. quousque magister ordinis sit electus. exceptis absolucionibus priorum

---

17) item — item *om.* A2. — 28) prioris *om.* A2. — 35) priores igitur provinciales] provinciales et priores A1, 2. — 36) amoto] remoto B. — 37) celebrandum] celebratum A2. — magistri] eius B.— 38) ordinis] alius B.

provincialium et conventualium aliarum provinciarum. et confirmacionibus priorum provincialium. quando de suis provinciis assumuntur. et exceptis translacionibus fratrum de una provincia ad aliam. de quibus se nullatenus intromittat. nisi forte aliquis frater non prior provincialis existens; pro provincialatus officio peteretur. Si autem illa provincia tunc priorem provincialem non habuerit. vel infra tempus sue vicarie eum mori vel amoveri contigerit; prior provincialis illius provincie. ubi immediate precedens capitulum generale fuerat celebratum; vices optineat supradictas. et sic deinceps retrocedendo. donec in aliqua provinciarum isto modo valeat vicarius inveniri.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. mortuo priore provinciali vel amoto. deleatur usque ibi. qui eius etc. et dicatur sic. si priorem provincialem in generali capitulo. vel medio tempore usque ad capitulum provinciale vel in ipso provinciali capitulo mori vel amoveri contigerit; ad ipsum provinciale capitulum eius electio pertinebit. Quod si nec ipse nec alius in ipso capitulo electus fuerit confirmatus etc. vel post provinciale capitulum priorem provincialem mori vel amoveri contigerit; qui eius locum optinet. teneatur etc. Item infra. ubi dicitur. si vero congregato provinciali capitulo. deleatur usque ibi. unus autem etc.

Item hanc. In capitulo de gravissima culpa. ubi dicitur. et penam recusat ferre. deleatur totum usque in finem et dicatur sic. talis de consilio discretorum carcerali custodie mancipetur. et ibidem secundum culparum exigenciam iuxta discrecionem prelati ieiuniis et abstinenciis puniatur. vel secundum regulam patris nostri Augustini. si magis expediens videatur. exutus habitu ordinis de nostro ordine expellatur. si tamen usque ad illam horam sani capitis et integri sensus extiterit. Si eciam aliqui sunt. qui iudicio discretorum in communi sine gravi periculo vel scandalo tolerari non possunt. in carcere recludantur. et ibidem secundum discrecionem prelati et secundum culparum exigenciam puniantur.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. post illud ubi dicitur. relegatis etc. addatur et dicatur sic. cum autem per disquisicionem vel scrutinium voluntatum procedit electio; vota eligencium recipiantur per suppriorem vel vicarium in supprioris absencia et duos fratres. qui primitus nostri ordinis habitum susceperunt.

Item hanc. Fiat de beata Martha festum trium lectionum. et magister ordinis provideat de officio et de die.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. in fine ad-

---

8) fuerat] fuerit B. — 16) fuerit] et *add.* B. — 18) teneatur *om.* A2. — 30) secundum *om.* B.

datur. priores provinciales absoluti ad illos conventus pertineant. de quibus sunt assumpti. nisi magister ordinis aliter duxerit ordinandum.

Iste sunt admoniciones. Admonemus quod singulis annis in quolibet capitulo provinciali fiat scrutinium super retencione vel absolucione prioris provincialis et diffinitores recipiant vota fratrum. et ipsum scrutinium statim in eodem capitulo publicetur. et sub sigillis diffinitorum per diffinitorem vel eius socium vel per socium prioris provincialis in anno provincialium ad generale capitulum deferatur. Idem fiat de priore conventuali. receptis votis fratrum per suppriorem vel vicarium absente suppriore et duos fratres. qui primitus habitum nostri ordinis susceperunt. et sub sigillo conventus per socium prioris ad capitulum generale vel provinciale deferatur.

Item. Volumus et mandamus. quod conventus grangias [et] domunculas si quas habent: infra sequens generale capitulum alienent penitus vel dimittant. nisi de habendo conventu ibidem in posterum iudicio prioris provincialis et diffinitorum: spes probabilis haberetur.

Inhibemus eciam districte. ne fratres extra cepta monasterii proprietatem domorum vel quarumcumque possessionum ultra annum retineant ullo modo. sed alienare. vel vendere teneantur.

Item. Priores provinciales cum diffinitoribus modum aliquem inveniant per quem caveatur: ne conventus debitis nimis gravibus honerentur.

Item. Volumus et monemus ad studii promocionem. ut constitucio de studendo precipue in libris theologicis (1) et admoniciones facte circa studium in capitulo apud Valencenas celebrato anno domini ·m°·cc°·lix°· diligencius observentur (2).

Item. Inhibemus. ne in conventibus ubi est studium generale. studentes convocacionem faciant. nisi forte studentes provinciarum secundum constitucionem ad studium missi cum tribus de illa provincia in qua fuerint. conveniant ad tractandum de pertinentibus ad studium. et hoc de prioris conventualis licencia speciali.

Item. Ad promocionem studii ordinamus. quod lectores non occupentur in officiis vel negociis. per que a lectionibus retrahantur.

---

2) aliter] aliud B. — 12) deferatur] deportetur B. — 13) quod] ad A1, 2. — conventus grangias] conventus domum grancias sive B. — 14) infra] citra B. — 15) ibidem] ibi B. — 18) annum *om.* B. — 20) priores *om.* B. — 23) ut] quod B. — 25) Valencenas] Valenciam B. — 27) ubi] in quibus B. — 32) item ad promocionem — item monemus quod priores *om.* B.

---

(1) Cf. supra pag. 26 not., 37 l. 11.

(2) Cf. supra pag. 99 l. 4 sqq., quae admonitiones et ordinationes de studiis infra l. 32 repetuntur.

Item. Quod diligenter inquiratur per priores provinciales de iuvenibus aptis ad studium. qui in brevi proficere possunt. et eos in studio promoveant.

Item. Quod talis inquisicio fiat singulis annis per visitatores in singulis conventibus ; et referatur capitulo provinciali.

Item. Quod ad studia ordinis generalia non mittantur fratres. nisi qui bene sunt morigerati ; et apti ad proficiendum.

Item. Quod quando non possunt inveniri sufficientes ad publice legendum ; saltem provideatur de aliquibus. qui legant privatas lectiones vel ystorias vel summam de casibus. vel huiusmodi ; ne fratres sint ociosi.

Item. Quod fratribus iuvenibus aptis ad studium. parcatur a discursibus et aliis occupacionibus ; ne a studio retrahantur (1).

Item. Quod fratres qui remanent a scolis ; dure puniantur.

Item. Quod tempore lectionis non occupentur fratres in missis celebrandis vel huiusmodi. nec vadant ad villam. nisi pro magna necessitate.

Item. Quod priores vadant ad scolas sicut ceteri fratres. quando commode poterunt.

Item. Quod lectores [vacantes] vadant ad scolas precipue ad disputaciones.

Item. Quod non fiant lectores. nisi sint ita sufficientes. quod possint sine periculo notabili huiusmodi officium exercere.

Item. Quod priores et visitatores et magistri studencium sint solliciti diligenter inquirere. qualiter fratres et precipue iuvenes circa studia occupentur. et qualiter in studio proficiant ; et puniant negligentes.

Item. Lectores quantum commode poterunt. continuent lectiones suas.

Item. Quod visitatores singulis annis diligenter inquirant de lectoribus. quantum legerunt in anno. et quociens disputaverunt ac determinaverunt. et quot conventus sue visitacionis careant lectoribus. et quod circa hoc invenerint ; referant capitulo provinciali.

Item. In singulis provinciis singulis annis in quolibet capitulo provinciali ordinetur. qualiter provideatur studentibus sue provincie missis ad quecumque studia generalia.

Item. Visitatores diligenter inquirant. qualiter studentibus provideatur. et referant defectus notabiles capitulo provinciali. per quod efficax remedium apponatur.

Item. Provideatur. quod quilibet lector tenens aliquod sollempne studium ; habeat bacalarium qui legat sub eo.

(1) Idest ne per vicos et plateas excurrere iubeantur stipem petituri aut socii dentur fratribus itinerantibus aut alias extra domum mittantur.

Item. Quod fratres portent ad scolas libros qui leguntur in scolis. si habent. et non alios.

Item. Quod in quolibet conventu ubi est lector. instituatur aliquis frater. qui diligenter repetat. dummodo sit in domo aliquis sufficiens.

Item. Quod fiant repeticiones de questionibus. et collaciones semel in septimana. ubi hoc commode poterit observari.

Item. Monemus quod priores provinciales faciant fieri carceres in omnibus conventibus sue provincie. ut eis videbitur expedire.

Item. Illi qui mittunt accusaciones ad capitulum generale vel provinciale. modum exprimant per quem sciunt. utrum per auditum vel per visum. et si per auditum : utrum ab aliquo qui viderit. illud sciant.

Item. Caveant diligenter priores. ne committant predicacionis vel confessionis officium nisi fratribus ad hoc ydoneis et moribus et sciencia approbatis et de consilio discretorum. sicut in constitucionibus continetur.

Item. Priores ordinent locum aliquem ydoneum pro hospitibus ad iacendum extra dormitorium. ubi hoc commode poterit observari.

Item. Predicatores in suis predicacionibus vel post predicaciones. questam pro aliquo non faciant vel fieri permittant : ne ex hoc notam aliquam incurramus.

Item. Illa hora qua episcopi predicant : fratres a predicando desistant. nisi forte de illorum licencia vel mandato speciali.

Item. Fratres in predicacionibus suis populum interdum admoneant. quod decimas et alia iura reddant ecclesiis suis : ut tenentur.

Item. In testamentis personas moneant et inducant : ut ecclesiis suis parrochialibus legata faciant. sicut decet.

Item. Personas eligentes apud suas ecclesias parrochiales sepeliri : fratres a suo proposito non avertant.

Ordinacionem studii Parisiensis. et aliorum generalium studiorum. quo ad principales lectores et bacalarios : committimus magistro ordinis.

Concedimus provincie Hyspanie ·ii· domos. unam in Aragonia. aliam in Portugallia. et ponantur ubi priori provinciali et diffinitoribus capituli provincialis videbitur expedire.

Item. Provincie Francie ·i· ponendam in Blesis.

Item. Provincie Lombardie ·i· ponendam apud Cesenam.

Ista sunt suffragia. Pro domino papa et statu universalis ecclesie : quilibet sacerdos ·iii· missas.

---

8) ut] ubi A2. — 10) per *ante* visum *om.* B. — 11) viderit] audierit B. — 12) diligenter] diligentissime B. — 18) aliquo] ordine *add.* B. — 21) illorum] ipsorum B. — vel] et B. — 22) admoneant] moneant B. — 28) studiorum *om.* B. — 29) quo] quantum B. — 30) aliam] et aliam B. — 31) et ponantur — expedire *om.* A1, 2. — 33) item *om.* B. — 34) item provincie *om.* B. — Cesenam] Thebenam A1, 2. — 35) ista — absolvimus *om.* B.

Pro dominis cardinalibus ? quilibet sacerdos ·ii· missas.

Pro domino Hostiensi ? quilibet sacerdos ·i· missam (1).

Suffragia pro defunctis.

Pro domino rege Francie bone memorie Ludovico. et fratribus et liberis suis. et pro domina Helyzabet iuniore regina defuncta ? quilibet sacerdos ·i· missam.

Absolvimus priorem provincialem Terre sancte. Priores conventuales ? Pictaviensem. Aurelianensem. Leodiensem ? etc.

Sentencias iudicum approbamus.

Assignamus generale capitulum proximum apud Bononiam in provincia Lombardie. ad quod diffinitores veniant dominica infra octavas ascensionis.

Actis additae sunt quatuor litterae magistri ordinis; cf. app. n. XXV.—XXVIII.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS BONONIE CELEBRATI ANNO DOMINI ·M°·CC°·LXXV°.

Confirmamus has constituciones. In capitulo de electione prioris provincialis. in fine addatur sic. statuimus autem. quod in singulis provinciis priores provinciales. vel eorum vicarii. et diffinitores capituli provincialis provincias suas per vicarias distinguant. secundum quod eis videbitur expedire. quibus singulos vicarios preficiant. qui non sint priores vel lectores actu legentes. nisi prius a suis officiis absolvantur. requisito consilio fratrum presencium ad dictas vicarias pertinencium. qui sunt de corpore provincialis capituli. Qui vicarii in domibus sibi assignatis. prioris provincialis plenarie vices gerant. excepta dumtaxat institucione et destitucione priorum et lectorum. et ubique loca sua teneant. nisi in capitulo. dum officium sue vicarie exercent. quorum potestas in die immediate precedente electionem diffinitorum capituli provincialis expiret. hos autem vicarios priores provinciales possunt corrigere ? vel ex causa racionabili amovere. Et hec habet ·iii· capitula.

7) priores — etc. *om.* B. — 10) proximum *om.* B. — apud Bononiam] Bononie B. — 11) ad quod *om.* B. — 17) Felicis ac sancte et dulcis recordacionis venerabilis semper et omni laude dignissimus pater frater R. de Pena forti videtur precedenti anno suum felicem spiritum domino reddidisse scilicet anno domini .m°. cc.° lxxiiii°. in die epiphanie. *add. in marg.* A1. — 19) sic *om.* A2. —

(1) Scil. fr. Petro de Tarentasia O. Praed.; cf. Eubel l. c. pag. 34, SSOP I 350 sqq.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. cum domus priore caruerit. etc. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de recipiendis. ubi dicitur. nullus recipiatur in fratrem clericum. addatur. ad probacionem vel professionem. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. si autem vicarium. etc. usque ibi. donec prior eiusdem provincie. etc. deleatur totum et dicatur sic. quod si capitulum provinciale ex aliqua causa ad conventum alium transferatur: post translacionem prioris vicarii potestas expiret. et prior loci illius ad quem capitulum est translatum: vices prioris provincialis in omnibus optineat. Si autem conventus ille. ubi capitulum provinciale assignatum fuerat translatum. priorem non habuerit. vel eum infra tempus sue vicarie mori vel amoveri contigerit. prior illius domus. ubi capitulum provinciale antecedens fuerat celebratum: vices prioris provincialis in omnibus optineat. et sic deinceps retrocedendo. quousque conventus ille. in quo capitulum provinciale fuerit celebrandum. priorem habuerit. qui vices prioris provincialis in omnibus optinebit. Et hec habet ·iii· capitula.

Iste sunt approbaciones. Approbamus has. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. mortuo igitur magistro. etc. totum quod sequitur. priores igitur provinciales. etc. deleatur et dicatur sic. mortuo igitur magistro vel a magisterio amoto. prior provincialis illius provincie. ubi sequens capitulum fuerit celebrandum. vices magistri ordinis in omnibus optineat. quousque magister ordinis sit electus. exceptis absolucionibus priorum provincialium et conventualium aliarum provinciarum. et confirmacionibus priorum provincialium. quando de suis provinciis assumantur. et exceptis translacionibus fratrum de una provincia ad aliam. de quibus se nullatenus intromittat. nisi forte aliquis frater non prior provincialis existens pro provincialatus officio peteretur. Si autem illa provincia tunc priorem provincialem non habuerit. vel infra tempus sue vicarie eum mori vel amoveri contigerit: prior provincialis illius provincie. ubi immediate precedens generale capitulum fuerat celebratum. vices optineat supradictas. et sic deinceps retrocedendo. donec in aliqua provinciarum isto modo valeat vicarius inveniri. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. mortuo priore provinciali vel amoto. deleatur usque ibi. qui eius. etc. et dicatur sic. si priorem provincialem in generali capitulo. vel medio tempore usque ad capitulum provinciale vel in ipso provinciali capitulo

---

1) item — capitula *om.* A1,2. — 19) has] constituciones *add.* B. — 20) mortuo — etc.] mortuo magistro vel amoto etc. B.

mori vel amoveri contigerit : ad ipsum provinciale capitulum eius electio pertinebit. Quod si nec ipse nec alius in ipso capitulo electus fuerit confirmatus. vel post provinciale capitulum priorem provincialem mori vel amoveri contigerit : qui eius locum optinet. teneatur. etc. Item infra ubi dicitur. si vero congregato provinciali capitulo. deleatur usque ibi. unus autem. etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de gravissima culpa. ubi dicitur. et penas recusat ferre. deleatur totum usque in finem et dicatur sic. talis de consilio discretorum carcerali custodie mancipetur. et ibidem secundum exigenciam culparum iuxta discrecionem prelati ieiuniis et abstinenciis puniatur. vel secundum regulam patris nostri Augustini. si magis expediens videatur. exutus habitu ordinis. de nostro ordine expellatur. si tamen usque ad illam horam sani capitis et integri sensus extiterit. Si eciam aliqui sunt. qui iudicio discretorum in communi sine gravi periculo vel scandalo tolerari non possunt : in carcerem recludantur. et ibidem secundum culparum exigenciam puniantur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. post illud ubi dicitur. relegatis etc. addatur et dicatur sic. cum autem per disquisicionem vel scrutinium voluntatum procedit electio. vota eligencium recipiantur per suppriorem vel vicarium in supprioris absencia. et duos fratres. qui primitus habitum nostri ordinis susceperunt. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. Fiat festum de beata Martha trium lectionum. et magister ordinis provideat de officio et de die. Et hec habet ·ii· capitula.

Iste sunt inchoaciones. Inchoamus has. In capitulo de domibus concedendis. in fine addatur sic. singule provincie ordinis nostri. exceptis provinciis Terre sancte et Grecie. dividantur in duas. quam divisionem magister ordinis et diffinitores generalis capituli immediate sequentis. postquam hec inchoata constitucio approbata fuerit et confirmata. facere teneantur. et faciant secundum modum eisdem tradendum a singulis provinciis dividendis. Quem modum ipse provincie tradere teneantur infra nominatum capitulum immediate sequens post confirmacionem predictam. Et si alique provincie in modum divisionis non convenerint : duos fratres mittere teneantur et mittant. qui in dicto capitulo generali referant dictis magistro et diffinitoribus. que circa divisionem viderint expedire. Quod si modum divisionis predicte infra supradictum tempus memoratis magistro et diffinitoribus non presentaverint : nichilominus ex tunc dicti magister et dif-

---

7) penas] penam B. — 23) hanc] quod B. — et] quod A1. — 29) inchoata *om.* B. — 30) eisdem] eis B. — 34) et mittant *om.* B. — dictis *om.* B. — 36) predicte] supradicte A1; suum predicte A2. — supradictum] predictum B. — memoratis *om.* B. — 37) dicti *om.* B.

finitores ad divisionem procedant. et nomina ipsis provinciis divisis imponant. et de numero. qui nunc est studencium mittendorum ad alia generalia studia unum diminuant. et quicquid in constitucionibus huic ordinacioni contrarium vel dissonum invenerint ? corrigant vel immutent. Quod si magistrum a dicto capitulo casu aliquo abesse contigerit ? vicarius eius cum ceteris diffinitoribus ad exequcionem predictorum procedat. et si memorati magistri vel eius vicarius et diffinitores ad divisionem in dicto capitulo aliquarum provinciarum procedere non valerent ? nichilominus magister per se ipsum dividendi dictas provincias plenariam et liberam habeat potestatem et exequatur. quam cito obtulerit se facultas. Et si inter aliquas contiguas provincias expedire videtur de una ad aliam aliquos conventus transferre ? id faciendi magister ordinis. liberam habeat potestatem.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. post illud ubi dicitur. eius excessum referant ad capitulum generale scripto communiter sigillato. addatur sic. singulis annis in capitulo provinciali auditis culpis fiat secretum scrutinium in conspectu omnium super retencione vel absolucione prioris provincialis. cum expressione nominum et officiorum fratrum exprimencium vota sua. per diffinitores capituli provincialis. quod scrutinium non publicetur vel alicui ostendatur. sed statim sigillis eorumdem diffinitorum in conspectu omnium sigilletur. et per diffinitorem generalis capituli vel eius socium. vel socium provincialis in anno provincialium ? ad generale capitulum deportetur. Et hec eadem forma scrutinii faciendi de priore conventuali per subpriorem vel vicarium in supprioris absencia. et duos antiquiores in ordine de conventu. presentes in capitulo in tractatu eorum. que mittenda sunt ad capitulum. observetur et sigillo conventus ipsum scrutinium sigilletur. et per socium prioris ad provinciale capitulum deferatur. Dictis autem scrutatoribus voluntatum. in virtute obediencie. precipimus. quod ipsum scrutinium alicui modo aliquo non revelent.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. ad electionem prioris conventualis admittantur. addatur. infra vero idem tempus in socium prioris vel in electorem prioris provincialis nullatenus eligantur.

Item hanc. In capitulo de suffragiis. ubi dicitur. si in visitacione moriatur. addatur. idem eciam fiat pro procuratore ordinis in curia Romana. si in procuracionis officio moriatur. Idem eciam fiat pro vicariis

---

2) alia *om.* B. — 4) vel dissonum *om.* B. — 6) ceteris *om.* B. — 7) memorati *om.* B. — et] ac B. — 10) cito] cicius A1. — 17) super] de B. — 22) vel] per *ante* socium *add.* B. — 24) vel] eius *add.* B. — 28) deferatur] transmittatur B. — 29) modo aliquo] per modum aliquem B. — 32) ad — admittantur] non admittantur B. — 35) suffragiis] post illud *add.* B. — 37) moriatur] decedat B.

a fratribus sue vicarie commissis : si ipsos mori contigerit in officio vicarie.

Iste sunt admoniciones. Ordinamus et iniungimus. quod in quolibet capitulo provinciali fiat scrutinium secrete per diffinitores eiusdem capituli super retencione vel absolucione prioris provincialis. et sub sigillis eorumdem diffinitorum expressis nominibus fratrum et officiorum exprimencium vota sua. ad generale capitulum per diffinitorem capituli generalis vel eius socium. seu per socium provincialis in anno provincialium : transmittatur. Idem eciam fiat de prioribus conventualibus per suppriorem vel vicarium in absencia supprioris et duos fratres antiquiores in ordine. qui in capitulo sint presentes in die tractatus eorum. que ad capitulum sunt mittenda. et sigillo conventus in conspectu omnium sigilletur. et ad provinciale capitulum transmittatur. Dictis autem scrutatoribus voluntatum de voluntate et ordinacione diffinitorum precipit magister ordinis. ne dicta scrutinia modo aliquo alicui revelare presumant.

Item. Cum in bono obediencie virtus religionis consistat : admoniciones generalium et provincialium capitulorum fratres diligencius solito studeant observare. et qui negligentes fuerint. per priores et visitatores ad eorum observanciam compellantur.

Item. Cum favor regum. prelatorum et principum noscatur ordini quam plurimum fructuosus : ab eorum offensis fratres caveant diligenter. et qui secus presumpserint : gravius puniantur.

Item. Cum communes omnibus nos deceat exhibere. qui nostram et omnium salutem querimus et optamus : caveat quilibet. ne loquendo notabiliter de guerris et partibus : nota sibi possit parcialitatis impingi.

Item. Cum ex exequcionibus testamentorum frequenter odia. distractiones et dispendia varia incurramus. priores non sint faciles ad licenciandum fratres ad execuciones huiusmodi recipiendas nisi ex causa racionabili et honesta.

Item. Cum absencia prioris et subprioris conventibus sit dampnosa. subpriores in socios priorum non eligantur. nisi alias ad capitulum ex officio seu licencia sint ituri.

Item. Inquisitores heretice pravitatis : capitulis provincialibus intersint.

Item. Cum ex prolongacione capitulorum provincialium conventus in quibus celebrantur. non modicum pregraventur. et admiracionis nota ex-

1) a fratribus *om.* B. — mori] decedere B. — 3) ordinamus — item cum in bono *om.* B. — 7) sua] et *add.* B. — 16) item *om.* B.— consistat admoniciones] consistat. volumus et ordinamus quod fratres admoniciones B. — 17) solito *om.* B. — 20) et *om.* B. — 26) ex *om.* B. — 27) incurramus] incurrantur B. — 28) execuciones recipiendas] recipiendam execucionem B. — 30) subprioris] in *add.* Ar. — 31) priorum] prioris B. — 33) provincialibus] singulis annis *add.* B. — 35) prolongacione] longitudine B.

terioribus ingeratur ⁊ priores provinciales et diffinitores provincialia capitula cicius solito ⁊ studeant terminare.

Item. Constitucio de racione reddenda singulis annis suis maioribus de pecuniis dispensatis. habitis et receptis ⁊ arcius observetur. iniungimus autem illis quibus interest. ut huiusmodi exigantur raciones.

Committimus magistro ordinis ordinacionem studii Parisiensis et aliorum studiorum generalium. ut ipse de magistris et baccalariis ordinet et disponat. prout generali utilitati viderit expedire.

Ista sunt suffragia. Pro domino papa. et statu universalis ecclesie ⁊ quilibet sacerdos ·iii· missas·

Pro venerabili patre domino Bonaventura ⁊ quilibet sacerdos ·i· missam (1).

Pro fratre Raymundo de Penaforti defuncto ⁊ quilibet sacerdos ·iii· missas. etc. (2).

Concedimus provincie Provincie ⁊ ·iii· domos. ubi priori provinciali et diffinitoribus videbitur expedire.

Sequens generale capitulum assignamus apud Pisas in provincia Romana. et diffinitores sint ibi dominica infra octavas ascensionis.

Sciant omnes. quod diffinitor Romane provincie veniens ad capitulum generale migravit ad dominum.

Actis additae sunt litterae magistri ordinis; cf. app. n. XXIX.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS APUD PISAS CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· LXXVI°·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. mortuo magistro. etc. deleatur totum quod sequitur úsque ibi. provincialis igitur. etc. et dicatur sic. mortuo igitur magistro vel a magisterio amoto. prior provincialis illius provincie. ubi sequens capitulum fuerit celebrandum ⁊ vices magistri in omnibus optineat. quousque magister ordinis sit electus. exceptis absolucionibus priorum provincialium. et conventualium aliarum provinciarum. et confirmacionibus prio-

4) dispensatis] dispensandis B. — arcius] strictius B. — iniungimus — committimus *om.* B. — 7) studiorum *om.* B. — ipse *om.* B. — 8) utilitati] ordinis *add.* B. — 9) ista sunt — Sequens *om.* B. — summa pro vivis ·XXXIX· pro defunctis ·XIII· *add. in marg.* A1, 2. — 18) et *om.* B. — sint ibi] veniant B. — 19) sciant — dominum *om.* A1, 2.

(1) Scil. fr. Bonaventura (Ioanne de Fidanza) card. O. Min. † 15 iulii 1274.

(2) De fr. Raymundo de Pennaforti cf. supra p. 10 not.; 18 l. 7; 88 l. 31.

rum provincialium. quando de suis provinciis assumuntur. et exceptis translacionibus fratrum de una provincia ad aliam. de quibus se nullatenus intromittat. nisi forte aliquis frater non prior provincialis existens pro provincialatus officio peteretur. Si autem illa provincia tunc priorem provincialem non habuerit vel infra tempus sue vicarie eum mori. vel amoveri contigeritʾ prior provincialis illius provincie. ubi immediate precedens capitulum fuerat celebratum. vices optineat supradictas. et sic deinceps retrocedendo. donec in aliqua provinciarum isto modo valeat vicarius inveniri. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. mortuo priore provinciali vel amoto. deleatur hoc usque ibi. qui eius. etc. et dicatur sic. si priorem provincialem in capitulo generali. vel medio tempore usque ad capitulum provinciale. vel in ipso provinciali capitulo. mori vel amoveri contigeritʾ ad ipsum provinciale capitulum eius electio pertinebit. quod si nec ipse. nec alius electus fuerit confirmatus. vel post provinciale capitulum priorem provincialem mori vel amoveri contigeritʾ qui eius locum optinet. teneatur. etc. Item. infra ubi dicitur. si vero congregato provinciali capitulo. deleatur usque ibi. unus autem. etc. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de gravissima culpa. ubi dicitur. et penas recusat ferre. deleatur totum usque in finem. et dicatur sic. talis de consilio discretorum carcerali custodie mancipetur. et ibidem secundum culparum exigencias. iuxta discrecionem prelati. ieiuniis et abstinenciis puniatur. vel secundum regulam patris nostri Augustini. si magis expediens videatur. de nostro ordine expellatur. si tamen usque ad illam horam sani capitis et integri sensus exstiterit. Si eciam aliqui sunt. qui iudicio discretorum in communi sine gravi periculo. vel scandalo tolerari non possuntʾ in carcere recludantur. et ibidem secundum culparum exigenciam. et secundum prelati discrecionem puniantur. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. post illud. relegatis etc. addatur et dicatur sic. cum autem per disquisicionem et scrutinium voluntatum procedit electioʾ vota eligencium recipiantur per subpriorem. vel vicarium. in absencia subprioris. et duos fratres qui primitus habitum nostri ordinis susceperunt. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. Fiat de beata Martha festum ·iii· lectionum. et magister provideat de officio et de die. Et hec habet ·iii· capitula.

Iste sunt approbaciones. Approbamus has. In capitulo de domibus

20) capitulo de *om.* A2. — penas] penam B. — 23) exigencias] exigenciam A2. — 28) ibidem] ibi A2. — 31) illud] ubi dicitur *add.* B. — 36) hanc] quod B.

concedendis. in fine addatur sic. singule provincie ordinis nostri. exceptis provinciis Terre sancte et Grecie? dividantur in duas. quam divisionem magister ordinis et diffinitores capituli generalis immediate sequentis postquam hec constitucio approbata et confirmata fuerit. facere teneantur. et faciant secundum modum (ordinis) eis tradendum a singulis provinciis dividendis. quem modum ipse provincie tradere teneantur infra nominatum capitulum immediate sequens post confirmacionem predictam. Et si alique provincie in modum divisionis non convenerint? duos fratres mittere teneantur. et mittant. qui in dicto capitulo referant dictis magistro et diffinitoribus. que circa divisionem viderint expedire. Quod si modum divisionis predicte infra predictum tempus memoratis magistro et diffinitoribus non presentaverint? nichilominus ex tunc dictus magister et diffinitores ad divisionem procedant et nomina ipsis divisis provinciis imponant. et de numero qui nunc est studencium mittendorum ad generalia studia unum diminuant. et quidquid in constitucionibus contrarium vel dissonum invenerint? corrigant et immutent. Quod si magistrum a dicto capitulo casu aliquo abesse contigerit? vicarius eius cum diffinitoribus ad execucionem procedant predictorum. et si memoratus magister. vel eius vicarius aut diffinitores ad divisionem aliquarum provinciarum in dicto capitulo procedere non valerent? nichilominus magister per se ipsum dividendi ipsas provincias plenariam habeat potestatem. et exequatur quam cito optulerit se facultas. Et si inter aliquas contiguas provincias expedire videretur de una ad aliam aliquos conventus transferre? id faciendi magister ordinis plenariam habeat potestatem. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. post illud ubi dicitur. eius excessum referant ad capitulum generale scripto communiter sigillato. addatur sic. singulis annis in capitulo provinciali. auditis culpis fiat secretum scrutinium in conspectu omnium super absolucione vel retencione prioris provincialis. cum expressione nominum et officiorum fratrum exprimencium vota sua per diffinitores capituli provincialis. quod scrutinium non publicetur. vel alicui ostendatur. sed statim sigillis omnium diffinitorum in conspectu omnium sigilletur. et per diffinitorem generalis capituli vel eius socium. vel per socium prioris provincialis in anno provincialium ad generale capitulum deportetur. Et hec eadem forma scrutinii faciendi de priore conventuali per subpriorem. vel vicarium in absencia subprioris et duos antiquiores in ordine de conventu presentes in capitulo in tractatu eorum. que mittenda sunt ad capitulum. observetur. et sigillo conventus ipsum scrutinium sigilletur et per socium prioris ad provinciale capitulum transmittatur. Dictis autem scrutatoribus voluntatum in virtute obediencie precipimus. quod ipsum scrutinium per modum aliquem non revelent. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. ad electionem prioris conventualis admittantur. addatur. infra vero idem tempus in socium prioris. vel in electorem prioris provincialis non eligantur. Et hec habet ·ii· capitula.

Iste sunt inchoaciones. Inchoamus has. In capitulo de suffragiis. post illud. ubi dicitur. in via mori contigerit. addatur. idem eciam fiat pro procuratore ordinis in curia Romana. si in procuracionis officio decesserit.

Item hanc. In capitulo de ieiuniis. ubi dicitur. et vigiliam Iohannis Baptiste. Petri et Pauli. Iacobi. addatur. beati Dominici.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. quod si capitulum provinciale ex aliqua causa ad conventum alium transferatur. addatur. que translacio fiat per priorem provincialem vel eius vicarium de consilio discretorum.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. mori vel amoveri contigerit. addatur. vel extra provinciam esse. durante eius absencia.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. qui vices provincialis in omnibus optineat. addatur. si vero prior illius domus. ubi capitulum fuerit celebrandum. presens in provincia non exstiterit. et capitulo provinciali quacumque ex causa non interfuerit. simili modo prior illius domus. ubi precedens capitulum provinciale fuerat celebratum. vices prioris provincialis in ipso tantum capitulo in omnibus optinebit.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. prior provincialis provinciam suam visitare curet. deleatur totum usque in finem. et dicatur sic. prior provincialis provinciam suam totam per se. si potuerit vel per vicarios ydoneos. teneatur annis singulis visitare; quibus auctoritatem suam committat. prout sibi videbitur expedire.

Item hanc. In capitulo de solempni celebracione capituli. ubi dicitur. debeat prolongari. addatur. capitula eciam provincialia eodem modo infra pretaxatum dierum numerum terminentur.

Item hanc. In capitulo de gravi culpa. circa finem ubi dicitur. secundum exigenciam culpe gravius puniantur. deleatur. gravius. et dicatur. pena gravioris culpe debite. etc.

Item hanc. In letania. ubi dicitur. episcopos et priores. deleatur. priores. et dicatur. prelatos.

---

1) conventualis *om.* B. — 6) in] si in B. — eciam *om.* B. — 7) decesserit] decedit B. — 9) et *om.* B. — 10) Pauli] et *add.* B — addatur] et *add.* B. — 15) hanc *om.* B. — 16) absencia] etc. *add.* B. — 17) hanc *om.* B. — vices] prioris *add.* B. — 18) optineat] obtinebit B. — capitulum] provinciale *add.* B. — 23) provinciam suam *om.* B. — 24) totum] quod sequitur *add.* B. — 30) pretaxatum] tempus *add.* B. — 31) de — ubi *om.* B. — 34) hanc *om.* B. — priores] nostros *add.* B.

Iste sunt admoniciones. Monemus. quod constitucionem de rebus fratrum singulis annis. suis prioribus exponendis. et de racione reddenda. de pecuniis. et rebus aliis que dispensantur per fratres: priores et vicarii diligenter observent et faciant observari. et qui facere neglexerint. durius puniantur.

Item. Ordinamus et districte iniungimus. quod nullus frater pecuniam recipiat: sine prelati sui licencia speciali. si vero aliquo casu contingente sine expressa licencia prelati sui receperit: habita opportunitate statim prelato suo representare teneatur. quod si infra triduum facere neglexerit: ex vi presentis ordinacionis. ipsa pecunia sit privatus. et ad conventum. de quo fuerit. devolvatur. nec prior vel vicarius restituere sibi possit.

Item. Ordinamus et districte inhibemus. quod fratres pecuniam non habeant. nec teneant. nisi ad certos usus. de prelatorum suorum licencia deputatam. quam in alios usus eis non liceat commutare. quam eciam infra breve tempus sibi a suis prioribus. vel eorum vicariis assignandum. in usus predictos expendere teneantur. alioquin ex vi presentis ordinacionis in omnibus predictis casibus ipsa pecunia sint privati. et ad conventum suum sine spe recuperandi devolvatur. et priores et vicarii predicta faciant observari et exsequi studeant diligenter. qui autem negligentes fuerint: acrius puniantur. Priores eciam et vicarii quicumque. ad predictam ordinacionem servandam similiter obligantur de pecuniis sibi datis. quam ordinacionem priores provinciales circa priores et vicarios: diligenter faciant observari.

Item. Inhibemus prioribus et fratribus universis: ne faciant inductiones in electionibus faciendis. qui vero contrafecisse deprehensi fuerint: per triennium voce in omni electione priventur.

Item. Magister ordinis de consilio et assensu diffinitorum. interdicit prioribus et fratribus universis. ne aliquem professum in ordine Heremitarum sancti Augustini et sancti Guillelmi recipiant. cum nobis per dominum papam in virtute obediencie fuerit specialiter interdictum. De ordinibus autem Cisterciensium. Saccatorum. Humiliatorum. Carmelitarum. Servorum sive fratrum beate virginis. nullum recipiant sine suorum priorum provincialium. vel ipsius magistri ordinis licencia speciali. qui autem contrafecerint. vel facienti consenserint: ·xii· dies in pane et aqua

1) monemus] admonemus B. — 2) exponendis] expendendis A2. — 7) sui — sui *om.* A2. — 11) nec — restituere] nec per priorem conventualem vel vicarium aliquem restitui B. — 13) inhibemus] iniungimus B. — 18) sint privati] sit privatus B. — 20) faciant observari et *om.* B. — 21] et *om.* A1, 2. — 25) inhibemus] districte *add.* B. — faciant] aliquas *add.* B. — 26) contrafecisse] de cetero *add.* B. — 27) voce *om.* A1, 2. — 28) concilio et *om.* B. — 29) heremitarum — sancti Guillelmi] heremitarum qui dicuntur ordinis s. Augustini et s. Guillelmi B. — et *om.* A1, 2. — 32) autem] eciam B. — humiliatorum *om.* A1, 2. — carmelitarum] et *add.* B.

ieiunent. nec cum ipsis possit per aliquem nisi per magistrum ordinis dispensari. Qui autem in conventibus suis aliquem de predictis ordinibus sine licencia receperunt vel recepcioni consenserunt˛ ·vi· dies in pane et aqua ieiunent pro quolibet sic recepto. cum hoc in generali capitulo Bononie fuerit interdictum (1).

Item. Priores et fratres alii. quibus crucis predicacio est commissa˛ commissionem sibi factam. cum diligencia exequantur. et tam ipsi quam fratres alii. cum optulerit se facultas˛ testatores inducant ad elemosynam faciendam in subsidium Terre sancte.

Item. Monemus. quod litere ex parte conventus et maxime que commendacionem vel testimonium contineant personarum. non de facili concedantur. et si concedere oportuerit˛ non sigillentur. nisi prius in capitulo fuerint lecte.

Item. Monemus. ne predicatores generales multiplicentur de facili. et in eorum institucione forma in constitucione tradita diligencius observetur.

Item. Admonemus. quod priores provinciales et vicarii et visitatores. advertant diligenter. si quas invenerint curiositates in picturis. et celaturis lapidum. vel lignorum. in corrigiis. fibulis. cultellis. sigillis. bacculis. vestibus. et huiusmodi excessus. diligencius corrigant et emendent.

Item. Priores. lectores et fratres alii ad promocionem studii diligenter intendant. et qui negligentes reperti fuerint˛ per priores provinciales. vicarios et visitatores˛ severius puniantur.

Item. Interdicit magister prioribus et fratribus universis. ne aliquis vadat ad curiam domini pape. sine ipsius licencia speciali. qui autem de licencia ipsius iverint˛ vadant pedites et secundum formam ordinis. et literas de licencia secum deferant.

Item. Volumus et mandamus. quod in provinciis. ubi non est copia lectorum. lectores quamdiu possunt lectionis officium exercere. non occupentur in officio prioratus nisi ex causa multum necessaria et urgente.

Item. Transcriptum litterarum summi pontificis directarum capitulo generali˛ diffinitores et socii priorum secum ferant ad suas provincias et conventus.

Item. Monemus et volumus. ne vicarii provinciarum dent alicui li-

---

3) sine licencia *om.* A1, 2. — 4) ieiunent] abstineant B. — hoc *om.* B. — Bononie] celebrato *add.* B. — 6) item — quibus] item fratres quibns B. — 7) cum diligencia] diligencius B. — tam — alii *om.* B. — 11) vel] et B. — 12) si] aliquando *add.* B. — 17) admonemus] monemus B. — et *ante* vicarii *om.* B. — 21) priores — promocionem] priores vel lectores vel fratres alii promocioni B. — 23) puniantur] corrigantur B — 24) magister] ordinis *add.* B. — aliquis] quis B. — 26) pedites] pedes B. — 27) deferant] ferant B. — 28) ubi] in quibus A. — 34) ne... dent] quod... non dent B.

---

(1) Cf. supra pag. 139 l. 8-13.

cenciam loquendi in mensa; nec in penitencia pro fractione silencii dispensent.

Item. Volumus et mandamus. quod legenda beati Petri martiris a venerabili patriarcha Iherosolimitano ad peticionem magistri ordinis compilata; in omnibus conventibus habeatur. et ut habeatur. priores provinciales sint super hoc diligentes (1).

Committimus magistro ordinis ordinacionem studii Parisiensis. et aliorum generalium studiorum. ut ipse de magistris et bacallariis ordinet et disponat. prout generali utilitati ordinis; viderit expedire.

Ista sunt suffragia. Pro domino papa quilibet sacerdos ·iii· missas. et quilibet conventus ·i· de beata virgine.

Pro dominis cardinalibus. et statu universalis ecclesie; et officialibus Romane ecclesie; quilibet sacerdos ·iii· missas.

Concedimus provincie Hyspanie ·i· domum ponendam in regno Legionis. ubi priori provinciali et diffinitoribus de consilio fratrum illius regni videbitur expedire.

Provincie Romane ·i·

Provincie Theotonie; ·i·

Provincie Anglie; ·ii· unam ponendam in Ybernia. aliam in Scocia.

Item. Provincie Provincie; ·i· ponendam in civitate Albiensi. si priori provinciali et diffinitoribus videatur expedire.

Item. Priores vel eorum vicarii. diffinitores generales capituli transeuntes per eorum conventus. euntes et redeuntes deducant vel deduci faciant de conventu ad conventum eis necessaria procurando.

Sequens capitulum generale assignamus in provincia Provincie apud Burdegalam. et diffinitores sint ibi dominica infra octavas ascencionis.

Pro diffinitore Anglie et diffinitore Hyspanie in via defunctis. quilibet faciat sicut pro conventuali fratre. etc.

Prioribus. qui non venerunt ad capitulum. nec se excusaverunt;

---

1) pro fractione *om.* A1. — silencii] mense *add.* A2. — 3) quod — diligentes] quod priores provinciales in suis provincialibus capitulis ordinent quod legenda beati Petri martiris per venerabilem dominum patriarcham Ierosolimitanum ad peticionem magistri ordinis compilata in omnibus conventibus habeatur B. — 8) studiorum *om.* B. — ipse *om.* B. — 10) ista sunt — Concedimus *om.* B. — papa] Gregorio felicis recordacionis *add.* A2. — 14) ponendam *om.* A2. — 15) ubi — expedire *om.* A1, 2. — 17) provincie Romane ·I· *om.* B. — 20) item — item *om.* B. — 22) vel] et B. — 23) euntes et redeuntes *om.* B. — 24) faciant — procurando] faciant ad proximos conventus eisdem necessaria ministrando B. — 26) sint ibi] veniant B. — dominica *om.* A1, 2. — 27) pro — etc. *om.* A1, 2. — 29) capitulum] generale *add.* B. — se] legitime *add.* B.

---

(1) Laudatus patriarcha Hierosolymitanus est Thomas noster de Lentino; cf. SSOP 1, 358 sqq. Vitam b. Petri Martyris ab eo compilatam habes AASS. ad diem 29. aprilis vol. III. p. 694 sqq. (Parisiis 1866).

iniungimus ·iiii^{or}. dies in pane et aqua ·iiii^{or}· missas. et ·iiii^{or}· disciplinas.

Sentencias iudicum approbamus.

Actis additae sunt litterae Innocentii quinti; cf. Potthast *II. n. 21124; et litterae magistri ordinis; cf. app. n. XXX.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS BURDIGALE CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· LXXVII°.

Confirmamus has constituciones. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. ad electionem prioris conventualis admittantur. addatur. infra vero idem tempus in socium prioris vel in electorem prioris provincialis nullatenus eligantur. Et hec habet ·iii· capitula.

Iste sunt approbaciones. Approbamus has. In capitulo de suffragiis. post illud ubi dicitur. si in via mori contigerit. addatur. idem eciam fiat pro procuratore ordinis in curia Romana ? si in procuratoris officio decesserit. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de ieiuniis. ubi dicitur. in vigilia Iohannis Baptiste. Petri et Pauli. Iacobi. addatur. et beati Dominici. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. quod si capitulum provinciale ex aliqua causa ad conventum alium transferatur. addatur. que translatio fiat per priorem provincialem vel eius vicarium ? de consilio discretorum· Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. mori vel amoveri contigerit. addatur. vel extra provinciam esse. durante eius absencia. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. post illud ubi dicitur. qui vices provincialis in omnibus optinebit. addatur. si prior illius domus. ubi provinciale capitulum fuerit celebrandum. in provincia presens non exstiterit. et capitulo provinciali quacumque ex causa non interfuerit ? simili modo prior illius domus. ubi precedens capitulum provinciale fuerat celebratum. vices prioris provincialis in ipso tantum capitulo in omnibus optinebit. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. prior provincialis provinciam suam visitare curet. deleatur totum quod sequitur usque in finem

---

1) et *ante* ·IIII^{or}· *om.* B. — 3) sentencias iudicum approbamus *om.* B. — 10) conventualis *om.* B. — 24) item — item *om.* A2. — hanc *om.* B. — vel amoveri *om.* B. — 27) hanc *om.* B. — 34) hanc *om.* B.

capituli. et dicatur sic. prior provincialis per se. si poterit. vel per vicarios ydoneos provinciam suam totam teneatur singulis annis visitare. quibus vicariis auctoritatem suam committat. prout sibi videbitur expedire. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de sollempni celebracione capituli. ubi dicitur. debeat prolongari. addatur sic. capitula eciam provincialia eodem modo infra pretaxatum dierum numerum terminetur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In letania. ubi dicitur. episcopos et priores. deleatur. priores. et dicatur. prelatos. Et hec habet ·ii· capitula.

Iste sunt inchoaciones. Inchoamus has. In capitulo de capitulo provinciali. post illud ubi dicitur. eius excessum referant ad capitulum generale scripto communiter sigillato. addatur sic. singulis vero annis in capitulo provinciali auditis culpis. fiat scrutinium seorsum in conspectu omnium super retencione vel absolucione prioris provincialis cum expressione nominum et officiorum fratrum exprimencium vota sua per diffinitores capituli provincialis. Quod scrutinium statim in eodem capitulo in conspectu omnium publicetur. et sigillis eorundem diffinitorum coram omnibus sigilletur. et per diffinitorem capituli generalis vel eius socium vel per socium provincialis in anno provincialium ad generale capitulum deferatur. Et hec eadem forma scrutinii faciendi de priore conventuali per subpriorem vel eius vicarium in absencia subprioris et duos antiquiores in ordine de conventu presentes in capitulo in tractatu eorum. que mittenda sunt ad capitulum. observetur. et sigillo conventus dictum scrutinium statim coram omnibus sigilletur. et per socium prioris ad provinciale capitulum transmittatur.

Item hanc. In capitulo de gravi culpa. ubi dicitur. secundum exigenciam culpe gravius puniatur. deleatur hoc totum et dicatur sic. pena graviori culpe debita puniatur.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. in fine addatur. priores provinciales. cum fuerint absoluti. ad illos conventus pertineant. de quibus fuerant assumpti. nisi per superiores suos aliter fuerit ordinatum.

Iste sunt admoniciones. Monemus. quod lectores ordinarii in conventibus suis plus legant de textu biblie quam solent. et semper lectio biblie aliis lectionibus premittatur.

Item. Admonemus. quod interdictum factum a magistro ordinis in precedenti capitulo generali Pisis celebrato de non recipiendis alterius

5) item — item *om.* B. — 8) hanc *om.* B. — 10) has] hanc B. — 12) vero] autem B. — in capitulo provinciali *om.* B. — 13) in conspectu omnium *om.* B. — 17) publicetur] sigilletur B. — eorundem] omnium B. — 19) socium] prioris *add.* B. — 22) de] in B. — 23) dictum] sigilletur etc. B. — 32) monemus] admonemus B. — 33) suis *om.* A2. — solent] solebant A2. — 36) recipiendis... professis] recipiendos... professos B.

religionis professis. secundum formam ipsius interdicti arcius observetur. et priores provinciales sine magna causa recipiendi licenciam non concedant in hiis. in quibus eisdem dispensandi auctoritas est permissa.

Item. In singulis conventibus assignentur tres depositarii per conventum. qui sine licencia prioris vel eius vicarii. recipiendi. ostendendi. seu eciam reddendi deposita non habeant facultatem. nec prior vel eius vicarius sine ipsis. Quod si aliquem predictorum depositariorum abesse vel impediri contigerit : clavis eius tradatur illi. quem prior vel eius vicarius assignaverit de consilio discretorum. et caveatur semper. ne simul teneat aliquis plures claves. preter autem istam ordinacionem : nullus frater depositum audeat recipere vel tenere.

Item. Priores provinciales et conventuales et eorum vicarii in penitenciis in capitulo iniunctis : sine causa legitima non dispensent.

Item. Constitucio de ingressu mulierum [in] claustrum. oratorium et alias officinas arcius observetur. et qui culpabiles circa hoc inventi fuerint : gravius puniantur.

Item. Constitucio de non recipiendis noviciis sine etate perfecta : diligencius observetur. et in etate sine causa valde legitima nullatenus dispensetur. Quod si aliqui de cetero infra etatem legitimam aliquem receperint vel tali recepcioni consenserint cum effectu : sint privati vocibus in recepcione noviciorum quousque per magistrum ordinis vel per priorem provincialem suum et diffinitores provincialis capituli fuerint restituti. et nichilominus qui contra hoc deliquerunt a tempore generalis capituli ultimo Florencie celebrati : ·vii· diebus in pane et aqua abstineant. nisi de hoc alias specialiter fuerint puniti.

Item. Ordinamus. quod singulis annis in quolibet capitulo provinciali fiat scrutinium super retencione vel absolucione prioris provincialis et diffinitores recipiant vota fratrum. et ipsum scrutinium statim in eodem capitulo publicetur. et sub sigillis diffinitorum per diffinitorem vel eius socium. vel per socium provincialis in anno provincialium ad generale capitulum deferatur. Idem fiat de priore conventuali receptis votis fratrum per subpriorem vel eius vicarium absente subpriore. et duos fratres qui primitus habitum nostri ordinis susceperunt. et sub sigillo conventus per socium prioris ad capitulum generale vel provinciale deportetur. et si quid huic ordinacioni contrarium hactenus ordinatum fuerit : revocamus.

---

1) secundum formam] sub forma B. — 2) recipiendi *om.* B. — 3) hiis] maxime *add.* B. — eisdem *om.* B. — permissa] sibi commissa B. — 7) predictorum] dictorum B. — 8) illi] alteri B. — 10) aliquis] unus B. — autem *om.* B. — 12) vicarii] vices gerentes B. — 16) gravius] durius B. — 17) item] quod *add.* — non *om.* B. — sine — et *om.* B. — 18) valde *om.* B. — 19) legitimam] contra iura *add.* B. — 20) vel] cum B. — 22) per *om.* B. — 24) abstineant] ieiunent B. — 25) hoc] hiis B. — 26) item — revocamus *om.* B.

Item. Ordinamus. quod singulis diebus immediate post matutinas exceptis festis simplicibus et supra : fratres in choro super formas prostrati pro bono statu et conservacione ordinis : dicant psalmum. deus in adiutorium cum letania. qua finita dicatur. kyrie eleyson. pater noster. cum versiculis. post partum virgo. ora pro nobis beate Dominice. memor esto congregacionis tue. salvos fac servos tuos. esto nobis domine turris fortitudinis. et oracionibus. protege domine famulos tuos. concede quesumus omnipotens deus. et. ineffabilem misericordiam tuam. et ad ista suffragia fratres. ubicumque fuerint. teneantur.

Item. Ordinat magister ordinis. quod festum beate Marthe fiat ·vi· kalendas augusti. et in kalendariis et rubricis de officio inseratur. et officium dicti festi ordinatum per eumdem magistrum. socii provincialium ad suas provincias secum ferant. ut in capitulis provincialibus de eo fratribus copia prebeatur.

Committimus magistro ordinis ordinacionem studii Parisiensis. et aliorum generalium studiorum. ut ipse de magistris et bacallariis ordinet et disponat. prout generali utilitati ordinis sibi viderit expedire.

Concedimus provincie Polonie ·ii· domos versus Russiam collocandas.

Sexto kalendas augusti fiat festum trium lectionum de beata Martha : hoc modo. in vesperis hymnus. huius optentu. etc. gloria patri geniteque proli. etc. ad magnificat antiphona. ista est virgo sapiens. etc. oracio. exaudi nos deus. salutaris noster. etc. ad matutinas hymnus. huius optentu. gloria patri. etc. tria responsoria ultima de communi unius virginis. scilicet. audivi vocem. etc. veni etc. regnum mundi etc. in laudibus hymnus. Ihesu corona. etc. super psalmos antiphona. ista est. ad benedictus antiphona. veni electa mea. etc. in missa officium : gaudeamus omnes in domino. etc. oracio. exaudi nos etc. epistola. mulierem fortem quis inveniet etc. usque ad illum locum. manus suas aperuit inopi. et palmas extendit ad pauperes. inclusive. responsorium. propter veritatem etc. alleluia : veni electa mea etc. evangelium : intravit Ihesus in quoddam castellum. etc. offertorium : filie regum. secreta : accepta sint tibi domine etc. communio : diffusa est gracia in labiis. post communionem : saciasti domine.

De beata Martha. lectio prima. Venerabilis hospita Christi beata Martha de regali exorta progenie. Lazari et Marie Magdalene soror ute-

---

1) quod] in *add.* A2. — 6) domine — et *om.* B. — 7) domine *om.* B. — 8) deus — item ordinat] deus et qui peccatorum et ineffabilem. Et ordinat B. — 11) de officio *om.* B. — 12) per — ordinacionem *om.* A2. — 13) ad suas provincias *om.* B. — 16) studiorum *om.* B. — ordinet — expedire] ordinet prout sibi videbitur expedire B. — 18) Russiam] Tusciam A1, 2. — versus Russiam collocandas *om.* B. — 20) sexto — capitulum generale *om.* B. — 26) ad — oracio *om.* A2.

rina. charitate redundans. castitate pollens? viriles legitur omnino vitasse contactus. Hec hospitalitati semper intenta? ipsum salvatorem mundi frequenter recipere hospicio suo meruit. unde et hospita eius specialiter appellatur. Quo post passionem et resurrectionem in celum assumpto? cum beato Maximino et Lazaro ac sorore. relicta patria et patrimonio satis largo? usque ad Massiliam transfretavit.

Lectio secunda. Post modicum tempus. de Massilia ad Tharasconem se transtulit. ubi drachonem ingentem inveniens. homines et bestias devorantem. et naves transeuntes per Rodanum sepius submergentem. ad clamorem populi plangentis? fiducialiter ipsum adiit. Quem aqua benedicta aspergens. signo crucis contra eum facto. cingulo proprio alligatum? populo tradidit lacerandum. Qui quia Tharascus vocabatur. locus Tharasconensis est appellatus. In hoc loco predicacione sua multos convertit? et religiosarum personarum conventum instituit.

Lectio tercia. Cumque illic per multum temporis gloriosis exemplis. magnisque miraculis coruscasset? obitum suum circiter ante per annum? sibi dominus revelavit. Cui ante diem obitus apparens? dixit. quia tociens me in tuo hospicio suscepisti? veni electa mea in palacio celi a me suscipienda. eos autem qui ad sepulchrum tuum pro necessitatibus suis accesserint? pro amore tuo exaudiam. In hora vero sepulture ipsius apparens dominus beato Frontoni apud Petragoras divina mysteria celebranti. vocavit eum. ut sequeretur se ad divine hospite sepulturam. ipsamque sepulture ambo pariter tradiderunt. Quo facto? relicta ibi chirotheca in testimonium rei geste? beatus Fronto rediit ad incepta divina mysteria peragenda. Tu autem etc.

Sic ordinetur in kalendario in rubrica. que incipit ·vi· kalendas augusti in fine. Item commemoracio beate Marthe felicis hospite domini nostri Ihesu Christi. sororis beate Marie Magdalene et beati Lazari martyris. cuius transitus in Galliis apud Tharasconem contigit ·iiii°· kalendas augusti. sed hic a nobis recolitur.

Capitulum generale sequens assignamus apud Mediolanum in provincia Lombardie. et diffinitores veniant dominica infra octavas ascensionis.

Absolvimus priores conventuales Niciensem. Cistercensem. Valentinum. Aurasicensem. Tharasconensem. Arelatensem. Nemausensem. Albenacie. Pirpignani. Rivensem. Condomiensem. sancti Emiliani.

Absolvimus priorem provincialem Theutonie. et assignamus eum Parisius ad legendum sentencias isto anno.

---

31) apud Mediolanum] Mediolani B. — 32) et diffinitores — isto anno *om.* B. — 37) Nota de supprioribus qui absentibus prioribus faciunt vicarios? et non possunt nisi prior in recessu suo aliquem nominet qui recedente vel exeunte suppriore. sit vicarius priorum. — Ille pauper et modicus pater sanctus. felicis ac celebris memorie. videlicet frater Petrus de Valetica. quia erat lucerna ardens

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS APUD MEDIOLANUM CELEBRATI ANNO DOMINI ·M°·CC°·LXXVIII°· (1)

Confirmamus has constituciones. In capitulo de suffragiis. post illud ubi dicitur. si quem illorum in via mori contigerit. addatur. idem eciam fiat pro procuratore ordinis. si in curia Romana in procuracionis officio decesserit. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. quod si capitulum provinciale ex aliqua causa ad conventum alium transferatur. addatur. que translacio fiat per priorem provincialem. vel eius vicarium de consilio discretorum. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. mori vel amoveri contigerit. addatur. vel extra provinciam esse. durante eius absencia. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. qui vices provincialis in omnibus optineat. addatur. si vero prior illius domus. ubi capitulum fuerit celebrandum. in provincia presens non extiterit. et capitulo provinciali quacumque ex causa non interfuerit: simili modo prior illius domus. ubi precedens capitulum fuerat celebratum. vices prioris provincialis in omnibus in ipso tantum capitulo optineat. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo supradicto. ubi dicitur. prior provincialis provinciam suam visitare curet. deleatur totum usque in finem capituli. et dicatur sic. prior provincialis provinciam suam per se. si poterit. vel per vicarios ydoneos teneatur annis singulis visitare. quibus auctoritatem suam committat. prout sibi videbitur expedire. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de solempni celebracione capituli. ubi dicitur. debeat prolongari. addatur sic. capitula eciam provincialia eodem modo infra pretaxatum dierum numerum terminentur. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In letania ubi dicitur. priores nostros. deleatur. priores. et dicatur. prelatos. Et hec habet ·iii· capitula.

---

et lucens super montes Vasconie. nunc autem paupertatis altissime precio. regna possidens glorie. suum felicem spiritum post generale capitulum Burdegalense. existens in conventu Burdegalensi: tradidit deo patri. anno domini scilicet .m°. cc°. lxxvii°. *add. in marg.* A1. — 12) vel amoveri *om.* B. 31) hanc *om.* B.

---

(1) Acta huius capituli prelo prodierunt in *Kirkehistoriske Samlinger.* Kjöbenhavn 1852 p. 565 sqq.

Iste sunt approbaciones. Approbamus has. In capitulo de gravi culpa. ubi dicitur. secundum exigenciam culpe gravius puniatur. deleatur totum et dicatur sic. pena graviori culpe debita puniatur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. in fine addatur. priores provinciales. cum fuerint absoluti. ad illos conventus pertineant. de quibus fuerint assumpti. nisi per superiores suos aliter fuerit ordinatum. Et hec habet ·ii· capitula.

Iste sunt inchoaciones. Inchoamus has. In capitulo de capitulo provinciali. ubi dicitur. eius excessum referant ad capitulum generale scripto communiter sigillato. addatur sic. singulis vero annis. in capitulo provinciali auditis culpis. fiat scrutinium seorsum in conspectu omnium super retencione vel absolucione prioris provincialis. cum expressione nominum et officiorum fratrum exprimencium vota sua per diffinitores capituli provincialis. quod scrutinium statim in eodem capitulo. sigillis diffinitorum provincialis capituli in conspectu omnium sigilletur. et per diffinitorem generalis capituli vel eius socium. vel socium prioris provincialis in anno provincialium ad generale capitulum deferatur. Et hec eadem forma scrutinii faciendi de priore conventuali per subpriorem vel eius vicarium. in absencia subprioris et duos antiquiores in ordine de conventu presentes in capitulo in tractatu eorum. que mittenda sunt ad capitulum. observetur. et sigillo conventus dictum scrutinium coram omnibus sigilletur. et per socium prioris ad capitulum deportetur. Ipsis autem scrutatoribus precipimus. ne dictum scrutinium ex certa sciencia vel proposito audeant revelare.

Item hanc. In capitulo de itinerantibus. ubi dicitur. si quis autem frater ordinis nostri per se vel per alium factam de se ordinacionem vel de alio. etc. deleatur totum quod sequitur usque in finem. et dicatur sic. precipimus eciam in virtute obediencie. ne aliquis frater ordinis per se vel per alium. ordinacionem de se vel de alio fratre factam vel obedienciam sibi vel alicui fratri iniunctam. per quamcumque personam extra ordinem constitutam revocari procuret. vel in aliqua provincia seu conventu. vel eciam officio sive studio generali poni vel remanere vel inde amoveri vel cum personis extraneis commorari? quod si aliquis contra fecerit. pena graviori culpe debita puniatur.

---

1) has] constituciones *add.* B. — gravi] graviori B. — 5) hanc *om.* B. — 9) has] constituciones *add.* B. — 11) vero *om.* B. — in capitulo provinciali *om.* B. — 14) fratrum *om.* B. — 16) et] nullatenus publicetur ac B. — 17) prioris *om.* B. — 19) subpriorem *om.* A2. — 20) in absencia subprioris *om.* B. — 23) et — deport. *om.* B. — 27) vel de alio *om.* B. — 29) eciam *om.* B. — 30) fratre *om.* B. — 31) alieni fratri iniunctam] alteri iniunctam per se vel B. — 32) seu conventui vel] vel conventui aut B. — 33) sive] eciam *add.* A2. — 35) amoveri] removeri B. — quod — pena *om.* A1, 2.

Item hanc. In capitulo de inclinacionibus. ubi dicitur. porro ad. salve sancta parens. et veni sancte spiritus. addatur. et in tractu ·xl^{e}· quando dicitur. adiuva nos deus salutaris noster.

Item hanc. In capitulo de suffragiis. ubi dicitur. quilibet sacerdos celebret in anno ·xxx· missas. addatur. et sororibus ordinis defunctis.

Item. In eodem capitulo. ubi dicitur. et familiarium receptorum per literas ad beneficia ordinis. addatur. et sepultorum in cimiteriis nostris.

Item. In capitulo de electione diffinitorum capituli provincialis. ubi dicitur. si unus defuerit. per disquisicionem duorum. addatur. quod si duo defuerint? loco ipsorum. duo de senioribus fratribus presentes in capitulo assumantur.

Item hanc. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur in principio. statuimus. ut si ante festum sancti Michaelis magistrum mori contigerit. addatur. vel amoveri (1).

Item. In eodem capitulo. ubi dicitur. si autem post dictum festum. deleatur totum quod sequitur. mortuo igitur magistro. et dicatur sic. si autem post dictum festum usque ad pascha magister decesserit. vel a magisterio amotus fuerit? nichilominus hoc supra dicto modo per ordinem nuncietur. ut supersedeatur illo anno a capitulo generali. si autem post pascha magistrum mori. vel amoveri contigerit? nichilominus a vicario cum diffinitoribus generale capitulum celebretur.

Item. In eodem capitulo. ubi dicitur. hoc autem ita fiat in secunda feria etc. deleatur totum quod sequitur usque. hec vero omnia.

Item hanc. De officio ecclesie. in collectis assumpcionis et nativitatis domine nostre. nomen eiusdem virginis exprimatur.

Item hanc. In capitulo de inclinacionibus. ubi dicitur. in capitulo ad oracionem. sancta Maria. addatur. et in prefacione et in omni oracione. quando nomen beate virginis et beati Dominici nominatur.

Iste sunt admoniciones. Admonemus. quod priores sint solliciti in studio promovendo. et tam priores quam alii fratres se a scolis non sub-

---

2) tractu] tractatu A1, 2. — 5) in anno *om.* B. — missas] pro fratribus *add.* B. — 9) disquicionem] diffinicionem A1, 2. — duorum] etc. *add.* B. — 10) senioribus] antiquioribus B. — 12) in principio] primitus B. — 16) et] etc. et B. — 17) magister *om.* B. — 18) hoc *om.* A1, 2. — 20) magistrum *om.* B. — nichilominus — celebretur] et nichilominus cum vicario a diffinitoribus. electo diffinitore. generale capitulum celebrabunt A1, 2. — 24) hanc *om.* A2. — 26) item] hanc *add.* A1. — in capitulo *om.* B. — 27) addatur — nominatur] addatur quando in prefacione nomen beate virginis nominatur et ubi eciam nominatur nomen beati Dominici B. — 30) se a scolis non] a studio non se B.

---

(1) Haec additio facta est occasione assumptionis Ioannis Vercellensis ad patriarchatum Hierosolymitanum. Qui, etsi dignitatem sibi oblatam recusabat, ab ordinis magisterio ad tempus se abdicavit; sed a Romano pontifice fratrum regimini fuit restitutus.

trahant nisi ex causa et licencia speciali. Et lectores legant textum et sentencias et disputent et continuent lectiones. et qui in hiis inventi fuerint negligentes: per visitatores puniantur. nec propter studium arcium fratres a studio theologie retrahantur. bacallarii autem qui legunt extraordinarie. non ascendant cathedram: propter reverenciam magistrorum.

Item. Cum diversitas inveniatur in provinciis de lectorum scrutiniis. volumus et ordinamus. quod consuetudo provinciarum communis observetur uniformiter ab omnibus videlicet. ut non fiat scrutinium et de capitulo emittantur.

Item. Monemus. quod priores et eorum vicarii de fratribus vestiendis. et infirmis procurandis de communi curam habeant diligentem. nec carnes dentur infirmis aliquatenus in ieiuniis ab ecclesia institutis. nisi causa legitima et inevitabilis hoc requirat. et tunc in domo tantummodo secrecius preparentur.

Item. Fratres in civitatibus non bibant. nisi ubi licet eis comedere et transgressores acrius puniantur.

Item. Monemus. quod ieiunia adventus et rogacionum secundum formam constitucionum districtius observentur.

Item. Ordinamus et districte iniungimus. quod nullus recipiat pecuniam sine prelati sui licencia speciali. si vero aliquo casu contingente. sine expressa licencia prelati sui receperit: habita opportunitate statim prelato suo presentare teneatur. quod si infra triduum facere neglexerit: ex vi presentis statuti ipsa pecunia sit privatus. et ad conventum de quo fuerit devolvatur.

Item. Ordinamus et districte iniungimus. quod fratres pecuniam non habeant nec teneant. nisi ad certos usus de licencia prelatorum suorum deputatam. quam in alios usus non liceat commutare. quam infra breve tempus a suis prioribus vel eorum vicariis assignandum in usus predictos expendere teneantur. alioquin ex vi presentis ordinacionis ipsa pecunia sint privati. et ad conventus de quibus fuerint devolvatur. In hiis tamen casibus omnibus prior provincialis. vel conventualis ex causa legitima et racionabili. prout sibi videbitur. poterit dispensare. non obstante ordinacione alias de hoc facta.

---

7) quod — emittantur] ut consuetudo provincie communis observata ab omnibus teneatur. videlicet quod non fiant et lectores de capitulo non emittantur B. — 10) monemus *om.* B. — 11) et] eciam *add.* A2. — 12) aliquatenus *om.* B. — 13) in domo *om.* B. — 15) ubi] in locis B. — eis *om.* B. — 16) acrius] durius A2. — 18) districtius] strictius A2. — 19) quod — devolvatur] quod fratres pecuniam non teneant nec habeant nisi ad certos usus de prelatorum licencia deputatam. quam in alios usus eis non licet commutare. quod eciam infra breve tempus a suis prioribus vel eorum vicariis assignandum in usus predictos expendere teneantur. alioquin ex tunc ex vi presentis ordinacionis ipsa pecunia sint privati et ad conventum de quo fuerint devolvatur B. — 27) infra] eciam infra B. — 28) prioribus — assignandum] prioribus assignatum A1, 2. — 30) tamen] predictis *add.* B.

Item. Ordinamus et mandamus. quod priores diligenter faciant observari constitucionem felicis recordacionis domini Gregorii pape editam in concilio Lugdunensi scilicet. quod quandocumque nomen domini Ihesu Christi nominatur: omnes fratres inclinent capita sua propter reverenciam crucifixi.

Item. Ordinamus et volumus. quod scrutinium provincialium in provinciali capitulo. et conventualium in die tractatus eorum. que mittenda sunt ad capitulum provinciale. fiat seorsum in conspectu omnium. et ibidem coram omnibus sigilletur. et nullatenus publicetur secundum formam in constitucione traditam superius inchoatam. Ipsis autem scrutatoribus voluntatum precipimus. quod dictum scrutinium nullatenus alicui audeant revelare.

Item. Prohibemus districte. ne secreta ordinis et maxime confessionum fratres nostri nec directe nec indirecte nutu vel signo audeant revelare. et qui circa hoc inventi fuerint culpabiles et incauti: acrius puniantur.

Item. Volumus et mandamus. quod nomina venerabilium fratrum. videlicet. Raymundi de Pennaforti. Humberti de Romanis et aliorum magistrorum ordinis in diebus obitus eorum in martyrologio reponantur. et in eodem die in kalendario recitentur (1). Venerabilis autem pater frater Hymbertus de Romanis obiit pridie idus iulii. anno domini · m°· cc°· lxxvii°· Aliorum autem dierum obitus diffinitores sequentis capituli et socii eorum reportare teneantur ad capitulum. in quorum provinciis sunt defuncti.

Item. Volumus et mandamus. quod fratres in suis predicacionibus fratris Pagani martyrium: populis studeant nunciare. et tam ipsius quam aliorum miracula conscribantur (2).

Item. Declaramus. quod constitucio de electione prioris provincialis. que dicit. quod forma superius posita teneatur. intelligitur de tribus prioribus conventualibus presentibus in capitulo. qui primitus habitum nostri ordinis susceperunt.

Item. Declaramus. quod prostraciones et genuflexiones. ad quas constitucio obligat: intelliguntur in choro esse faciendas.

---

2) constitucionem] ordinacionem B. — editam] ordinatam B. — 4) nominatur] recolitur B. — 6) item — revelare *om.* B. — 14) fratres nostri *om.* B. — 15) culpabiles et *om.* B. — 17) fratrum] patrum fratrum A2. — 18) videlicet] scilicet fratris B. — 19) in *ante* diebus *om.* A1, 2. — 21) frater] magister ordinis nostri *add.* B. — 22) anno — 1277 *om.* B. — autem *om.* A1, 2. — 23) reportare] portare B. — 26) miracula] diligencius *add.* B. — 27) de electione *om.* B. — 28) quod *om.* B. — 32) esse *om.* B.

---

(1) Idest in kalendario defunctorum. Duplex enim fuit kalendarium, unum scilicet sanctorum, collectario; alterum defunctorum, martyrologio praescriptum.

(2) De fr. Pagano cf. Bull. O. Praed. I, 567 n. XV.

Item. Iniungimus districte fratri Raymundo de Medullione (1) et fratri Iohanni Vigorosi lectori Montispessulani. quod cum festinacione vadant in Angliam inquisituri diligenter super facto fratrum. qui in scandalum ordinis detraxerunt de scriptis venerabilis patris fratris Thome de Aquino. quibus ex nunc plenam damus auctoritatem in capite et in membris. qui quos culpabiles invenerint in predictis: puniendi. extra provinciam emittendi. et omni officio privandi: plenam habeant potestatem. Quod si unus eorum. casu aliquo legittimo fuerit impeditus: alter eorum nichilominus exequatur. Quibus priores de sociis competentibus. quos ipsi ad hoc officium exequendum ydoneos iudicaverint. teneantur quandocumque requisiti fuerint providere.

Committimus magistro ordinis ordinacionem studii Parisiensis et aliorum studiorum generalium. ut ipse de magistris et bacallariis ordinet et disponat. prout generali utilitati ordinis viderit expedire.

Concedimus provincie Hyspanie ·ii· domos. unam ponendam in regno Legionis. et aliam in Galicia. ubi priori provinciali et diffinitoribus de consilio fratrum Legionis et Galicie visum fuerit expedire.

Item. Provincie Provincie ·ii·

Item. Provincie Lombardie ·ii· unam in Racaneto. aliam. ubi priori provinciali et diffinitoribus videbitur expedire.

Item. Provincie Theotonie ·ii·

Item. Provincie Ungarie ·ii· ubi prioribus provincialibus et diffinitoribus harum provinciarum videbitur expedire.

Accipimus domum in Duracio. et assignamus eam Romane provincie. et iniungimus priori provinciali et diffinitoribus capituli provincialis eiusdem provincie. ut ibi instituant conventum cum priore et lectore et reforment eam secundum ordinis disciplinam.

Absolvimus priores provinciales Romane provincie et Grecie. et assignamus eum provincie Lombardie. in qua sibi conventum eligat ad manendum.

Volumus et iniungimus districte. quod diffinitores capituli generalis

1) Nota contra detrahentes doctrine fratris Thome *add. in marg.* A1, 2. — 2) lectori Montispesulani *om.* A1, 2. — quod] ut B. — 3) facto] statum B. — 4) detraxerunt *om.* A1, 2. — patris *om.* A1, 2. — 5) qui *om.* B. — 7) omni] in A1, 2. — 9) de] in B. — 10) officium exequendum *om.* B. — 12) studii — aliorum *om.* B. — 13) ordinet et disponat *om.* B. — 15) domos — accipimus] domos Provincie ·II· Lombardie ·I· Polonie ·II· Theotonie ·II· Ungarie ·II· accipimus B. — 17) de — Galicie *om.* A2. — 25) diffinitoribus — secundum] diffinitoribus quod ibidem instituunt priorem et lectorem cum ceteris fratribus et eam informent secundum B. — 26) ibi *om.* A2. — 31) iniungimus] districte ordinamus B.

(1) De fr. Raymundo de Medullione cf. SSOP I, 437 sqq.

presentis et futuri. euntes et redeuntes ad suas provincias deducantur de conventu ad conventum et melius solito procurentur.

Sequens capitulum generale assignamus Parisius in provincia Francie. ad quod diffinitores veniant dominica infra octavas ascensionis domini.

Actis additae sunt litterae Nicolai III; cf. Potthast II, *n. 21323.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS PARISIUS CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· LXXIX ·

Confirmamus hanc constitucionem. In capitulo de electione prioris provincialis. addatur. priores provinciales. cum fuerint absoluti. ad illos conventus pertineant. de quibus fuerint assumpti. nisi per superiores suos aliter fuerit ordinatum. Et hec habet ·iii· capitula.

Iste sunt approbaciones. Approbamus has. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. eius excessum referant ad capitulum generale scripto communiter sigillato. addatur sic. singulis vero annis. in capitulo provinciali. auditis culpis fiat scrutinium seorsum in conspectu omnium super retencione vel absolucione prioris provincialis. cum expressione nominum et officiorum fratrum. exprimencium vota sua per diffinitores capituli provincialis. quod scrutinium statim in eodem capitulo sigillis diffinitorum provincialis capituli in conspectu omnium sigilletur. et nullatenus publicetur. ac per diffinitorem capituli generalis. vel eius socium. vel socium provincialis in anno provincialium ad generale capitulum deferatur. Et hec eadem forma scrutinii faciendi de priore conventuali per subpriorem vel eius vicarium in absencia subprioris et duos antiquiores in ordine de conventu presentes in capitulo statim coram omnibus sigilletur. et per socium prioris ad provinciale capitulum deferatur. Ipsis autem scrutatoribus voluntatum precipimus in virtute obediencie. ne dictum scrutinium ex certa sciencia audeant revelare. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de suffragiis. ubi dicitur. quilibet frater sacerdos celebret in anno ·xxx· missas pro fratribus. addatur. et sororibus nostris defunctis. Item in eodem capitulo ubi dicitur. et familiarium receptorum ad beneficia ordinis. addatur. et sepultorum in cimiteriis nostris. Et hec habet ·ii· capitula.

---

1) ad suas provincias *om.* B. — 2) solito *om.* B. — 3) in — domini *om.* B. — 11) addatur] dicatur sic B. — 14) has] constituciones *add.* B. — 15) prioris *om.* B. — 31) frater *om.* B.

Item hanc. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur in principio. statuimus. ut si ante festum sancti Michaelis magistrum mori contigerit. addatur. vel amoveri. Et hec habet ·ii· capitula.

Item. In eodem capitulo. ubi dicitur. hoc autem ita fiat ut in secunda feria. etc. deleatur. totum quod sequitur usque. ad hec vero omnia. Et hec habet ·ii· capitula.

Iste sunt inchoaciones. Inchoamus has. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. si autem post dictum festum usque ad pascha magister decesserit. vel a magisterio amotus fuerit; nichilominus hoc supradicto modo per ordinem nuncietur. ut supersedeatur illo anno a capitulo generali. [deleatur totum hoc et dicatur sic]. si vero post pascha magistrum mori vel amoveri contigerit; nichilominus a vicario et diffinitoribus. vel a prioribus provincialibus in anno ipsorum; generale capitulum celebretur.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. cum duobus fratribus in capitulo provinciali electis. addatur. a pluribus medietate eligencium. et deleatur totum quod sequitur usque ibi. ad capitulum veniant generale.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum capituli provincialis et generalis. ubi dicitur. si unus defuerit per disquisicionem duorum. addatur. quod si duo defuerint loco ipsorum per disquisicionem duorum antiquiorum in ordine. presencium in capitulo hoc modo eligantur.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. aliquis de magis ydoneis a maiori parte capituli. addatur. per disquisicionem prioris provincialis et prioris. et subprioris illius loci. ubi capitulum celebratur. vel si unus defuerit; per disquisicionem duorum antiquiorum in ordine presencium in capitulo eligatur. etc.

Item hanc. In capitulo de capitulo generalissimo. post illud ubi dicitur. detur socius a diffinitoribus capituli provincialis. addatur. quod si aliquo casu contingente aliquis prior provincialis non venerit ad capitulum generale; socius a diffinitoribus sui capituli provincialis sibi datus. ad diffinicionem a ceteris provincialibus admittatur.

Item hanc. In capitulo de capitulo generali. ubi dicitur. cum duobus sociis a capitulo suo provinciali electis. addatur. a pluribus medietate omnium eligencium.

---

4) hoc autem *om.* B. — 7) has] constituciones *add.* B. — 8) si — sic] si ante festum predictum etc. Et hec habet ·II· capitula. quod servetur (?) modus ubi mortuo magistro ordinis et dicatur sic B. — 9) nichilominus — contigerit *om.* B. — 10) anno *om.* A2. — 12) a — prioribus] cum vicario et diffinitoribus vel prioribus A1, 2. — 15) hanc *om.* B. — 16) in] a B. — medietate] omnium *add.* B. — 17) usque ibi *om.* B. — 20) et] vel B. — disquisicionem — in capitulo] disquisicionem duorum antiquiorum in ordine. addatur. presencium in capitulo A1, 2. — 29) detur *om.* A2. — 31) provincialis *om.* A2. — 33) generali] generalissimo B

Item hanc. In capitulo de itinerantibus. ubi dicitur. extra obedienciam nostri ordinis constitutam. deleatur hoc et dicatur sic. extra ordinem constitutam.

Item hanc. In ordinario in capitulo de translacione festivitatum. ubi dicitur. et in ·iv^a^· feria in laudibus. addatur. si vero festum sancti Ambrosii in predicta dominica vel deinceps usque ad dominicam post pascha inclusive contigerit. prima vacante feria post octavas pasche celebretur.

Item. Cum ex causis plurimis insinuatis nobis expediens videatur. quod conventus de Gripsvald et de Posvalc de provincia Polonie ad provinciam Theotonie transferantur. inchoamus. quod dicti conventus ad dictam provinciam Theotonie transferantur cum suis terminis.

Iste sunt admoniciones. Quia ex profectu studii sequitur profectus ordinis. et utilitas animarum: monemus. quod fratres in studio sint amplius solito diligentes. priores autem provinciales et conventuales et eorum vicarii studeant pro viribus studium promovere et severius puniant. quos invenerint negligentes.

Item. Quia profectus studii habet originem ex frequenti et diligenti audiencia lectionum: caveant fratres. ne ad scolas deferant libros alios. quam qui leguntur ibidem. et puniantur qui in hoc inventi fuerint delinquentes.

Item. Quia ex missione minus ydoneorum ad generalia studia frequenter sequitur turbacio studiorum: iniungimus prioribus provincialibus et eorum vicariis et diffinitoribus capitulorum provincialium. quod non mittant ad studia generalia nisi habiles ad studium: et in moribus approbatos.

Item. Quia experiencia docente didicimus ex multiplicacione predicatorum generalium multa inconveniencia contigisse: caveant priores provinciales et diffinitores capitulorum provincialium. a multiplicacione notabili eorumdem.

Item. Quia sub secreti pallio frequenter vicia occultantur. et per consequens correpcio enervatur. monemus et districte iniungimus. quod nullus frater recipiat aliquid sub secreto. quod sit impedimentum correctionis seu quolibet modo alio in preiudicium vel periculum ordinis seu persone.

---

2) nostri *om.* B. — deleatur] totum *add.* B. — 5) in laudibus — feria *om.* A2. — sancti] beati B. — 7) contigerit] venerit B. — prima *om.* B. — 9) item — terminis *om.* B. — 10) Gripsvald] Grisual A1, 2. — Posualc] Pecval A1, 2. — 13) profectus] promocio A2. — 14) fratres — priores] fratres sint in studio solliciti et amplius diligentes priores B. — 17) invenerint] viderint B. — 18) ex frequenti et diligenti audiencia lectionum] ex diligencia lectionum B. — 25) ad studium *om.* B. — in *om.* B. — 27) didicimus] quod *add.* B. — multiplicacione — provincialium a *om.* A2. — predicatorum] dictorum B. — 28) multa] et grandia *add.* B. — 31) pallio frequenter] sigillo plerumque B. — 34) seu] vel *post* ordinis B.

Item. Quia plerumque contingit aliquos diffinitores generalis capituli de veniendo ad idem capitulum variis casibus impediri? ut status provinciarum melius notificetur capitulo memorato. volumus et mandamus. quod socii diffinitorum eisdem a priori provinciali et diffinitoribus sui capituli assignati? veniant ad capitulum generale. nisi forsan impedimento legitimo retrahantur.

Item. Quia nostram honestatem non decet domos. ad quas suspecte persone convenire sunt solite. frequentare? ordinamus et volumus. quod in locis. ubi vigent generalia studia. priores et eorum vicarii non se reddant faciles ad dandas licencias fratribus de visitandis suis scriptoribus. nisi iidem scriptores essent laudabilis conversacionis et fame (1).

Item. Quia prioribus expedit scire condiciones fratrum suo regimini commissorum? monemus priores provinciales et eorum vicarios. quod quando fratrem aliquem mutabunt de conventu suo. excessu ipsius notabili exigente. eius condicionem significent priori vel eius vicario. ad cuius conventus eum iudicaverint transmittendum. ut circa eum cautela debita valeat adhiberi.

Item. Quia religiosis non competit pecuniam mutuo dare vel accipere sine licencia speciali? volumus et districte iniungimus. quod nullus frater mutuet vel mutuo accipiat pecuniam sine prioris sui licencia speciali. et priores seu eorum vicarii non sint faciles ad huiusmodi licencias concedendas. nisi prius eis significent huiusmodi petentes licencias. quomodo poterunt habere. unde solvant.

Item. Quia non expedit de facili dare licenciam alicui de nostro ordine ad alium transeundi. ne ex hoc ordo veniat in contemptum. inhibemus prioribus conventualibus et eorum vicariis. quod sine prioris provincialis vel eius vicarii licencia. neminem professum in ordine nostro licencient. nisi valde urgens necessitas hoc exposcat.

Item. Quia in multis partibus contra nostra privilegia molestamur. admonemus priores provinciales. quod sint solliciti procurare in curia Romana conservatores in diversis partibus sue provincie. per quos molestatores huiusmodi? valeant cohiberi.

Item. Quia parum prodest moniciones facere. nisi fratres eas studeant observare? iniungimus prioribus universis. quod monicionum capitulorum generalium et provincialium puniant transgressores.

4) priori provinciali] prioribus provincialibus B. — 5) veniant] semper *add.* B. — forsan] forte B. — 7) non *om.* B. — 8) convenire sunt solite *om.* B. — 9) reddant] exhibeant B. — 14) suo *om.* B. — 15) significent — eius] scribant prioribus vel eorum B. — 16) eum] excedentem B. — 17) adhiberi] exhiberi B. — 18) pecuniam *om.* B. — 20) mutuo *om.* B. — 21) et priores] priores autem B. — 30) admonemus] monemus B. — 31) per quos] ex quibus B. — 33) eas] has B. — 34) monicionum] admonicionum B.

(1) De scriptoribus cf. *Humbertus Opera* etc. II, 266 sq.

Item. Declaracioni precedentis capituli generalis. qua cavetur. quod constitucio de electione prioris provincialis. que dicit. forma superius posita teneatur? intelligitur a tribus prioribus conventualibus presentibus in capitulo. qui primitus nostri ordinis habitum susceperunt. fratres nullatenus innitantur.

Item. Ordinamus et volumus. quod circa scrutinia priorum provincialium et conventualium servetur ordinacio precedentis capituli generalis.

Item. Inhibemus. ne in conventibus in quibus est studium generale. studentes convocaciones faciant nisi forte studentes provinciarum secundum constituciones ad studium missi cum tribus antiquioribus in ordine de illa provincia. in qua fuerint. conveniant ad tractandum de pertinentibus ad studium. et hoc de prioris provincialis vel conventualis licencia speciali.

Item. Si casu aliquo contingente ad scrutinium prioris provincialis vel conventualis oporteret ad scribendum aliquem advocari preter illos de quibus est ordinatum? precipit illi sic vocato magister ordinis de voluntate diffinitorum. quod scrutinium alicui nullatenus publicet. sed teneat sub secreto.

Item. Cum venerabilis vir memorie recolende fr. Thomas de Aquino. sua conversacione laudabili et scriptis suis multum honoraverit ordinem. nec sit aliquatenus tolerandum. quod de ipso vel scriptis eius aliqui irreverenter et indecenter loquantur. eciam aliter sencientes. iniungimus prioribus provincialibus et conventualibus et eorum vicariis ac visitatoribus universis. quod si quos invenerint excedentes in predictis? punire acriter non postponant.

Item. Obitus magistrorum ordinis defunctorum? priores universi vel eorum vicarii in martyrologiis suis. in diebus sui obitus conscribant [vel scribi] faciant diligenter. et ut melius sciant. quomodo scribi debeant? scribant prout inferius continetur. Fr. Raymundus de Penna forti magister ordinis tercius? obiit in die epiphanie. Fr. Iohannes Theutonicus. magister ordinis quartus obiit pridie nonas novembris. Fr. Hymbertus de Romanis. magister ordinis quintus? obiit pridie idus iulii.

Committimus magistro ordinis ordinacionem studii Parisiensis. et aliorum studiorum generalium. ut ipse de magistris et bacallariis ordinet et disponat. prout generali utilitati ordinis et fratrum profectui viderit [expedire].

---

10) studium — pertinentibus ad *om.* B. — 15) advocari] vocari B. — 19) Nota contra obloquentes dictis fratris Thome de Aquino *add. in marg.* A1, 2. — 21) eius] suis A2. — aliqui] aliquis B. — 22) loquantur] loquatur B. — aliter] contra veritatem B. — 23) et eorum vicariis *om.* B. — 26) ordinis] nostri *add.* B. — 27) suis — faciant] suis dies obitus eorum scribi faciant B. — 28) et ut] ut autem B. — 33) studii — aliorum *om.* B. — 34) ordinet] etc. B.

Concedimus provincie Francie ·i· domum ponendam apud s. Ioannem de Angelo.

Romane provincie ·i· ponendam apud Sulmonam. provincie Lombardie⹎ ·i· ponendam. ubi priori provinciali et diffinitoribus videbitur expedire.

Ordinacionem de domo Duracii factam in precedenti capitulo generali⹎ approbamus.

Absolvimus priores provinciales Ungarie. Polonie. Priores conventuales Parisiensem. Compediensem. et non resumantur provinciales in eisdem provinciis nec conventuales in iisdem conventibus isto anno.

Ista sunt suffragia. Pro domino papa. et statu universalis ecclesie⹎ quilibet sacerdos ·iii· missas. pro venerabili collegio cardinalium⹎ quilibet sacerdos ·ii· missas.

Item. Volumus et iniungimus. quod diffinitores presentis capituli et futuri. deducantur de conventu ad conventum. et melius solito procurentur.

Sentencias iudicum approbamus.

Sequens capitulum generale apud Oxoniam assignamus in provincia Anglie. et diffinitores veniant ad capitulum⹎ dominica infra octavas ascensionis.

Actis additae sunt litterae magistri ordinis; cf. app. n. XXXI.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS OXONIE CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· LXXX°·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de suffragiis mortuorum. ubi dicitur. quilibet frater sacerdos celebret ·xxx· missas in anno pro fratribus. addatur. et sororibus nostris defunctis. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur in principio. statuimus. ut si ante festum sancti Michaelis magistrum mori contigerit. addatur. vel amoveri contigerit. Et hec habet ·iii· capitula.

Item. Ordinacionem domus de Duracio approbatam in precedenti capitulo generali confirmamus. et omnes fratres oriundos de terminis domus predicte. ubicumque fuerint⹎ eidem domui assignamus.

---

2) Angelo] Angeleri A1; Angelio A2; — 3) apud Sulmonam] in Salmona B. — provincie *om.* B. — 4) ponendam — expedire] ponendam etc. Theotonie ·II· ponendas ubi provincialibus et diffinitoribus videbitur expedire B. — 5) de domo Duracii] domus de Duraquio A1, 2. — 7) Ungarie] et *add.* B. — priores — approbamus *om.* B. — 17) apud Oxoniam — veniant] Oxonie in provincia Anglie et volumus et iniungimus quod diffinitores presentis capituli et futuri deducantur de conventu ad conventum et melius solito procurentur. et veniant B. — 24) mortuorum *om.* B. — 25) frater *om.* B. — 28) si *om.* B. — 30) item *om.* A1, 2. — 33) eidem] predicte B.

Iste sunt approbaciones. Approbamus has constituciones. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. cum duobus fratribus in capitulo provinciali electis. addatur. a pluribus medietate omnium eligencium. et deleatur totum quod sequitur usque ibi. ad capitulum veniant generale. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum capituli provincialis et generalis. ubi dicitur. si unus defuerit? per disquisicionem duorum. addatur. quod si duo defuerint. loco ipsorum per disquisicionem duorum antiquiorum in ordine presencium in capitulo. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. aliquis de magis ydoneis a maiori parte capituli. addatur. per disquisicionem prioris provincialis et prioris et subprioris illius loci. ubi capitulum celebratur. vel si unus defuerit per disquisicionem duorum. quod si duo defuerint loco ipsorum per disquisicionem duorum antiquiorum in ordine presencium in capitulo eligatur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo generalissimo. ubi dicitur. cum duobus sociis a capitulo suo provinciali electis. addatur. a pluribus medietate omnium eligencium. Et hec habet ·ii· capitula.

Item. Cum ex causis plurimis insinuatis nobis expediens videatur. quod conventus Gripsvaldensis et de Posvalc de provincia Polonie ad provinciam Theotonie transferantur. sicut inchoatum fuit in precedenti capitulo generali. approbamus. quod dicti conventus ad dictam provinciam Theotonie cum suis terminis transferantur.

Iste sunt inchoaciones. Inchoamus has. In capitulo de capitulo provinciali. ubi dicitur. eius excessum referant ad capitulum generale scripto communiter sigillato. addatur sic. singulis vero annis in capitulo provinciali auditis culpis fiat scrutinium seorsum in conspectu omnium super retencione vel absolucione prioris provincialis cum expressione nominum et officiorum fratrum exprimencium vota sua. per diffinitores capituli provincialis. quod scrutinium statim in eodem capitulo in conspectu omnium publicetur. et publicatum sigillis diffinitorum provincialis capituli ibidem coram omnibus sigilletur. ac per diffinitorem generalis capituli. vel eius socium. vel per socium prioris provincialis in anno provincialium ad generale capitulum deferatur. Et hec eadem forma scrutinii faciendi de priore conventuali per suppriorem vel eius vi-

---

1) in capitulo — hanc *om.* B. — 7) duorum — disquis. *om.* A2. — 20) plurimis] pluribus B. — 21) Gripsvaldensis] Gripaus A1, 2. — Posvalc] Eposgauc A1, 2; et Peculensis B. — 23) generali *om.* B. — 24) terminis] nunc (?) *add.* B. — 25) has] constituciones *add.* B. — 27) vero *om.* B. — 29) absolucione] ammocione B. — 31) capitulo] *reliqua huius capituli om.* A1. — 32) publicatum] publicatis B. — 33) ibidem — capituli *om.* B. — 34) provincialis *om.* B.

carium in absencia supprioris. et duos antiquiores in ordine de conventu presentes in capitulo in tractatu eorum. que mittenda sunt ad capitulum provinciale observetur. et sigillo conventus dictum scrutinium statim coram omnibus sigilletur. et per socium prioris ad provinciale capitulum deferatur. Ipsis autem scrutatoribus voluntatum in utroque scrutinio et omnibus aliis fratribus. qui fuerint in predicto scrutinio presentes. precipimus in virtute obediencie. ne dicta scrutinia in generali vel particulari directe vel indirecte quocumqne modo. vel certa sciencia vel proposito alicui vel aliquibus audeant revelare.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum capituli generalis et provincialis. ubi dicitur. quod venire non possit ad capitulum generale. addatur. vel si postquam venerit. ipsum mori contigerit citra ·v· feriam infra octavas pentecostes.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur. cum frater de provincia ad provinciam mittitur ad regendum. deleatur totum usque ibi. circa eos qui student. et dicatur sic. cum frater de provincia ad provinciam mittitur. si simpliciter illi provincie. ad quam mittitur. assignetur. libri et alia que habuit per provisionem ordinis a provincia. de qua mittitur. vel eciam a conventu. ad eamdem provinciam vel conventum simpliciter pertinebunt. alia vero omnia que habuit. sint illius provincie ad quam mittitur. ubicumque postquam assignatus fuerit. ipsum mori contigerit. Si vero ad tempus mittitur. omnes libri eius et res alie. post eius obitum ad provinciam vel conventum. unde sumptus est. pertinebunt. In utroque autem casu scilicet sive ad tempus sive simpliciter assumatur. conventus cui assignatus fuerit. et ipse eidem conventui ad suffragia teneatur. si autem ex quo alii provincie assignatus fuerit. ipsum mori contigerit. antequam dicto conventui assignetur. prior illius provincie eidem provideat de conventu. qui sibi ad suffragia teneatur. ne consuetis defunctorum subsidiis defraudetur.

Item hanc. In capitulo de domibus concedendis. ubi dicitur. absque priore et doctore non mittatur. addatur. nec postquam missus fuerit. dictus fratrum numerus minuatur. et si inde aliquis subtractus fuerit. loco eius alius assignetur.

Item. In eodem capitulo. ubi dicitur circa principium. nisi predicti viderint expedire. addatur. fratres autem novis domibus deputati conventibus. de quibus assumuntur. et ipsi conventus eisdem quantum ad suffragia. sicut suis conventualibus mutuo teneantur. quousque ibidem

---

1) in — supprioris *om.* B.— 5) voluntatum] votorum B. — scrutinio — predicto *om.* A2. — 7) particulari] provinciali capitulo *add.* B. — 14) item — defraudetur *om.* A2. — 34) dicitur — predicti] dicitur nisi ubi predicti B. — 35) autem *om.* B. — 36) conventualibus] conventibus B.

conventus fuerit assignatus. quantum vero ad omnia alia dicti fratres ad domos predictas simpliciter pertinebunt.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. si vero de alia fuerit provincia. postquam per annum. addatur. continuum a tempore sue assignacionis immediate precedentem electionem faciendam.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur. quatuor autem provincie. deleatur totum usque ibi. provideant. et dicatur sic. sex autem provincie· scilicet. Hispania. Provincia. Lombardia. Romana provincia. Theutonia et Anglia.

Ordinamus. quod singulis diebus immediate post matutinas. exceptis festis simplicibus et supra. fratres in choro super formas prostrati pro bono statu et conservacione ordinis dicant psalmum. deus in adiutorium. cum letania. qua finita dicatur. kyrie eleyson. pater noster. cum versiculis. post partum virgo. ora pro nobis b. Dominice. memor esto congregacionis tue. salvos fac servos tuos. esto nobis turris. et oracionibus. protege domine. concede quesumus omnipotens deus. ut qui peccatorum. et. ineffabilem. Et ad ista suffragia fratres. ubicumque fuerint. teneantur.

Item. Volumus et ordinamus. quod ordinacio facta de scrutiniis priorum provincialium et conventualium. secundum formam ipsius constitucionis. hoc anno plenarie observetur. Item in die tractatus eorum que mittenda sunt ad capitulum. voluntas fratrum super retencione vel mutacione lectoris in eius absencia requiratur.

Item. Volumus et ordinamus. quod priores et lectores actu [non] legentes non habeant cameras speciales. lectores autem actu legentes. ubi commode fieri poterit. infra clausuram dormitorii secundum exigenciam eorum collocentur.

Item. Iniungimus studentibus. quod ad scolas veniant et lectiones audiant diligenter. illi autem qui theologiam non legerunt alicubi. lectiones ordinarias et textum sentenciarum audire integre teneantur. illi vero qui de theologia aliquid audierunt. ad minus audiant unam ordinariam lectionem.

Item. Inhibemus. ne lectores disputent de quolibet. nisi sint magistri in theologia. nisi in locis. in quibus secundum ordinem generalia studia vigent. nisi forte ex causa aliqua in locis aliquibus specialibus aliud sit

---

3) hanc *om.* B. — 14) qua finita dicatur] dicant B. — pater noster *om.* A2. — 15) versiculis] versu A2; versu *ante quatuor seq. vers. rep.* A2. — 16) esto — turris *om.* A2. — 17) domine *om.* B. — 20) ordinacio] inchoacio A2. — 22) item — requiratur *om.* B. — 26) cameras speciales] cameram specialem B. — 30) theologiam] de theologia B. — non *om.* B. — lectiones — audierunt *om.* A2. — 35) nisi] et nisi A2. — secundum ordinem *om.* B. — 36) aliud — nisi *om.* B.

consuetum. aut nisi prioribus provincialibus in suis provinciis aliud videatur.

Item. Monemus. quod lectores et magistri et fratres alii questionibus theologicis et moralibus pocius quam philosophicis et curiosis intendant.

Item. Volumus et mandamus. quod domus concesse vel concedende a capitulo generali non ponantur in locis ita vicinis aliis provinciis. quod oporteat fratres dictarum domorum occupare terminos alienos.

Item. Cum de terminis aliquarum provinciarum frequenter ad capitula generalia querimonie sint delate. volumus et mandamus. quod priores provinciales illarum provinciarum per se vel per alios fratres ad hoc ydoneos ipsos terminos equitate servata. studeant limitare. sicut ad pacem fratrum et salutem animarum viderint expedire. Quod si forte aliqui in hoc non potuerint convenire. negocium sufficienter instructum diligenter referant ad sequens capitulum generale. ut per ipsum capitulum finis huiusmodi questionibus imponatur.

Item. Cum cavere a scandalis et iniuriis debeamus. caveant fratres nostri. ne alliciant. vel inducant ad eligendam apud nos sepulturam illos scilicet quos noverint apud alios elegisse.

Item. Districte iniungimus. ne fratres nostri permittant mulieres intrare officinas nostras interiores vel hortos nostros. et qui contrarium fecerint. per priores suos vel vicarios durius puniantur.

Item. Iniungimus. ne fratribus nostris occasione laboris vel ieiunii preteriti vel instantis vel racione officii vel ministerii cuiuscumque esus carnium concedatur.

Item. Monemus. ne fratres nostri intus vel extra extraordinarie comedant. nisi urgens necessitas hoc exposcat.

Item. Provideant priores et eorum vicarii. quod in conventibus domus pro recreacione debilium habeantur (1).

Item. Cum sit valde notabile. quod aliquibus fratribus bene indutis alii frequenter defectum valde notabilem in vestibus paciantur. iniungimus districte prioribus et eorum vicariis. quod necessitatibus fratrum indigencium iuxta honestatem ordinis studeant providere. et excessus alio-

---

3) et fratres alii *om.* B. — 4) pocius] magis B. — 9) de *om.* A2. — 14) sufficienter *om.* A2. — 15) diligenter *om.* B. — 19) scilicet *om.* B. — 20) nostri *om.* A2. — 21) contrarium] contra B. — 22) priores — vicarios] priorem vel eius vicarium B. — 26) nostri *om.* B. — extraordinarie] ordinarie A1, 2. — 30) valde *om.* B. — 31) in vestibus *om.* B. — 32) eorum] eorumdem A2. — necessitatibus] necessitati A2.

---

(1) Domus, idest loca, ad mentem constitutionis (dist. I. cap. 7.): « in domibus nostris non sint nisi duo loca, in quibus comedant debiles vel infirmi : unus carnium et alius aliorum ciborum ».

rum sic corrigant. ne notabilis inequalitas in vestibus appareat inter fratres.

Item. Cum sit periculosum precipitare fratres per precepta. interdicimus. ne priores vel alii auctoritatem habentes. preceptis fratres astringant. nisi ex diligenti deliberacione prehabita hoc necessarium videatur.

Item. Provideant priores provinciales et eorum vicarii. quod fratres insolentes locis novis vel parvis conventibus non assignent. cum ibi regi non valeant. ut oportet.

Item. Cum clausura conventus multum ad religionis pertineat honestatem. monemus priores et eorum vicarios. quod ad claudendos ortos et loca nostra. dent operam efficacem.

Item. Declaramus. quod ad nominacionem domini nostri Ihesu Christi sufficit solum capitis inclinacio. sicut in constitucione summi pontificis continetur (1).

Item. Declaramus. quod moniciones et ordinaciones in actis capitulorum generalium et provincialium facte durent quousque fuerint revocate.

Committimus magistro ordinis ordinacionem studiorum generalium. ut ipse de magistris et bacallariis ordinet et disponat. prout generali utilitati ordinis et fratrum profectui viderit expedire.

Concedimus provincie Provincie ·i· domum. provincie Francie unam. Romane provincie domum unam ponendam in civitate Barrensi.

Provincie Theutonie ·i·

Absolvimus priorem provincialem Terre sancte.

Sentencias iudicum approbamus.

Volumus et iniungimus. quod diffinitores capituli generalis presentis et futuri deducantur de conventu ad conventum. et melius solito procurentur.

Capitulum generale sequens assignamus apud Florenciam in provincia Romana. Diffinitores autem veniant ad capitulum dominica in octavis ascensionis.

Actis additae sunt litterae magistri ordinis; cf. app. n. XXXII.

---

1) corrigant] corrigatur A2. — 3) fratres per *om.* B. — 4) preceptis] precepto B. — 7) vel] et B. — assignent] assignentur B. — 9) ad — honestatem] ad religionem pertineat et honestatem B. — 12) ad *om.* B. — 13) solum *om.* A2. — 15) moniciones] admoniciones B. — 19) ipse] etc. B. — 21) provincie *post* domum *om.* B. — 22) civitate *om.* B. — 23) provincie *om.* B. — ·I·] duas B. — 26) volumus — procurentur *om.* B. — 29) apud — ascensionis] Florencie. diffinitores veniant dominica infra octavas ascensionis B.

---

(1) Qua de re cf. supra p. 198 l. 1. sqq. ordinationem capituli generali Montispessulani celebrati anno 1278.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS FLORENCIE CELEBRATI ANNO DOMINI ·M°·CC°·LXXXI°·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. cum duobus fratribus in capitulo provinciali electis. addatur. a pluribus medietate omnium eligencium. et deleatur totum quod sequitur usque ibi. ad capitulum veniant generale. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum generalis et provincialis capituli. ubi dicitur. si unus defuerit per disquisicionem duorum. addatur. quod si duo defuerint loco ipsorum per disquisicionem duorum antiquiorum in ordine presencium in capitulo. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. aliquis de magis ydoneis a maiore parte capituli. addatur. per disquisicionem prioris provincialis et prioris et subprioris illius loci. ubi capitulum celebratur. vel si unus defuerit per disquisicionem duorum. quod si duo defuerint? loco ipsorum per disquisicionem duorum antiquiorum in ordine presencium in capitulo eligantur. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo generalissimo. ubi dicitur. cum duobus sociis a capitulo suo provinciali electis. addatur. a pluribus medietate omnium eligencium. Et hec habet tria capitula.

Iste sunt approbaciones. Approbamus has constituciones. In capitulo de domibus concedendis. ubi dicitur. absque priore et doctore non mittatur. addatur. nec postquam missus fuerit. dictus fratrum numerus minuatur. et si inde aliquis subtractus fuerit? loco eius alius assignetur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo circa principium ubi dicitur. nisi predicti viderint expedire. addatur. fratres autem novis domibus deputati? conventibus de quibus assumuntur. et ipsi conventus eisdem. quantum ad suffragia sicut suis conventualibus mutuo teneantur. quousque conventus ibidem fuerit assignatus. quantum vero ad omnia alia dicti fratres ad domos predictas simpliciter pertinebunt. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur. cum frater de provincia ad provinciam ad regendum mittitur. deleatur totum usque ibi. circa eos qui student. et dicatur sic. cum frater de provincia ad provinciam mittitur. si simpliciter illi provincie ad quam mittitur assignetur?

---

9) item — capit. *om.* B. — 20) suo *om.* B. — 22) constituciones *om.* A2. — 27) hanc *om.* B. — si] nisi B. — 33) cum frater *om.* A1, 2.

libri et alia que habuit per provisionem ordinis a provincia. de qua mittitur vel eciam a conventu ; ad eamdem provinciam vel conventum simpliciter pertinebunt. alia vero omnia que habuit. sint illius provincie ad quam mittitur. ubicumque postquam assignatus fuerit. moriatur. Si vero ad tempus mittitur ; omnes libri eius et res alie post eius obitum ad provinciam vel conventum. [unde] assumptus est. pertinebunt. In utroque autem casu sive assignetur simpliciter sive ad tempus ; conventus cui assignatus fuerit et ipse eidem conventui ad suffragia teneatur. Si autem ex quo alteri provincie assignatus fuerit. ipsum mori contigerit. antequam certo conventui assignetur ; prior provincialis illius provincie eidem provideat de conventu. qui sibi ad suffragia teneatur. ne consuetis defunctorum subsidiis defraudetur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. si vero de alia fuerit provincia. postquam per annum. addatur. continuum a tempore sue assignacionis immediate precedentis electionem faciendam. Et hec habet ·ii· capitula.

Inchoamus has. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. sicut fit in electione magistri. addatur. cum vero in aliquo conventu prioris electio fuerit facienda ; non tenebuntur vocare fratres vocem in electione habentes. nisi illos quos infra terminos sue predicacionis noverint constitutos.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum generalis et provincialis capituli. ubi dicitur. maior possit numerus inveniri. addatur. predicti ergo ·iiii^or^· diffinitores eligantur in die proxima precedente diem assignacionis capituli provincialis. et ex tunc incipiat auctoritas eorumdem.

Item hanc. In capitulo de apostatis. ubi dicitur. secundum quod sue discrecioni visum fuerit vel placitum. addatur. apostate unius conventus non recipiantur a priore alterius conventus ad ordinem in eadem provincia sine licencia prioris provincialis. nec apostate aliarum provinciarum recipiantur in aliis provinciis sine licencia magistri ordinis.

Item hanc. Cum ex pluribus causis insinuatis nobis expediens videatur. quod conventus Caminensis de provincia Polonie ad provinciam Theotonie transferatur ; inchoamus. quod de provincia Polonie ad provinciam Theotonie cum suis terminis transferatur.

Item. Cum ex pluribus causis insinuatis nobis expediens videatur. quod conventus Gripsvaldensis de provincia Polonie ad provinciam Theo-

---

1) a] de A2. — 4) fuerit *om.* A2 — 5) mittitur] mittatur A2. — 13) item — capitula *om.* B. — 17) has] hanc B. — 19) tenebuntur] teneatur B. — 24) ergo] igitur B. — 27) visum fuerit vel placitum] videbitur B. — 31) pluribus] multis B. — 32) Caminensis — Soldinensis] Caminensis. Gripaldensis. Provalcensis ut de provincia Polonie ad provinciam Theutonie transferantur. Item cum conventus Soldinensis B. — 33) inchoamus — transferatur *om.* A2. — 36) Gripsvaldensis] Grispaldensis A1.2.

tonie transferatur ? inchoamus. quod de provincia Polonie ad provinciam Theotonie cum suis terminis transferatur.

Item. Cum ex pluribus causis insinuatis nobis expediens videatur. quod conventus Posvalcensis de provincia Polonie ad provinciam Theotonie transferatur ? inchoamus. quod de provincia Polonie ad provinciam Theotonie cum suis terminis transferatur.

Item. Cum conventus Soldinensis in provincia Polonie esse dicatur. inchoamus. quod de provincia Theotonie? ad provinciam Polonie transferatur.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. ubi dicitur. eius excessum referant ad capitulum scripto communiter sigillato. addatur sic. singulis annis in capitulo provinciali auditis culpis fiat secretum scrutinium in conspectu omnium super absolucione vel retencione prioris provincialis cum expressione nominum et officiorum fratrum exprimencium vota sua per diffinitores capituli provincialis. Quod scrutinium non publicetur vel alicui ostendatur. sed statim sigillis diffinitorum in conspectu omnium sigilletur. et per diffinitorem capituli generalis vel eius socium vel per socium prioris provincialis in anno provincialium ad generale capitulum deferatur. Et hec eadem forma scrutinii faciendi de priore conventuali per subpriorem vel eius vicarium. in absencia subprioris. et duos antiquiores in ordine presentes in capitulo. in tractatu eorum que mittenda sunt ad capitulum observetur. et sigillo conventus ipsum scrutinium sigilletur. et per socium prioris ad provinciale capitulum deferatur. Dictis autem scrutatoribus voluntatum in virtute obediencie precipimus. quod ipsum scrutinium alicui per modum aliquem non revelent.

Hec sunt admoniciones. Volumus et districte mandamus prioribus universis. quod in suis conventibus instituant subpriores. et quando aliquos subpriores absolvi contigerit ? priores illorum conventuum circa alios substituendos curam habeant diligentem.

Item. Admonemus. ne socii priorum conventualium ad capitula provincialia eligantur nimis notabiliter iuvenes.

Item. Volumus et ordinamus. quod inchoacio facta de scrutiniis priorum provincialium et conventualium secundum formam constitucionis hoc anno inchoate ? plenarie observetur.

Item. Quamvis non sit tenendum vel dicendum. quod admoniciones generalium capitulorum per totum ordinem. et provincialium in suis

4) Posvalcensis] Pornocensis A1, 2. — 12) culpis — Hec sunt] culpis etc. sicut in actis capituli precedentis est inceptum. Hec sunt B. — 16) vel *om.* A2. — 26) volumus] admonemus volumus B. — 27) aliquos subpriores] aliquem subpriorem B. — 28) priores — habeant] prior illius conventus alium substituendum habeat B. — 30) admonemus] monemus B. — 33) hoc anno] pluries B. — 35) Nota de monicionibus capitulorum. quantum durent *add. in marg.* A1, 2.

provinciis non durent nisi per annum. vel tantum ad vitam admonencium et alia huiusmodi. tamen ad fratrum consciencias assecurandas ordinamus. quod huiusmodi a lmoniciones more solito in caternis scribantur. et diligencius observentur. ille presertim que certam causam honestatis. utilitatis. vel necessitatis continere videntur. ideoque declaracionem de hoc in capitulo generali Oxonie celebrato factam (1) presentibus revocamus.

Item. Volumus et districte inhibemus omnibus prioribus conventualibus et eorum vicariis. ne alicui fratri dent licenciam ad alium ordinem transeundi : sine sui prioris provincialis licencia speciali.

Item. Monemus. quod in provinciis illis ubi non est copia lectorum. lectores quamdiu possunt exercere officium lectionis. non occupentur in officio prioratus. nisi urgens et evidens necessitas hoc requirat.

Item. Ne conversi ocio torpescant. monemus priores et eorum vicarios. quod curam adhibeant : quod in certis officiis et ministeriis occupentur.

Item. Monemus priores et vicarios. quod laborent diligencius pro apostatis capiendis. ex quorum presencia et discursu : fratribus scandalum generatur. si quos tales in suis terminis invenerint. quod si facere non potuerint : ipsos sentencia publice excommunicacionis denunciari procurent. ut sic saltem ab aliis evitentur.

Item. Districte inhibemus. ne fratres recipiant loca ad conventus edificandos : sine licencia capituli generalis. quod si contrarium attemptatum fuerit : statuimus. quod talis recepcio sit ipso facto irrita et inanis. et receptores huiusmodi nisi in sua accusacione : omni voce sint privati.

Item. Psalmus cum letania more solito dicatur.

Committimus magistro ordinis ordinacionem studiorum generalium. ut ipse de magistris et bacallariis ordinet et disponat. prout generali utilitati ordinis et fratrum profectui : viderit expedire.

Concedimus. Provincie Romane ·i· domum ponendam in Prato. provincie Lombardie ·i· ubi priori provinciali et diffinitoribus videbitur expedire.

Provincie Anglie : ·ii· unam ponendam in Anglia. et aliam in Scocia.

Absolvimus priores provinciales. Hyspanie. Provincie. Francie : Theotonie.

Absolvimus omnes predicatores generales in provincia Tuscie (2).

---

5) utilitatis *om.* B. — vel] et B. — 6) factam presentibus *om.* B. — 14) adhibeant — et] habeant ut in officiis seu B. — 15) et] eorum *add.* B. — 18) publice] innodatos B. — 19) ab *om.* A2. — 20) ad] aut A1, 2. — 22) ipso facto *om.* B. — 26) ut ipse — expedire *om.* B. — 28) in — ·I· *om.* A1, 2. — 29) et diffinitoribus *om.* B. — 31) Provincie — Scocia *om.* B. — 32) Francie] et *add.* B. — 34) absolvimus — fratribus *om.* B.

---

(1) Cf. supra pag. 210 l. 15 sqq.

(2) Romana provincia apud nostros etiam Tuscia nominatur.

Fratribus. qui receperunt domum Theatinam sine licencia et auctoritate capituli generalis. iniungimus ·xii· dies in pane et aqua. ·xii· missas ·xii· psalteria ·xii· disciplinas. et ipsam recepcionem decrevimus irritam et inanem.

Ista sunt suffragia. Pro domino papa et statu universalis ecclesie: quilibet sacerdos ·iii· missas.

Pro venerabili collegio cardinalium: quilibet sacerdos ·ii· missas.

Pro domino Latino Hostiensi episcopo quilibet sacerdos ·i· missam de beata virgine. et quilibet conventus ·i· de beato Dominico (1).

Sentencias iudicum approbamus.

Volumus et iniungimus. quod diffinitores capituli generalis presentis et futuri in redeundo et veniendo. deducantur de conventu ad conventum. et melius solito procurentur.

Sequens generale capitulum assignamus Vienne in provincia Theotonie. Diffinitores autem veniant ad capitulum dominica infra octavas ascensionis domini.

Actis additae sunt litterae magistri ordinis; cf. app. n. XXXIII.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS APUD VIENNAM IN THEOTONIA CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· LXXXII°·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de domibus concedendis. ubi dicitur. absque priore et doctore non mittatur. addatur. nec postquam missus fuerit. dictus fratrum numerus minuatur. et si aliquis inde extractus fuerit: loco illius alius assignetur. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. circa principium ubi dicitur. nisi predicti viderint expedire. addatur. fratres autem novis domibus deputati. conventibus de quibus assumuntur. et ipsi conventus eisdem quantum ad suffragia. sicut suis conventualibus: mutuo teneantur. quousque conventus ibidem fuerit assignatus. quantum vero ad omnia alia dicti fratres ad domos predictas simpliciter pertinebunt. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur. cum frater de provincia ad provinciam mittitur ad regendum. deleatur totum usque ibi.

1) et auctoritate *om.* B. — 3) et ipsam — Dominico *om.* B. — 11) volumus — procurentur *om.* B. — 14) generale *om.* B. — 15) autem *om.* B. — ad capitulum *om.* B. — 16) domini *om.* B. — 26) hanc *om.* B.

(1) Cf. supra pag. 155 not. 4.

circa eos qui student. et dicatur sic. cum frater de provincia ad provinciam mittitur. si simpliciter illi provincie ad quam mittitur assignetur? libri et alia que habet per provisionem ordinis a provincia de qua mittitur. vel eciam a conventu? ad eamdem provinciam vel conventum simpliciter pertinebunt. alia vero que habuit. sint illius provincie ad quam mittitur? ubicumque postquam assignatus fuerit. moriatur. Si vero ad tempus mittitur? omnes libri eius et res alie post eius obitum ad conventum. unde assumptus est. pertinebunt. in utroque autem casu. sive assignetur simpliciter sive ad tempus? conventus. cui assignatus fuerit. et ipse eidem conventui? ad suffragia teneatur. Si autem ex quo alteri provincie assignatus fuerit. ipsum mori contigerit. antequam certo conventui deputetur? prior provincialis illius provincie. eidem provideat de conventu. qui sibi ad suffragia teneatur? ne consuetis defunctorum subsidiis defraudetur. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. si vero de alia fuerit provincia. postquam per annum. addatur. continuum a tempore sue assignacionis immediate precedente electionem faciendam. Et hec habet ·iii· capitula.

Iste sunt approbaciones. Approbamus has. In capitulo de electione diffinitorum provincialis et generalis capituli. ubi dicitur. maior numerus possit inveniri. addatur. predicti igitur ·iiii^or^· diffinitores eligantur in die proxima precedente diem assignacionis capituli. et ex tunc incipiat auctoritas eorumdem. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de apostatis. ubi dicitur. secundum quod sue discrecioni visum fuerit vel placitum. addatur. apostate unius conventus non recipiantur a priore alterius conventus ad ordinem in eadem provincia. sine licencia prioris provincialis. nec apostate aliarum provinciarum recipiantur in aliis provinciis sine licencia magistri ordinis. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. Cum ex multis causis nobis insinuatis videatur nobis. quod conventus Caminensis etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. ubi dicitur. eius excessum referant ad capitulum scripto communiter sigillato. addatur sic. singulis annis. auditis culpis. in capitulo provinciali fiat secretum scrutinium in conspectu omnium super retencione vel absolucione prioris provincialis cum expressione nominum et officiorum fratrum vota sua exprimencium. per diffinitores capituli provincialis. quod scrutinium non publicetur vel alicui ostendatur. sed statim sigillis omnium diffinitorum in conspectu omnium sigilletur. et per diffinitorem generalis capituli. vel

---

19) has] hanc B. — 30) item — capitula *om.* A1, 2. — 37) exprimencium *om.* A2.

eius socium. vel per socium prioris provincialis in anno provincialiumˀ ad generale capitulum deferatur. Et hec eadem forma scrutinii faciendi de priore conventuali per subpriorem vel eius vicarium in absencia subprioris et duos antiquiores in ordine de conventu. presentes in capitulo. in tractatu eorum. que mittenda sunt ad capitulum. observeturˀ et sigillo conventus ipsum scrutinium sigilletur. et per socium prioris ad capitulum provinciale transmittatur. dictis [autem] scrutatoribus voluntatum. in virtute obediencie precipimus. quod ipsum scrutinium alicui per modum [aliquem] non revelent. Et hec habet ·ii· capitula.

Iste sunt inchoaciones. Inchoamus has. In capitulo de capitulo provinciali. ubi dicitur. infra vero idem tempus. deleatur. idem tempus. et dicatur. quinquennium ab ingressu ordinis fratres alii etc.

Item hanc. In capitulo de visitatoribus. ubi dicitur. priores autem vel lectores. addatur. et subpriores.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. hoc excepto. quod eos includi sicut in electione magistri non oportet. addatur. tres autem priores conventuales. qui primitus habitum nostri ordinis susceperuntˀ disquirant et recipiant vota fratrum.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. ubi dicitur. predicatores autem generales dicimus. qui per priores provinciales et diffinitores provincialis capituli fuerint instituti. addatur. quos instituendi nullus vicarius. eciam cum diffinitoribusˀ habeat potestatem. dicti autem predicatores dicto officio non funganturˀ nisi in provincia in qua fuerint instituti.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur. ·iiii^or· autem provincie scilicet. Provincia. Lombardia. Theotonia. Anglia. deleatur totum usque ibi. provideant. et dicatur sic. singule autem provincie. exceptis duabus. scilicet. Grecie et Terre sancte. provideant etc.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. teneantur providere. videlicet. in bibliotheca. ystoriis et sentenciis. addatur. et vestitu.

Item hanc. In capitulo de recipiendis. ubi dicitur. nec conventus aliquis recipiat aliquem conversum sine licencia prioris provincialis. addatur. nec receptus fiat clericus sine licencia magistri ordinis speciali.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum generalis et provincialis capituli. in fine ubi dicitur. idem dicimus de diffinitore capituli generalis. addatur. et socio prioris provincialis euntis ad capitulum provinciale vel generale.

---

11) vero *om.* B. — 14) vel lectores] seu electores A1, 2. — 20) priores provinciales] priorem provincialem B. — 21) provincialis capituli *om.* B. — 26) scilicet — sic] etc. deleatur totum et dicatur sic B. — 29) hanc *om.* B. — videlicet] scilicet B. — 31) hanc *om.* B. — 32) recipiat aliquem *om.* B. — addatur *om.* B. — 36) provincialis] conventualis A1, 2. — provinciale vel] pro provincia B.

Item. Ubicumque fit mencio de confessione generali in officio ecclesiastico. ubi dicitur. confiteor deo et beate Marie. addatur. et beato Dominico.

Hee sunt admoniciones. Cum privilegium mereatur amittere. qui commissa sibi abutitur potestate. ordinamus et volumus et mandamus et districte iniungimus prioribus provincialibus et diffinitoribus capitulorum provincialium. ut in committenda auctoritate predicandi. et confessiones audiendi. formam a summo pontifice traditam exacta diligencia studeant observare. Caveant autem. ne dictam auctoritatem committant notabiliter multis. illi vero quibus commissa fuerit auctoritas memorata. de casibus a iure ordinariis reservatis. se nullatenus intromittant. nec eciam de casibus. quos prefati ordinarii sibi duxerint reservandos. nisi de eorum beneplacito et assensu.

Item. Eciam fratres diligenter et efficaciter. secundum datam eis a domino graciam. illos qui sibi confessi fuerint exhortentur. ut saltem semel in anno suis presbiteris parochialibus confiteantur. prout statuit concilium generale. et summus pontifex ordinavit. Quamvis eciam a sede apostolica predicandi sibi sit concessa potestas. ob reverenciam ordinariorum et rectorum ecclesiarum parochialium. et pacem cum eis habendam. volumus. quod prohibentibus ordinariis vel eciam rectoribus. ne in sua ecclesia predicent. a predicacione desistant.

Item. Cum ex favore prelatorum et clericorum tam in spiritualibus quam temporalibus ordini multum accrescat. iniungimus fratribus universis. ut ab eorum offensis caveant. sentencias rite per eos latas observent. et interdum laycos moneant. ut que sibi iure debentur. persolvant. et per reverenciam. humilitatem. ac familiaritatem captare studeant. graciam eorumdem.

Item. Cum quilibet frater teneatur utilitatem ordinis procurare. monemus ut in electionibus. scrutiniis. et tractatibus eorum que ad generale vel provinciale capitulum sunt mittenda. non renuncient voci sue.

Item. Studentes studiis deputati. studio diligenter intendant et a familiaritatibus et discursibus et occupacionibus superfluis. arceantur.

Item. Cum studentes tam alienigene quam indigene. non sint ad imparia iudicandi. monemus priores provinciales et conventuales. in quorum provinciis et conventibus generalia studia vigent. ut tam in neces-

5) commissa] concessa B. — et *ante* volumus *om.* B. — 8) traditam] vel positam *add.* B. — 9) autem] eciam B. — 10) multis *om.* A1, 2. — commissa] concessa B. — 11) iure ordinariis] iudice ordinario B. — 12) sibi duxerint *om.* A2; sibi *om.* B. — 13) beneplacito] licencia B. — 15) domino] deo B. — 16) presbiteris *om.* B. — 20) volumus] et ordinamus *add.* B. — vel eciam] et B. — 23) ordini] ordo noster B. — 24) observent] et teneant *add.* B. — 26) ac] et B. — 28) ordinis] sui ordinis B. — 29) scrutiniis et] et scrutiniis in B. — 31) item] quod *add.* B. — studio diligenter intendant] studeant diligenter B. — 33) cum] quod B. — 34) et conventuales *om.* B. — 35) et conventibus *om.* B.

sariis exhibendis. quam in aliis ad consolacionem eorum spectantibus. extraneos sicut et suos: caritative pertractent. et faciant ab aliis pertractari.

Item. Cum per ordinarios pocius quam per vicarios. que agenda incumbunt. consueverint consulcius ordinari: volumus et monemus. ut gerentes vices prioris provincialis. provincialatu vacante: non sint faciles ad absolvendum priores et ad transferendum fratres de conventu ad conventum: nisi ex legitima et rationabili causa. vel nisi de consilio diffinitorum. quando eis contigerit provinciale capitulum celebrare.

Item. Magister ordinis de diffinitorum ordinacione. consilio et assensu. districte interdicit prioribus provincialibus et diffinitoribus capitulorum provincialium. ne scrutinia priorum eis oblata. nec secreta eis in diffinicione relata. nec alia occulta ad diffinicionem spectancia: aliis personis revelent. ex quibus possit scandalum vel turbacio exoriri.

Item. Cum ex divisione aliorum limitum inter provincias. conventus et fratres. consueverit turbacio generari: magister ordinis. de diffinitorum ordinacione consilio et assensu. districte iniungit prioribus provincialibus et conventualibus ac ceteris fratribus. ut limitaciones factas inter provinciam et provinciam. studeant exacta diligencia: observare. et fratres. qui contrarium fecerint. pene gravis culpe subiaceant. et quicquid quesierint infra limites alterius provincie conventibus. in quorum preiudicium hoc fecerint: absque dilacione restituere teneantur.

Item. Prohibemus districtius. quod nullus conversus fiat clericus sine licencia magistri ordinis speciali.

Ista sunt suffragia. Pro domino papa et statu universalis ecclesie: quilibet sacerdos ·vi· missas. et quilibet conventus ·vi·

Pro domino Hostiensi: quilibet sacerdos ·ii· missas de beata virgine. et quilibet conventus ·ii· missas (1).

Pro venerabili collegio cardinalium: quilibet sacerdos ·iii· missas.

Pro domino G. cardinali defuncto: quilibet sacerdos ·iii· missas (2).

Pro domino Ludovico quondam rege Francie. et predecessoribus suis. pro domino Ernardo primogenito regis Castelle. comitissa Flandrie. domina Anna filia regis. Agnete sorore regis Boemie: quilibet sacerdos ·ii· missas.

1) aliis] ceteris B. — spectantibus] expectantibus A1, 2. — 2) caritative *om.* B. — 3) per *post* quam *om.* B. — 4) monemus] mandamus A1. — 5) prioris *om.* B. — non *om.* A2. — 7) vel] et B. — 8) eis] eorum B. — 11) oblata] nec secreta eis priorum oblata *add.* A1, 2. — 12) spectancia] expectancia A1, 2. — 13) personis] extra diffinicionem *add.* B. — 17) et conventualibus *om.* B. — 19) fecerint] pro qualibet vice *add.* B. — culpe] debite *add.* B. — 20) quesierint] acquisierint B. — 22) quod] ut B. — 24) ista sunt — noster *om.* B.

(1) Scil. pro fr. Latino; cf. supra p. 215 l. 8.

(2) Scil. pro Guilelmo de Braio † 1282 apr. 29; cf. Eubel l. c. p. 8.

Pro qualibet missa superius posita: clerici ·vii· psalmos cum letania. conversi ·c· pater noster.

Committimus magistro ordinis ordinacionem studiorum generalium. ut ipse de magistris et bacallariis ordinet et disponat. prout generali utilitati ordinis et profectui fratrum: viderit expedire.

Concedimus Romane provincie ·ii· domos. unam ponendam in civitate Theatina. aliam in Thuscia. provincie Theotonie: ·iii· provincie Anglie: ·ii· provincie Ungarie: ·ii·

Et ponantur omnes. ubi prioribus provincialibus et diffinitoribus capitulorum videbitur expedire. nec situentur in locis. ex quorum vicinitate possit aliis provinciis preiudicium generari.

Absolvimus priores provinciales Ungarie: et Anglie.

Absolvimus priores conventuales Susatensem. Nove civitatis. Soldinensem. Amburcensem. Strasburgensem. Frisacensem. Basiliensem. Cremensem. Treverensem. Bernensem. Pasvalcensem. Prinslaviensem: Sesecensem(?). nec hac vice resumantur ad eadem officia: in eisdem provinciis vel conventibus.

Omnibus fratribus. qui in conventu Pasvalcensi litteras vicarie a vicario acceperunt et detinuerunt. vel de quorum consilio et assensu illud est factum. iniungimus ·xv· dies in pane et aqua. et sedeant in terra. et totidem recipiant disciplinas et totidem dicant letanias. et privamus eos omni voce. nisi in sui accusacione: donec restituti fuerint per magistrum ordinis vel capitulum generale.

Omnibus prioribus qui remanserunt de capitulo sine licencia nec se legitime excusaverunt: iniungimus ·vi· dies in pane et aqua. et totidem recipiant disciplinas.

Volumus eciam et iniungimus. quod diffinitores presentis capituli et futuri honeste deducantur: de conventu ad conventum.

Sentencias iudicum approbamus.

Sequens generale capitulum assignamus apud Montempessulanum: in provincia Provincie. diffinitores autem sint ibi: dominica infra octavas ascensionis domini.

Actis additae sunt litterae magistri ordinis; cf. app. n. XXXIV.

3) generalium] etc. *add.* B. — 7) aliam] et aliam B. — provincie *bis om.* B. — 8) provincie *om.* B. — 9) et — expedire *om.* B. — 10) ex — provinciis] in quibus aliis provinciis possit B. — 13) absolvimus — conventibus *om.* B. — Susatensem] Suastensem A1, 2. — 15) Treverensem] Reverensem A1. 2. — Bernensem *om.* A1. — Pasvalcensem] Beculensem A1, 2. — 18) Pasvalcensi] Posuacensi B. — Perualensi A1, 2. — a vicario *om.* B. — 19) detinuerunt] retinuerunt B. — 20) sedeant] sedendo B. — 21) disciplinas] in capitulo *add.* B. — et totidem dicant letanias *om.* B. — 22) donec] quousque B. — 24) omnibus — conventum *om.* B. — 30) in provincia Provincie *om* B. — autem sint] veniant B.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS APUD MONTEMPESSULANUM CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· LXXXIII°·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de electione diffinitorum capituli provincialis et generalis. ubi dicitur. maior possit numerus inveniri. addatur. predicti igitur ·iiii^or^· diffinitores eligantur in die proxima precedente diem assignacionis provincialis capituli. et ex tunc incipiat auctoritas eorumdem. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de apostatis. ubi dicitur. secundum quod sue discrecioni visum fuerit. vel placitum. addatur. apostate unius conventus non recipiantur a priore alterius conventus ad ordinem in eadem provincia? sine licencia prioris provincialis. nec apostate aliarum provinciarum recipiantur in aliis provinciis? sine licencia magistri ordinis. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. ubi dicitur. eius excessum referant ad capitulum scripto communiter sigillato. addatur sic. singulis annis auditis culpis in capitulo provinciali fiat secretum scrutinium in conspectu omnium super retencione vel absolucione prioris provincialis. cum expressione nominum et officiorum fratrum exprimencium vota sua per diffinitores capituli provincialis. quod scrutinium non publicetur vel alicui ostendatur. sed statim sigillis omnium diffinitorum in conspectu omnium sigilletur. et per diffinitorem generalis capituli vel eius socium vel per socium prioris provincialis in anno provincialium ad generale capitulum deferatur. Et hec eadem forma scrutinii faciendi de priore conventuali per subpriorem vel eius vicarium in absencia subprioris et duos antiquiores in ordine de conventu presentes in capitulo in tractatu eorum. que mittenda sunt ad capitulum? observetur. Dictis autem scrutatoribus voluntatum in virtute obediencie precipimus. quod dictum scrutinium alicui per modum aliquem non revelent. Et hec habet ·iii· capitula.

Iste sunt approbaciones. Approbamus has. In capitulo de capitulo provinciali. ubi dicitur. infra vero idem tempus. deleatur. idem tempus. et dicatur. quinquennium ab ingressu ordinis fratres alii etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de visitatoribus. ubi dicitur. priores autem seu lectores. addatur. et subpriores. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur.

---

31) has] hanc B. — 33) fratres *om.* A2.

hoc excepto quod eos includi sicut in electione magistri non oportet. addatur. tres autem priores conventuales. qui primitus habitum nostri ordinis susceperunt; disquirant et recipiant vota fratrum. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. ubi dicitur. predicatores autem generales dicimus. qui per priorem provincialem et diffinitores provincialis capituli fuerint instituti. addatur. quos instituendi nullus vicarius eciam cum diffinitoribus; habeat potestatem. Dicti autem predicatores dicto officio non fungantur; nisi in provincia. in qua fuerint instituti. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de recipiendis. ubi dicitur. nec conventus aliquis recipiat conversum sine licencia prioris provincialis. addatur. nec receptus fiat clericus; sine licencia magistri ordinis speciali. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In confessione generali. ubi dicitur. confiteor deo et beate Marie. addatur. et beato Dominico. Et hec habet ·ii· capitula.

Iste sunt inchoaciones. Inchoamus has. In capitulo de ieiuniis. ubi dicitur. et vigilia Iohannis Baptiste. Petri et Pauli. Iacobi. addatur. et beati Dominici patris nostri.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. ad hoc idem electos a maiori parte conventus. addatur. per disquisicionem prioris vel gerentis vices eius et duorum fratrum. qui primitus habitum nostri ordinis susceperunt.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. in fine addatur sic. si vero in provincialatu decesserint; libri et alia que habuerint per provisionem ordinis a provincia. antequam essent provinciales. vel eciam ab aliquo conventu; ad provinciam vel conventum pertinebunt. alia vero omnia que habuerint. sint illorum conventuum; de quibus assumpti fuerunt. ea vero que acquisierunt tempore provincialatus; ad provincias quarum erant priores spectabunt.

Item hanc. In capitulo de capitulo generali. in fine addatur. uno anno intermittatur; et sequenti anno celebretur. et quicquid contra sentenciam huius constitucionis repertum fuerit in constitucionibus; per diffinitores tercii sequentis capituli removeatur.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. in fine addatur. capitula provincialia uno anno intermittantur et sequenti anno celebrentur. nichilominus tamen cum in aliqua provincia capitulum generale cele-

---

5) item — capit. *om.* B. — 15) item — capitula *om.* A1, 2. — 17) has] hanc B. — 18) vigilia] beati *add.* A1, 2. — Pauli] et *add.* B. — 20) item — susceperunt *om.* B. — 27) conventum] ad conventum simpliciter B. — 30) spectabunt] expectabunt A1, 2. — 31) addatur] capitula generalia *add.* B. — 32) intermittatur... celebretur] intermittantur... celebrentur B. — 35) item — removeatur *om.* A1, 2.

bratur. simul eciam cum eodem capitulum provinciale celebretur. et quicquid contra sentenciam huius constitucionis repertum fuerit in constitucionibus: per diffinitores tercii sequentis capituli removeatur.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur ·iiii^or^· autem provincie. deleatur totum usque ibi. provideant. et dicatur sic. sex autem provincie. scilicet. Hyspania. Provincia. Lombardia. Romana provincia. Theotonia. Anglia: provideant etc.

Iste sunt admoniciones. Admonemus et volumus. quod priores circa instructionem et informacionem fratrum iuvenum. eciam post ipsorum professionem: diligentem curam adhibeant. nec eos exponant discursibus. nec ad artes addiscendas eos exponant: nisi prius in divino officio instructi fuerint et in religione et in observanciis regularibus informati.

Item. Volumus et mandamus. quod constitucio de recipiendis noviciis arcius observetur. et in eadem etate a constitucionibus determinata: sine causa valde legitima nullatenus dispensetur. Et si aliqui de cetero aliquem infra etatem a iure taxatam receperint contra iura. vel tali recepcioni consenserint cum effectu: sint privati vocibus in recepcione noviciorum. quousque per magistrum ordinis. vel per priorem suum provincialem et diffinitores capituli provincialis fuerint restituti. Et insuper priores provinciales eos. quos invenerint in hoc amplius deliquisse: privent omni voce. prout viderint expedire. et nichilominus qui circa hoc deliquerunt a tempore generalis capituli Florencie celebrati: (1) ·xii· dies in pane et aqua abstineant. nisi de hoc alias specialiter sint puniti. et totidem in capitulo recipiant disciplinas.

Item. Inhibemus districte. ne fratres faciant inductiones in electionibus. et priores provinciales vel eorum vicarii inquirant de hoc diligenter. et si aliqui contra hoc fecerint de cetero: priores provinciales vel eorum vicarii. privent eos voce in omni electione per triennium. et per eosdem eciam alias acrius puniantur.

Item. Eadem districtione prohibemus. ne fratres aliquid recipiant sub secreto: quod vergat in preiudicium correctionis vel ordinis. quod si quis tale secretum receperit: ad requisicionem prelati sui illud sibi teneatur fideliter revelare.

---

5) ibi *om.* B. — sex — etc.] singule autem provincie exceptis duabus scilicet Grecie et Terre sancte provideant etc. B. — 9) fratrum *om.* B. — 10) exponant] vel *add.* B. — 11) eos exponant] ponantur B. — 12) in *ante* religione *et* observanciis *om.* B. — 14) arcius] diligencius B. — 15) nullatenus] non B. — 16) aliquem *om.* B. — contra iura *om.* B. — 19) et *ante* insuper *om.* B. — 21) et — deliquerunt] et insuper qui contra deliquerint B. — 22) Florencie] ultimo *add.* A1, 2. — 23) alias specialiter] aliter B. — 26) vel] et B. — 27) hoc *om.* B. — 29) eciam *om.* B. — 30) item] in *add.* A2. — 31) vel *om.* B. — 32) quis] aliquis B.

---

(1) Cf. supra p. 164 l. 12 sqq.

Item. Volumus et districte iniungimus prioribus universis et eorum vicariis. quod silencium et alias observancias regulares: diligencius faciant observari. et in combinacione fratrum et maxime iuvenum: sint solliciti et intenti. ut eos associent. prout expedit. honestati et securitati ordinis: et moribus singulorum.

Item. Caveant priores cum summa diligencia. ne in domo recreacionis cum carnibus tritis vel sectis cibaria permittant aliquatenus ministrari.

Item. Quod fratres studentes per priores provinciales ad suas provincias revocati: literas sue revocacionis priori domus presentare vel denunciare sine more dispendio teneantur.

Item. Volumus. quod diligencius observetur ordinacio facta in capitulo Burdegalensi circa deposita. que talis est. in singulis conventibus tres depositarii per conventum assignentur. qui sine licencia prioris vel eius vicarii. recipiendi. ostendendi. seu reddendi deposita: non habeant potestatem. nec prior eciam vel eius vicarius: sine ipsis. quod si aliquem dictorum depositariorum abesse vel impediri contigerit: clavis eius tradatur illi. quem prior vel eius vicarius assignaverit de consilio discretorum. et caveant semper. ne unus simul teneat plures claves. preter istam autem ordinacionem: nullus frater audeat depositum aliquod recipere vel tenere (1).

Item. Volumus et monemus. quod priores provinciales fratribus. quos de conventu ad conventum mutant. prefigant terminum. infra quem ad assignatos sibi conventus recedere teneantur.

Item. Cum multe provincie divisionem provinciarum petant. et usque modo a multis provinciis non potuerit modus congruus inveniri: volumus et mandamus. quatenus singuli provinciales et diffinitores. in suis provincialibus capitulis diligenter conferant et inquirant. qualiter et per quem modum sua provincia dividi possit. et modum ipsum sub sigillis provincialis et diffinitorum. scribant ad sequens capitulum generale. ut magister et diffinitores dicti capituli a singulis provinciis informati ad inchoandam constitucionem de divisione procedant. si modus potuerit congruus inveniri.

Monemus priorem provincialem Provincie et diffinitores et priores

---

1) et] ac *ante* eorum B. — 3) combinacione — sint] combinando fratres et maxime iuvenes sint valde B. — 9) item] monemus *add.* B. — 16) prior eciam vel eius vicarius] priores eciam vel eorum vicarii B. — si *om.* A1, 2. — 17) dictorum] predictorum A2. — 20) autem *om.* A1, 2. — 22) item — teneantur *om.* A1, 2. — 28) qualiter et *om.* B. — 31) ad — potuerit] ad divisionem procedant si modus poterit B. — 32) divisione] disposicione A1, 2.

---

(1) Cf. supra p. 191 l. 4-11.

conventuales et ceteros rectores eiusdem provincie et districte eis iniungimus. quod ita se communes exhibeant et in suis diffinicionibus. correctionibus. promocionibus fratrum ita se ostendant habere communem affectum: quod nullus possit de notabili parcialitate notari. Quod si per aliquos secus factum fuerit: rogamus. quod magister ordinis sive illos a suis officiis amovendo. sive illos extra provinciam mittendo. sive instituendo in eadem provincia vicarium. vel visitatores de alia provincia destinando. vel alio modo. quo sibi videbitur: salubre remedium studeat suo tempore adhibere.

Item. Psalmus cum letania more solito dicatur.

Concedimus provincie Hyspanie ·i· domum ponendam in Castella. provincie Theotonie: ·ii· provincie Dacie: ·i· ponendas omnes. ubi prioribus provincialibus et diffinitoribus capitulorum provincialium videbitur expedire.

Ista sunt suffragia. Pro domino papa et statu universalis ecclesie: quilibet sacerdos ·iii· missas.

Pro venerabili collegio dominorum cardinalium: quilibet sacerdos ·ii· missas.

Pro domino Latino Hostiensi et Veletrensi episcopo: (1) quilibet sacerdos ·ii· missas. unam de beata virgine et aliam de beato Dominico.

Absolvimus priores Pirpiniani. Brivensem. Brageriacensem. Bitterrensem. Nemausensem. Avinionensem. Alestensem. Valentinum. Massiliensem. Grassensem.

Item. Absolvimus omnes predicatores generales in duobus capitulis provincialibus immediate preteritis in provincia Provincie scilicet apud Massiliam et apud Carcassonam per diffinitores et per vicarios institutos (2).

Sentencias iudicum approbamus.

Cum conventus Parisiensis debitorum onere nimium sit gravatus. rogamus priores et fratres universos. quod si eis occurrerit opportunitas ad alleviandum paupertatem illius conventus dent operam efficacem (3).

---

1) rectores] fratres B. — 2) se *om.* A2. — et *om.* B. — correctionibus — fratrum] correctionibus et promocionibus fratrum et B. — 4) nullus possit de] de nulla possint B. — 6) illos *om.* B. — mittendo] emittendo B. — 8) vel] aut B. — 11) provincie *om.* B. — ·I·] duas B. — 13) ponendas — ascensionis *om.* B. — 21) Bitterrensem] Lateranensem A2.

---

(1) Cf. supra pag. 215 l. 8.

(2) De praedicatoribus generalibus institutis in capitulis provincialibus provinciae Provinciae celebratis Massiliae (1281) et Carcassonae (1282) cf. DOUAIS *Acta* etc. pag. 250 n. VII.

(3) Cf. supra pag. 109 l. 30 et not. I.

Capitulum generale sequens assignamus apud Bononiam. in provincia Lombardie.

Diffinitores autem veniant dominica infra octavas ascensionis.

Iste sunt penitencie. Omnibus fratribus de provincia Provincie. qui contra ordinacionem capituli generalis de priore provinciali electionem fecerunt et post cassacionem electionis eumdem iterato elegerunt. iniungimus ·v· dies in pane et aqua.

Fratri Poncio de Caerano. qui gessit vices prioris de conventu Castrensi. et ceteris fratribus qui consenserunt ad dandam literam testimonialem ad excusacionem fratris Petri Bertrandi damus ·vii· dies in pane et aqua ·vii· letanias ac totidem disciplinas (1).

Item. Fratribus. qui consenserunt in quamdam literam infamatoriam contra fratrem Iohannem Vigorosi ·vii· dies in pane et aqua. illis vero qui primitus consenserunt et postmodum negaverunt in capitulo ! iniungimus ·x· dies in pane et aqua ·x· disciplinas et ·x· letanias (2).

Cum quidam fratres conversi de provincia Provincie scapularia parva deferant. que nimis alba et similia scapularibus clericorum esse videntur. districte iniungimus omnibus prioribus conventualibus et eorum vicariis. ut infra quindenam. postquam hec nostra ordinacio ad conventus eorum devenerit ! dicta scapularia ab eis faciant removeri vel tingi. alioquin dicti priores et eorum vicarii una die in pane et aqua in qualibet septimana ieiunent. donec illud cum effectu duxerint ordinandum.

Concedimus magistro ordinis ordinacionem studiorum generalium. etc.

Actis additae sunt litterae magistri ordinis; cf. app. n. XXXV.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS BONONIE CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· LXXXV°·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de capitulo provinciali. ubi dicitur. infra idem tempus. deleatur. idem tempus. et dicatur.

1) in provincia Lombardie *om.* B. — 3) diffinitores — ascensionis *om.* A1, 2. — 6) elegerunt] reelegerunt A1, 2. — 8) Caerano] Carcino B. — qui — Castrensi *om.* A1, 2. — 9) ceteris] omnibus illis B. — testimonialem — Petri] testimonialem fr. Petro B. — 11) totidem] septem B. — 12) item — letanias *om.* A1, 2. — 18) conventualibus *om.* B. — 23) concedimus — etc. *om.* A1, 2. — Isto anno scilicet .m°. cc°. lxxxiiii°. non fuit celebratum generale capitulum. quia magister ordinis felicis ac dulcis memorie venerabilis pater frater Iohannes de Uerzellis. verus Israelita. migravit ad dominum Ihesum Christum in conventu Montispessulani. Vir fuit magne perfectionis atque sanctitatis. et rexit ordinem per magnum tempus. scilicet per decem et novem annos et dimidium in magna sanctitate. — In isto generali capitulo Bononie celebrato. venerabilis pater frater Munio prior provincialis Hyspanie: fuit factus magister ordinis nostri. *add. in marg.* A1, 2. — 28) de capitulo *om.* A2.

(1) De fr. Pontio Caerano cf. DOUAIS l. c. p. 457 not. 5.

(2) De fr. Ioanne Vigorosi cf. l. c. indicem.

quinquennium ab ingressu ordinis fratres alii etc. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In capitulo de visitatoribus. ubi dicitur. priores autem seu lectores. addatur. seu subpriores. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. hoc excepto. quod eos includi sicut in electione magistri non oportet. addatur. tres autem priores conventuales. qui primitus habitum nostri ordinis susceperunt ? disquirant et recipiant vota fratrum. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. ubi dicitur. predicatores autem generales dicimus. qui per priores provinciales et diffinitores capituli provincialis fuerint instituti. addatur. quos instituendi nullus vicarius eciam cum diffinitoribus habeat potestatem. dicti autem predicatores dicto officio non fungantur ? nisi in provincia. in qua fuerint instituti. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. Ubicumque fit mencio de confessione generali in officio ecclesiastico. ubi dicitur. confiteor deo et beate Marie. addatur. et beato Dominico. Et hec habet tria capitula.

Iste sunt approbaciones. Approbamus has. In capitulo de ieiuniis. ubi dicitur. et vigilia Iohannis Baptiste. Petri et Pauli. Iacobi. addatur. et beati Dominici patris nostri. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. ad hoc idem electos a maiori parte conventus. addatur. per disquisicionem supprioris vel gerentis vices eius. et duorum fratrum. qui primitus habitum nostri ordinis susceperunt. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. in fine addatur sic. si vero in provincialatu decesserint. libri et alia. que habuerit per provisionem ordinis a provincia. antequam essent provinciales vel eciam ab aliquo conventu ? ad provinciam vel conventum simpliciter pertinebunt. alia vero omnia que habuerint sint illorum conventuum ? de quibus assumpti fuerunt. ea vero que adquisierunt tempore provincialatus. ad provincias quarum erant priores ? spectabunt. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur ·iiii^{or}· autem provincie. deleatur totum usque ibi. provideant etc. et dicatur sic. sex autem provincie. scilicet. Hyspania. Provincia. Lombardia. Romana provincia. Theotonia. Anglia provideant etc. Et hec habet ·ii· capitula.

---

4) seu *ante* lectores *om.* A1. — 17) addatur *om.* A2. — 20) et *ante* vigilia *om.* B. — Baptiste — capitula] Baptiste etc. Et hec habet II. capitula. Et infra in eodem capitulo. ubi dicitur. Petri et Pauli et Iacobi. Et hec habet ·II· capitula B. — 23) idem] quidem A1, 2. — 26) item — si vero] item in eodem capitulo in fine dicatur sic. si isti B. — 34) autem *om.* A1.

Item hanc. In capitulo de capitulo generali. in fine addatur. capitula generalia uno anno intermittantur et sequenti anno celebrentur. et quidquid contra sentenciam huius constitucionis repertum fuerit in constitucionibus ⁝ per diffinitores primi sequentis capituli removeatur. Et hec habet ·ii· capitula.

Iste sunt inchoaciones. Inchoamus has. In capitulo de officio ecclesie. ubi dicitur. audito primo signo surgant fratres. deleatur quod sequitur usque ibi. matutinas autem. et dicatur sic. et facto secundo signo stando dicant in choro ante horas canonicas omnes horas de beata virgine pro tempore. completorio excepto dumtaxat ⁝ quod post completorium diei dicatur in choro.

Item hanc. In capitulo de domibus construendis et concedendis. ubi dicitur. cura vel custodia monialium seu quarumlibet aliarum mulierum nostris fratribus non committatur. addatur. nisi de licencia magistri ordinis speciali.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum capituli generalis et provincialis. ubi dicitur. fratres autem qui uno anno electi sunt. etc. deleatur totum usque ibi. idem dicimus. et dicatur sic. fratres autem qui in uno anno in capitulo generali vel provinciali diffinierint ⁝ non possint in sequenti capitulo diffinire.

Item hanc. In letania ubi dicitur. sancta Katherina ora pro nobis. addatur. sancta Margareta ora pro nobis.

Iste sunt admoniciones. Admonemus. quod omni tempore dicatur semel in septimana missa conventualis de beata virgine. nisi causa legitima obstiterit.

Item. Inhibemus districte. ne in electionibus ordinis quibuscumque aliqua fiat inductio directe vel indirecte sub pena admonicionis capituli precedentis que talis est. Inhibemus districte. ne fratres faciant inductiones in electionibus. et priores provinciales vel eorum vicarii inquirant de hoc diligenter. et si contra hoc aliqui fecerint de cetero ⁝ priores provinciales vel eorum vicarii privent eos vocibus in omni electione per triennium. per eosdem eciam acrius puniantur.

Item. Volumus et ordinamus. quod inquisitores heretice pravitatis ad capitula ordinis. secundum modum ordinis teneantur venire.

---

1) capitula generalia] capitulum generale etc. B. — 7) quod] quicquid B. — 8) usque ibi *om.* B.— et *ante* facto *om.* B. — secundo *om.* B. — stando *om.* B. — 9) de beata virgine] beate virginis B.— 10) completorio *om.* A1, 2. — diei *om.* B. — 12) construendis et *om.* B. — 14) addatur *om.* B. — 17) qui] in *add.* B. — 18) totum *om.* A2. — idem *om.* B. — sic *om.* A2. — autem *om.* B. — 19) generali vel *om.* B. — 23) dicatur] fiat B. — 24) missa conventualis] memoria de B. — 26) districte] districtius B. — quibuscumque] cuicumque A1, 2. — 27) admonicionis] excommunicacionis *quod in* privacionis *corr.* A1. — 34) ordinis — venire] ordinis venientes venire semper more nostri ordinis teneantur B. — venire *om.* A1.

Item. Monemus et districte iniungimus. quod constitucio de non eundo ad curiam Romanam nisi de licencia magistri ordinis. vel capituli generalis ? arcius observetur.

Item. Fratres non utantur licencia loquendi in mensa aut aliis dandi. nisi literas de data sibi auctoritate ostendant speciales.

Item. Scrutinia non fiant de cetero de lectoribus retinendis vel eciam amovendis.

Item. Volumus et ordinamus. quod nullus frater fiat episcoporum vel electorum vicarius ? in rebus temporalibus dispensandis.

Item. Admonemus fratres. quod a loqutoriorum frequencia se subtrahant. et iniungimus prioribus et eorum vicariis ? quod hoc faciant diligencius observari.

Item. Fratres bursas et capsellas amoveant et eisdem de cetero non utantur.

Item. Inhibemus. ne priores libros fratrum defunctorum seu alia alienent ? sine consensu conventus.

Item. Monemus. quod fratres qui habent scribere magistro ordinis et diffinitoribus capituli generalis vel provincialis ? breviter et aperte scribant.

Concedimus provincie Hyspanie ? ·iii· domos unam ponendam in Galicia et duas ponendas. ubi provinciali et diffinitoribus provincialis capituli videbitur expedire. cum assensu et voluntate maioris partis ipsius.

Item. Provincie Provincie ? ·iii· domos.

Romane provincie ·ii·

Provincie Alamanie ? ·iii· domos. et ponantur omnes· ubi prioribus provincialibus et diffinitoribus capitulorum provincialium ? visum fuerit expedire.

Letania more solito dicatur.

Ista sunt suffragia. Pro domino papa. quilibet sacerdos ·v· missas.

Item. Pro venerabili collegio cardinalium. et statu universalis ecclesie ? quilibet sacerdos ·iii· missas.

Pro domino Hostiensi ? quilibet sacerdos ·ii· missas. unam de beata virgine et aliam de beato Dominico ? et quilibet conventus ·i· de spiritu sancto (1).

---

2) vel — generalis *om.* B. — 4) item — amovendis *om.* A1, 2. — 8) frater *om.* B. — 10) admonemus] monemus B. — subtrahant] restringant B. — 11) quod] ut B. — 13) capsellas amoveant] scarsellas de suis corrigiis removeant B. — 15) alia] res alias B. — alienent] vel distribuant *add.* B. — 18) et aperte *om.* B. — 20) unam — ipsius *om.* B. — 23) item *om.* B. — 24) Romane provincie *om.* A2. — 24) ·II·] domos *add.* B. — 25) Alamanie] Teotonie B. — domos — expedire *om.* B. — 29) ista — approbamus *om.* B.

---

(1) Cf. supra pag. 225 l. 19.

Suffragia pro defunctis. Pro animabus bone memorie domini Nicholay. [et domini] Martini Romanorum pontificum : quilibet sacerdos ·i· missam. etc. (1).

Absolvimus priores provinciales Terre sancte : Hungarie.

Priores conventuales : Mediolanensem. Asculensem. sancti Severini. etc.

Item. Priores Massiliensem de provincia Provincie. Albiensem de eadem provincia. et ordinamus. quod per duos annos non assumantur ad officium visitandi.

Item. Priores Montis Albani. Brageriacensem. Briviensem de eadem provincia. pro eo quod sine licencia venerunt et cum multitudine ad capitulum generale. et ordinamus. quod priores hoc anno absoluti in eisdem provinciis et conventibus. ad eadem officia nullatenus assumantur.

Item. Absolvimus omnes predicatores generales de provincia Provincie institutos post capitulum generale in Montepessulano proximo celebratum (2).

Item. Lectores de eadem provincia. qui venerunt ad capitulum generale cum multitudine et sine licencia : suspendimus usque ad annum ab officio lectionum.

Item. Aliis fratribus eiusdem provincie. qui venerunt sine licencia ad capitulum generale : ·v· dies in pane et aqua. ·v· disciplinas iniungimus.

Committimus magistro ordinis ordinacionem studiorum generalium. ut ipse de magistris et bacallariis ordinet et disponat : prout generali utilitati ordinis viderit expedire.

Item. Volumus et iniungimus. quod diffinitores capituli presentis et futuri. et electores magistri deducantur de conventu ad conventum.

Sentencias iudicum approbamus.

Sequens generale capitulum Parisius assignamus. et diffinitores sint ibi dominica infra octavas ascensionis.

Actis additae sunt litterae magistri ordinis; cf. app. n. XXVI.

---

3) provinciales] provincie *add.* A2. — 20) sine] absque A2. — 28) et — ascensionis *om.* B.

---

(1) Scil. Nicolai III. † Suriani 1280 aug. 22. et Martini IV. † Perusii 1285 mart. 28. Eubel l. c. pag. 959.

(2) De praedicatoribus generalibus institutis per cap. provinciale Montispessulani a. 1283 celebrati cf. Douais l. c. pag. 268 n. VI.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS PARISIUS CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· LXXXVI°·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de ieiuniis. ubi dicitur. et vigilia s. Iohannis Baptiste. Petri et Pauli. et Iacobi. addatur. et beati Dominici patris nostri. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. ad hoc idem electis a maiore parte conventus. addatur. per disquisicionem subprioris vel gerentis vices eius. et duorum fratrum. qui primitus habitum nostri ordinis susceperunt. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. in fine addatur sic. si vero in provincialatu decesserint. libri et alia que habuerint per provisionem ordinis. antequam essent priores provinciales a provincia vel eciam ab aliquo conventu ? ad provinciam vel conventum simpliciter pertinebunt. alia vero que habuerint. sint illorum conventuum ? de quibus assumpti fuerint. ea vero que adquisierunt tempore provincialatus. ad provincias quarum erant priores ? spectabunt. Et hec habet tria capitula.

Iste sunt approbaciones. Approbamus has. In capitulo de domibus concedendis et construendis. ubi dicitur. cura vel custodia monialium seu quarumlibet aliarum mulierum nostris fratribus non committatur. addatur. nisi de licencia magistri ordinis speciali. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In letania ubi dicitur. sancta Katerina ora pro nobis. addatur. sancta Margareta ora pro nobis. [Et hec habet duo capitula].

Iste sunt inchoaciones. Inchoamus has. In capitulo de domibus concedendis. in fine dicatur sic. singule provincie ordinis nostri. exceptis provincie Terre sancte et Grecie. dividantur in duas. quam divisionem magister ordinis et diffinitores capituli generalis immediate sequentis. postquam hec constitucio approbata fuerit et confirmata. facere teneantur et faciant secundum modum eis tradendum a singulis provinciis dividendis. quem modum ipse provincie dividende tradere teneantur infra nominatum capitulum post confirmacionem predictam. Et si dicte provincie in modum divisionis non conveniant ? duos fratres mittere teneantur et mittant. qui in dicto capitulo generali referant magistro et diffinitoribus. que circa divisionem viderint expedire. quod si modum divisionis predicte

---

5) et] (*ante* vigiliam) in B. — Pauli — capitula] Pauli etc. Et hec habet ·III· capitula. Et infra in eodem ubi dicitur vigilia Petri et Pauli et Iacobi. Et hec habent ·III· capitula B. — 7) item — capitula *om.* B. — 18) has] hanc B. — 19) et construendis *om.* B. — 22) hanc *om.* B. — 23) ora — capitula *om.* B. — 24) has] constituciones *add.* B. — 25 in fine dicatur] addatur A2. — 30) teneantur] et faciant *add.* B. — nominatum capitulum] capitulum immediate sequens B. — 31) dicte] alique B. — 33) diffinitoribus — magistro et *om.* A2. — 34) modum] predictum *add.* B.

infra memoratum tempus memoratis magistro et diffinitoribus non presentaverint ; nichilominus ex tunc dicti magister et diffinitores ad divisionem procedant. et nomina ipsis divisis provinciis imponant. et de numero studencium. qui tunc erit mittendorum ad studia generalia ; unum diminuant. et quidquid in constitucionibus huic ordinacioni contrarium vel dissonum invenerint ; corrigant et immutent. Quod si magister a dicto capitulo casu aliquo abesse contigerit ; vicarius eius cum ceteris diffinitoribus ad exequcionem procedat. et si memoratus magister vel eius vicarius aut diffinitores ad divisionem in dicto capitulo aliquarum provinciarum procedere non valerent ; nichilominus magister per seipsum dividendi predictas provincias plenariam ac liberam habeat potestatem ; et exequatur. quam cito obtulerit se facultas. et si inter aliquas provincias contiguas expedire viderit de una ad aliam aliquos conventus transferri ; id faciendi magister ordinis liberam ac plenariam habeat potestatem.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. quod dictum scrutinium aliquis per modum aliquem non revelet. addatur. quod si aliquis vel aliqui de predictis scrutatoribus prioris provincialis impedimentum habuerint iudicio maioris partis medietatis conventus. ad audiendum. videndum seu scribendum ea. que in scrutinio deponuntur. unus de fratribus ad electionem pertinentibus. quem maior pars conventus nominaverit. loco illius qui impeditus fuerit ad recipiendum dictum scrutinium admittatur. et tunc servandum scrutinium ex vi precepti ; ut alii teneatur. et hec eadem forma circa scrutinium electorum prioris provincialis et electionis prioris conventualis ; in omnibus observetur.

Item hanc. In ordinario in rubrica de officio ministrorum altaris. ubi dicitur. et in primis accoliti superpelliciis induti. usque iuvent. addatur. quicumque autem fratres sive ad officium misse sive ad alia officia utantur superpelliciis ; utantur sub ipsis eciam scapularibus. sive suis ; sive communibus a sacrista preparatis. mundis tamen. ita tamen quod capucium scapularis sit extra inter scapulas ordinatum.

Item hanc. In ordinario ad memoriam beati Dominici per totum annum etc. in vesperis ubi dicitur. ad magnificat antiphona. magne pater. et in laudibus antiphona. benedictus. deleantur iste due antiphone.

---

1) memoratum] predictum B. — 2) dicti — diffinitores *om.* B. — 4) qui tunc erit] qui est B. — 6) vel dissonum *om.* B.— et] vel A2. — magister — abesse] magistrum a dicto capitulo casu aliquo contingente abesse B. — 7) ceteris *om.* B. — 8) exequcionem] predictorum *add.* B. — memoratus — diffinitores *om.* B. — 10) nichilominus — habeat] nichilominus dividendi dictas provincias plenariam habeat B. — 13) viderit] videretur B. — 14) ac plenariam *om.* B. — 17) aliquis] alicui B. — provincialis] conventualis B. — 18) habuerint] haberent B. — 20) electionem] ipsam *add.* B. — 24) electionis] electorum B. — 28) fratres *om.* B. — 29) scapularibus] scapulariis B. — 30) tamen *ante* quod *om.* B. — 33) in — benedictus *om.* B.

et provideat magister ordinis de aliis duabus in diebus profestis ⁊ et de aliis duabus in diebus festivis.

Item hanc. In ordinario sive in missali. rubrica ad memoriam beate virginis. ubi dicitur. alleluia virga Iesse. provideat magister quod non solum virga Iesse habeatur. sed alium superaddatur. que duo alleluia alternatim cantentur ⁊ dum officium de beata virgine celebratur.

Item. Inchoamus. quod magister ordinis provideat de alio modo dicendi passionem.

Item hanc. In letania ubi dicitur. sancte Ieronime. addatur. sancte Isidore ora pro nobis. Item ubi dicitur. sancte Benedicte. addatur. sancte Bernarde ora pro nobis.

Item. In eadem ante illud. omnes sancti. immediate preponatur. sancta Helyzabet ora pro nobis.

Item. Inchoamus. quod conventus Duracensis ad provinciam Ungarie transferatur.

Iste sunt admoniciones. Admonemus. ut infirmi in infirmariis iuxta facultatem conventus de communi procurentur ⁊ nec expense eisdem in pecunia pretaxentur.

Item. Monemus. quod omnes fratres conventuales et hospites et studentes in dormitorio requiescant. minutis et infirmis dumtaxat exceptis. et cum conventu ad dicendas matutinas suas surgere teneantur.

Item. Cum predicatores generales in aliquibus provinciis sint multiplicati ⁊ caveant priores provinciales et diffinitores multiplicacionem eorum. nec incontinenti acquiescant peticionibus conventuum vel fratrum.

Item. Fratres itinerantes portent baculos in via et usque dum veniant ad hospicium vel conventum. nec in introitu locorum. ad que declinant. committant baculum alicui seculari ad portandum.

Item. Priores provinciales et diffinitores. assignent semper conventibus prout poterunt fratres ⁊ qui respondere valeant et repetere lectiones.

Item. Imminente electione vel tractatu eorum. que ad generale vel provinciale capitulum sunt mittenda ⁊ fratres non removeantur a suis conventibus. nec priventur voce ⁊ nisi ex causa racionabili et urgente.

Item. Fratres. qui habuerunt licencias a magistro ordinis vel priore provinciali vel eorum vicariis eundi quocunque. antequam recedant de conventibus suis. teneantur dicere de licencia. alias non permittant eos abire prelati.

---

1) ordinis *om.* B. — 3) rubrica ad memoriam] in commemoracione B. — 4) Iesse] addatur *add.* B. — 5) superaddatur] graciosum *add.* B. — 9) hanc *om.* B. — 12) item — nobis] et post sancta Margarita addatur s. Helyzabeth B. — 14) ut] quod B. — 17) conventus] domus B. — communi] conventus *add.* B. — 21) teneantur — item *om.* A1, 2. — 22) sint] notabiliter *add.* B. — 24) vel] sive B. — 25) baculos *om.* A1, 2. — veniant] venerint B. — 26) nec] eciam *add.* B. — 27) baculum] baculos A2. — ad portandum] deportandum B. — 28) et diffinitores *om.* B. — 33) item — prelati *om.* A1, 2.

Item. Provideant prelati seu eorum vicarii. ut aliquis frater conversus ponatur in coquina. et alii in aliis competentibus sibi de assignatis officiis occupentur.

Item. Turbatores pacis et delatores verborum per provinciales et eorum vicarios. in penam aliis conventibus assignentur. et nichilominus prout culpe eorum exegerint; acrius puniantur.

Item. Volumus et ordinamus. ut nomina fratrum defunctorum in actis capituli provincialis ponantur. et acta provinciarum per provinciales et diffinitores seu eorum socios. quolibet anno. ad generale capitulum deferantur.

Item. Volumus et ordinamus. ut in elevacione corporis Christi semper aliqui decentes cerei vel torticii habeantur. et per coadiutores missarum ad totam consecracionem cum debita reverencia teneantur.

Item. Iniungimus subprioribus universis. et in eorum absencia. prioribus et eorum vicariis. ut faciant in constitucionibus inseri locis propriis constituciones confirmatas per generale capitulum infra octo dies. postquam receperint acta. quod si non fecerint; ex tunc quousque id fecerint. ieiunent unam diem in pane et aqua; qualibet septimana.

Item. Districte iniungimus. ut magistri in theologia et lectores cum nomine fratris seu nominibus propriis nuncupentur. nec in tabulis chori vel scrutinii sub magistri vel lectoris vocabulo annotentur (1).

---

1) ut] semper *add.* B. — 2) aliî *om.* A1, 2. — competentibus *om.* B. — 5) penam] suam *add.* B. — 7) item *om.* B. — 13) consecracionem — reverencia] consecracionem elevati reverenciis B. — 15) in constitucionibus — infra] constituciones in locis propriis constitucionum confirmatas per generale capitulum usque ad B. — 18) unam diem] una die B. — 19) et lectores cum *om.* A1, 2. — 20) nomine — nuncupentur] nomine fratris proprio nominentur B. — 21) vocabulo] nomine aliquatenus B.

---

(1) Quo textu corrigas et emendes FONTANA — LO-CICERO *Constitutiones etc.* Romae 1862 p. 318 *de nomine frater n. 2;* cf. etiam quae hac de re ordinavit capitulum Parisiis celebratum a. 1256. (supra p. 81 l. 10). — Unde *Humbertus Opera etc.* II, cap. de officio lectoris p. 255: « Item, nomine magistri, vel lectoris, vel doctoris, quantum in eo est, non debet permittere se vocari: sed solum nomine fratris ». — Quod argumentum, « ne eiusmodi (scil. magisterii) titulo fortassis gloriarentur, qui eo erant insigniti » (MASETTI *Monumenta et antiquitates* I, 143 sq.) retractavit capitulum generale Florentiae celebratum anno 1321.: « Quoniam primis predicatoribus dictum est, *nolite vocari Rabbi, unus enim Magister vester est, omnes autem vos fratres,* ideo inhibemus districte, ne frater aliquis nostri ordinis Magister in Theologia existens, quandocumque ab alio fratre ex nomine proprio designatur, omisso nomine *fratris,* pronuncietur Magister dicendo: Magister Petrus aut Mag. Iohannis, et sic de aliis, quia nominatio vana est, et saecularium vocantium nomina sua in terris suis, sed semper pronuncietur *frater,* dicendo frater Petrus aut frater Iohannes sicut consuescunt alii fratres notari. Omnes autem Magistri in Theologia, vel Baccellarii, vel Lectores, quandocumque in tabula ad aliquod officium adnotantur, numquam in ea scribantur sub istis nominibus dignitatis, sed illo solo modo quo fratres simplices scribi solent ».

Item. Districtius iniungimus et mandamus. ut fratres omnes et singuli. prout sciunt et possunt. efficacem dent operam ad doctrinam venerabilis magistri fratris Thome de Aquino recolende memorie promovendam et saltem ut est opinio defendendam. et si qui contrarium facere. attemptaverint assertive? sive sint magistri sive bacallarii. lectores. priores et alii fratres eciam aliter sencientes? ipso facto. ab officiis propriis et graciis ordinis sint suspensi. donec per magistrum ordinis vel generale capitulum sint restituti. et nichilominus per prelatos suos seu visitatores iuxta culparum exigenciam? condignam reportent penam.

Item. Districte inhibemus. ne fratres ubi femine sunt. separent se ab invicem cum aliqua. ita quod videre se non valeant mutuo in quocunque sint negocio sive loco.

Item. Inhibemus. ne priores seu eorum vicarii. eiiciant aliquem fratrem de ordine. nec dent licenciam alicui fratri. se ad alium ordinem transferendi. nisi de magistri ordinis vel prioris provincialis seu vicariorum eorumdem licencia speciali.

Item. Inhibet magister ordinis de consilio et assensu diffinitorum. ne aliquis conventus vel prelatus paccaciones aliquas faciant. seu promissiones cum capellanis ecclesiarum vel aliis aliquibus personis. que emergant in preiudicium ordinis et privilegiorum a sede apostolica ordini concessarum. et sic factas vel faciendas ex nunc revocat. et decernit numquam valituras.

Item. Cum ex temerariis inductionibus ledatur multipliciter et specialiter sinceritas status nostri? precipit magister de diffinitorum consilio et assensu. quod nullus prelatus sive subditus inducat aliquem fratrem per se. vel per alium facto. dicto. vel scripto. prece vel precio. promissionibus seu relacionibus vel per alios modos. ex certa sciencia. vel intencione inducendi. vel eciam retrahendi aliquem ad eligendum. vel non eligendum aliquem in magistrum ordinis seu priorem provincialem. vel conventualem. subpriorem. diffinitorem provincialis vel generalis capituli. socium prioris vel electorem prioris provincialis. vel magistri. et si quis contrarium fecerit? nisi per magistrum. vel priorem provincialem absolvi non possit. et si de hoc fuerit convictus? ipso facto omni voce sit pri-

1) districtius] districte B. — 4) facere — sive] fecerint sive B. — 5) lectores *om.* A1, 2. — 7) graciis] aliis A1, 2. — 8) seu] vel B. — 9) iuxta] secundum B. — 13) seu] vel B. — 14) se... transferendi] transeundi B. — 15) prioris *om.* B. — vicariorum] vicarii B. — 18) paccaciones] pactiones B. — 19) capellanis] capitulis B. — vel] cum *add.* B. — emergant] vergant B. — 20) privilegiorum] seu indulgenciarum *add.* B. — 21) numquam] minime B. — 24) magister] ordinis in virtute obediencie *add.* B. — 25) quod — subditus] ut nullus frater subditus vel prelatus B. — 26) per *post* vel *om.* B. — 27) seu — per] vel comminacionibus et per B. — modos] seu modos commutacionibus in diversis *add.* B. — 28) vel — aliquem *om.* B. — 29) aliquem *om.* A2. — seu] vel B. — 30) vel] seu B — 31) prioris — prioris *om.* A2. — vel magistri] magistri ordinis B. — quis contrarium] aliquis contra — 32) magistrum] ordinis *add.* B. — absolvi *om.* B. — 33) privatus] preterquam in accusacione propria *add.* B.

vatus. donec per magistrum ordinis vel generale capitulum seu provinciale fuerit restitutus. et si quis talis inveniatur. ultra hoc velut transgressor precepti per correctionem ordinis severius puniatur.

Item. Declaramus. quod constitucio de ieiunio in vigilia beati Dominici de vigilia precipui festi et de ieiuniis ordinis sit intelligenda. et ob hoc priores seu eorum vicarii non exhibeant se difficiles ad dispensandum cum fratribus debilibus vel aliis indigentibus: cum in sabbato fuerit ieiunanda.

Item. Declaramus. quod dies sabbati. quando celebratur de beata virgine. computari non debet diebus. quibus indicitur recitacio letanie.

Concedit magister ordinis de consilio et assensu diffinitorum capituli generalis. subprioribus et eorum vicariis. in tractatu eorum. que mittenda sunt ad generale vel provinciale capitulum. universis. quod auctoritate eius possint compellere fratres. ne revelent aliquid prioribus. vel alteri fratri de hiis. que facta fuerint in tractatu: ex quibus possit aliqua turbacio suboriri.

Concedimus provincie Provincie: ·ii· domos. provincie Lombardie: ·i· Romane provincie ·iii· provincie Theotonie: ·ii· provincie Ungarie: ·iii· provincie Polonie: ·ii· et ponantur omnes. ubi prioribus provincialibus dictarum provinciarum et diffinitoribus: visum fuerit expedire.

Committimus magistro ordinis. ordinacionem studiorum generalium. ut ipse de magistris et bacallariis ordinet et disponat. prout generali utilitati ordinis: viderit expedire.

Absolvimus priores provinciales Theotonie et Lombardie.

Volumus et ordinamus. quod priores tam provinciales quam conventuales absoluti hoc anno in capitulo generali: ad eadem officia in eisdem provinciis et conventibus nullatenus resumantur. et si secus factum fuerit: rogamus magistrum. ut non confirmet aliquem predictorum.

Volumus. quod diffinitores capituli generalis preteriti et futuri. veniendo et redeundo de conventu ad conventum decenter deducantur.

Sentencias iudicum approbamus.

Sequens generale capitulum assignamus apud Burdegalam. in provincia Provincie. et diffinitores sint ibi: dominica infra octavas ascensionis domini.

Actis additae sunt litterae magistri ordinis; cf. app. n. XXXVII.

---

3) correctionem] correctores B. — 4) item *om.* B. — ieiunio] ieiunando B. — 5) sit] sint B. — 6) seu] et B. — 7) vel] et B. — 10) debet] in *add.* B. — recitacio] computacio B. — 12) eorum *om.* B. — tractatu] tractatibus B. — 13) universis *om.* B. — 15) alteri fratri] alicui alii de B. — 17) Provincie] Francie B. — provincie *ante* Lombardie, Theotonie, Ungarie, Polonie *om.* B. — 19) et ponantur — viderit expedire *om.* B. — 26) hoc anno *om.* B. — 27) nullatenus] non B. — 28) ut non] ne B. — 29) volumus — deducantur *om.* B. — 32) apud *om.* A2. — 33) et diffinitores sint] diffinitores veniant B.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS BURDEGALE CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· LXXXVII°·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de domibus concedendis et construendis. ubi dicitur. cura vel custodia monialium. seu quarumlibet aliarum mulierum. addatur. nisi de licencia magistri ordinis speciali. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In letania. ubi dicitur. sancta Katerina. addatur. sancta Margareta. ora pro nobis. [Et hec habet ·iii· capitula].

Iste sunt approbaciones. Approbamus hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. quod dictum scrutinium alicui per modum aliquem non revelent. addatur. quod si aliquis. vel aliqui de dictis scrutatoribus prioris provincialis impedimentum habuerit. iudicio maioris partis conventus ad audiendum vel videndum seu scribendum ea. que in scrutinio deponuntur. unus de fratribus ad electionem ipsam pertinentibus. quem ut dictum est. maior pars conventus nominaverit. loco illius. qui impeditus fuerit⹎ ad recipiendum dictum scrutinium admittatur. et tunc ad servandum scrutinium ex vi precepti⹎ ut alii teneatur. et hec eadem forma circa scrutinium electorum prioris provincialis. et electionis prioris conventualis⹎ in omnibus observetur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item. Approbamus. quod conventus Duracenus⹎ ad provinciam Ungarie transferatur. Et hec habet ·ii· capitula.

Iste sunt inchoaciones. Inchoamus has. In capitulo de apostatis. in fine ubi dicitur. fuerit restitutus. addatur. que restitucio non fiat per eosdem⹎ ante tres annos ad minus.

Item hanc. In capitulo de domibus concedendis. ubi dicitur. hac eadem districtione precipimus. usque ad illud. ordini committatur. deleatur totum et dicatur sic. prohibemus districte. ne aliquis curam recipiat predictarum⹎ nisi per tria capitula generalia fuerit a?probatum. et cura nisi per dominum papam ordini committatur. vel per alium. qui possit facere commissionem predictam.

Item hanc. In eodem capitulo. in fine addatur sic. quinque autem provincie scilicet. Hyspania. Provincia. Lombardia. Romana provincia et Polonia dividantur. ita quod quelibet earum dividatur in duas. si vero relique provincie vel alique ex ipsis. exceptis provinciis Grecie et Terre sancte. dividi voluerint et pecierint⹎ in eodem tercio capitulo. in quo hec

---

5) et construendis *om.* B. — 8) hanc *om.* B. — 10) capitulo de *om.* B. — 11) quod] qui B. — 21) approbamus *om.* B. — 23) in fine *om.* B. — 24) fuerit restitutus] nisi sit restitutus B. — 30) alium] aliquem B. — 32) hanc *om.* B. — autem *om.* A1, 2. — 35) relique] omnes B. — alique] vel aliqua *add.* B.

constitucio fuerit confirmata ? quelibet earum in duas modo simili dividatur. Quam divisionem magister ordinis et diffinitores capituli generalis immediate sequentis. postquam hec constitucio fuerit confirmata. facere teneantur et faciant. secundum modum a singulis provinciis dividendis eisdem tradendum. quem modum ipse provincie dividende tradere teneantur ? infra nominatum capitulum immediate sequens. post confirmacionem predictam. Et si alique provincie in modum divisionis non convenerint ? duos fratres mittere teneantur et mittant. qui in dicto capitulo generali referant magistro et diffinitoribus. que circa divisionem viderint expedire. Quod si modum divisionis predicte magistro et diffinitoribus infra predictum tempus non presentaverint ? nichilominus ex tunc dicti magister et diffinitores ad divisionem procedant ? et nomina ipsis divisis provinciis imponant.

Item hanc. In eodem capitulo. immediate post premissa. volumus autem. quod provinciis divisis modo predicto illa provincia. ubi primo fuit conventus fratrum ? retineat locum suum consuetum in capitulo generali. relique vero post provinciam Grecie in choro dextro. et ultramarinam (1) in choro sinistro habeant locum suum. ita quod novus provincialis Hyspanie sit primus post provincialem Grecie in choro dextro. et novus provincialis provincie Provincie. sit primus in choro sinistro post provincialem Terre sancte. et similiter omnes provinciales alii collocentur.

Item hanc. In capitulo de capitulo generali. in fine addatur. capitulum generale uno anno intermittatur. et sequenti anno celebretur. et quicquid contra formam huius constitucionis repertum fuerit in constitucionibus. per diffinitores generalis capituli. in quo hec constitucio confirmabitur. removeatur.

Iste sunt admoniciones. ordinamus et volumus. quod magistri in theologia. actu regentes Parisiis. non se absentent tempore lectionum vel vacacionum a conventu. nisi forte per tres septimanas. vel per mensem ad plus. pro causa necessaria. et hoc de licencia magistri ordinis vel prioris provincialis Francie. ita tamen quod alter ipsorum ? semper remaneat in conventu.

Item. Magister ordinis de consilio diffinitorum precipit in virtute

1) confirmata — fuerit *om.* B. — 5) eisdem] eis B. — 8) et mittant *om.* B. — 10) predicte — infra *om.* B. — diffinitoribus] memoratis A2. — 11) dicti — ad] predicti ad B. — 12) ipsis divisis *om.* B.— 14) hanc *om.* B. — 16) suum *om.* B. — 18) sinistro — primus in choro *om.* B. — 21) alii *om.* B. — 23) addatur] sic *add.* B. — 26) confirmabitur] confirmata fuerit B. — 29) vel — nisi] nec vacacionum nisi B. — 30) per *ante* mensem *om.* B. — 32) ipsorum] eorum B. — semper *om.* A2.

(1) De vocabulo « ultramarina » cf. supra p. 3 not. 1.

obediencie fratribus universis. quod in alquimia non studeant. nec doceant. nec aliquatenus operentur. nec aliqua scripta de illa sciencia teneant. sed prioribus suis restituant quam cicius poterunt. bona fide. per eosdem priores prioribus provincialibus assignanda. et qui contra hoc de cetero fecerint et deprehensi fuerint. aut convicti? preter penam inobediencie. carcerali custodie mancipentur (1).

Item. Volumus. quod priores provinciales singulis annis provideant fratribus suis missis extra provinciam ad studendum de libris fratrum moriencium. si non habent aliunde. unde possint eis commode providere.

Item. Prohibemus districte. ne aliquis frater de cetero intromittat se de matrimoniis consiliandis. aut pertractandis. seu eciam magnis et arduis negociis secularium. sine prioris provincialis. vel eius vicarii? licencia speciali. et qui contra fecerint? per priores et visitatores severius puniantur.

Item. Quia quidam vicarii. vacante officio provincialium multas mutaciones facere presumpserunt contra ordinacionem capituli generalis Vienne celebrati. volumus. quod de cetero caveant a mutacionibus fratrum. usque ad confirmacionem priorum provincialium. nisi ex dilacione videretur periculum imminere. et si secus fecerint? priores provinciales. cum fuerint confirmati. inordinatas assignaciones factas per eosdem studeant revocare. et nichilominus in provinciali vel generali capitulo? puniantur (2).

Item. Ordinacionem factam in preterito capitulo generali (3) de inductionibus non faciendis. temperantes. prohibemus districte prioribus et fratribus universis. ne faciant aliquas inductiones in electionibus ordinis quocumque modo. qui vero contrarium fecerint. et in hoc fuerint deprehensi? voce per triennium sint in omni electione privati. ita quod nec eligi nec eligere possint. et per illud triennium singulis sextis feriis abstineant in pane et aqua. nec in hoc aliquis. nisi prior provincialis vel eius vicarius valeat dispensare. et super hoc visitatores inquirant diligenter et referant cum testimonio seniorum fratrum de conventu. ad capitulum generale vel provinciale? si quos invenerint excessisse.

---

1) universis] omnibus B. — doceant] nec discant *add.* B. — 5) fecerint et *om.* B. — aut] ac B. — 8) fratribus suis *om.* A1, 2. — studendum] studium B. — 10) de cetero *om.* B. — 11) aut *om.* B. — 13) priores et] aut priores B. — 17) Vienne] Bononie B. — 18) priorum provincialium *om.* A1, 2. — 19) priores *om.* A1, 2. — 25) electionibus] tractatibus B. — 27) nec eligi nec eligere] eligi non B. — per illud triennium *om.* A1, 2. — 29) nec] et B. — 33) excessisse] transgressores B.

---

(1) Eadem admonitio iam anno 1273 data est; cf. supra p. 170 l. 7 sqq. cum nota 1.

(2) Cf. supra p. 219 l. 3 sqq.

(3) Cf. supra p. 235 l. 23 sqq.

Item. Volumus et ordinamus. quod subpriores in socios priorum ad capitulum provinciale; nullatenus eligantur.

Item. Litere misse prioribus et conventibus. non aperiantur nisi in presencia priorum et conventuum; quibus litere diriguntur.

Item. Iniungimus prioribus conventualibus universis ac eorum vices gerentibus. quod fratribus indigentibus in vestibus et necessariis; singulis annis. studeant providere.

Item. Quia circa infirmos diligens cura est adhibenda; eisdem prioribus et eorum vicariis districte iniungimus. quod fratribus infirmis in medicinis et aliis necessariis. secundum quod infirmitas eorum exigit; provideant diligenter.

Item. Prohibemus districte. ne aliquis frater de cetero veniat ad capitulum generale. vel provinciale. vel ad loca propinqua capituli; sine magistri ordinis vel prioris sui provincialis licencia speciali. et qui de cetero contrarium fecerint; statim eiiciantur de loco capituli. et nichilominus iniungatur eis penitencia; secundum suorum exigenciam meritorum. et priores provinciales non sint faciles ad tales licencias concedendas.

Item. Ordinacio capituli Pisani. de non recipiendis professis aliorum ordinum. diligencius observetur (1).

Item. Magister ordinis concedit prioribus provincialibus. quod possint mittere unum fratrem ydoneum pro suarum provinciarum negociis ad curiam Romanam. quem eciam. cum voluerint. poterunt revocare.

Concedimus provincie Romane ·i· domum ad preces domini Thome de sancto Severino comitis Massini. ponendam in terra ipsius.

Concedimus provincie Lombardie ·i· ponendam in Clugia.

Provincie Theotonie; ·iii·

Provincie Polonie; ·iiii^{or}· et ponantur omnes. ubi prioribus provincialibus dictarum provinciarum. et diffinitoribus capitulorum provincialium videbitur expedire.

Item. Letania more solito dicatur immediate post matutinas. dicto fidelium et pater noster.

Absolvimus priores. Bayonensem. Morlanensem. sancti Emiliani. Narbonensem. Biterrensem. Nemausensem. Aquensem. Massiliensem. Grassensem. Altivillaris. Caturcensem. Appamiensem. Petragoricensem. Castrensem. Marologii. Podiensem; Amiliavi. Arausicensem. Bituricensem. Diensem.

---

4) priorum et conventuum] omnium B. — 5) ac] atque B. — 6) et *om.* B. — 10) eorum *om.* B. — 11) provideant] debeant providere B. — 13) propinqua] pretextu *add.* B. — 18) item — observetur *om.* A1, 2. — 20) concedit] singulis *add.* B. — 23) in Clugia *om.* B. — 27) provincie *om.* B. — et ponantur — item *om.* B. — 30) immediate — iudicum approbamus *om.* B.

---

(1) Cf. supra p. 186 l. 28 sqq.

Iste sunt penitencie.

Quia multi conventus Francie nobis suis literis intimarunt. quod quidam fratres eius provincie acuerunt linguas suas in derogacionem fame venerabilis patris magistri ordinis. falso effundentes et disseminantes de ipso quedam. de quibus idem magister est omnino innocens et immunis: ordinamus et volumus. quod fratres Hugo(nem) de Villasana. R. de sancta Feva. Io. de Arenes. quos prior provincialis Francie propter huiusmodi linguarum suarum lubricitatem et detractionem de suis emisit conventibus. non redeant ad eosdem. et sint omni voce privati: nisi in sui accusacione nec ad alios tractatus ordinis admittantur: donec per generale capitulum fuerint restituti. ·xii· insuper diebus abstinebunt in pane et aqua ·xii· missas et ·xii· disciplinas recipient. Et iniungimus priori provinciali Francie. quod in sua provincia super quibusdam fratribus. qui nobis de predicto excessu fuerunt delati. et eciam de aliis fratribus inquirat diligenter. et si quos invenerit deliquisse. similiter vel eciam gravius puniat. si gravius excesserunt. ne tantus excessus remaneat impunitus.

Item. Iniungimus omnibus fratribus qui venerunt ad capitulum generale sine licencia: ·vii· dies in pane et aqua ·vii· letanias. et ·iii· psalteria. et sacerdotibus ·vii· missas.

Item. Rogamus magistrum ordinis. ut quam cito poterit mittat Parisius aliquem fratrem. vel aliquos. qui auctoritate sua inquirant de quibusdam studentibus. nec non et aliis. qui dicuntur nuper turbacionem fecisse in conventu Parisiensi. et secundum quod invenerint: acrius puniant turbatores. et si eis visum fuerit: pro pace dicti conventus possint studentes extraneos ad suas provincias remittere ac eciam alios mutare et emittere de conventu: et a suis officiis absolvere.

Item. Omnibus. qui non servaverunt sentencias iudicum per generale vel provinciale capitulum approbatas: iniungimus ·vii· dies in pane et aqua. et per visitatores et priores provinciales: facere compellantur penitencias supradictas.

Volumus et ordinamus. ut priores absoluti hoc anno in capitulo generali ad eadem officia in eisdem conventibus hoc anno nullatenus resumantur.

Committimus magistro ordinis ordinacionem studii Parisiensis. et aliorum studiorum generalium. ut ipse de magistris et bacallariis ordinet et disponat. prout generali viderit utilitati ordinis expedire.

Volumus et iniungimus. quod diffinitores generalis capituli presentis et futuri. in redeundo et veniendo deducantur de conventu ad conventum: et provideatur eis secundum morem ordinis consuetum.

Absolvimus priorem provincialem Anglie G. de Odone et assignamus eum conventui Parisiensi? ad legendum (1).

Sentencias iudicum approbamus.

Sequens generale capitulum assignamus apud Lucham in provincia Romana. diffinitores autem sint ibi dominica infra octavas ascensionis.

Nullus autem aliorum fratrum. eciamsi licenciam habeat? intret locum capituli ante sextam feriam precedentem vigiliam penthecostes.

Actis additae sunt litterae magistri ordinis; cf. app. n. XXXVIII.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS APUD LUCHAM CELEBRATI ANNO DOMINI ·M°·CC°·LXXXVIII°·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de capitulo provinciali. ubi dicitur. quod dictum scrutinium per modum aliquem alicui non revelent. addatur. quod si aliquis vel aliqui de predictis scrutatoribus prioris provincialis impedimentum haberet. iudicio maioris partis medietate conventus. ad audiendum vel videndum. seu scribendum ea que in scrutinio deponuntur. unus de fratribus ad electionem ipsam pertinentibus. quem ut dictum est maior pars conventus nominaverit loco illius qui impeditus fuerit ad recipiendum dictum scrutinium? admittatur. et tunc ad servandum dictum scrutinium ex vi precepti? ut alii teneatur. et hec eadem forma circa scrutinium electorum prioris provincialis et electionis prioris conventualis? in omnibus observetur. Et hec habet ·iii· capitula.

Item. Confirmamus quod conventus Duracensis? ad provinciam Ungarie transferatur. Et hec habet ·iii· capitula.

Iste sunt approbaciones. Approbamus has. In capitulo de apostatis. in fine ubi dicitur. fuerit restitutus. addatur. que restitucio non fiat per eosdem ante tres annos ad minus. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de domibus concedendis. ubi dicitur. hac eadem districtione precipimus. usque ad illud. ordini committatur. deleatur totum et dicatur sic. prohibemus districte. ne quis curam recipiat predictarum? nisi per tria capitula generalia fuerit approbatum. et

---

4) in provincia Romana *om.* B. — 5) autem sint ibi] veniant B. — 6) autem aliorum *om.* B. — 7) capituli] preter diffinitores *add.* B.— 14) vel aliqui *om.* A2. — 17) fratribus] nostris *add.* B. — 27) fuerit *om.* A2.

---

(1) De fr. Guilermo de Odone cf. Denifle *Archiv* II. 209 n. 33.

nisi cura per dominum papam ordini committatur. vel per alium qui possit facere commissionem predictam. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. in fine addatur sic ·v· provincie. scilicet. Hyspania. Provincia. Lombardia. Romana provincia. Polonia dividantur. ita quod quelibet earum dividatur in duas. si vero relique provincie vel aliqua vel alique ex ipsis. exceptis Grecie et Terre sancte. dividi voluerint et pecierint. in eodem tercio capitulo. in quo hec constitucio fuerit confirmata ⁝ quelibet earum modo simili dividatur. Quam divisionem magister ordinis et diffinitores capituli generalis immediate sequentis postquam hec constitucio confirmata fuerit. facere teneantur et faciant secundum modum eisdem tradendum a singulis provinciis dividendis. quem modum ipse provincie dividende tradere teneantur infra nominatum capitulum immediate sequens post confirmacionem predictam. Et si alique provincie in modum divisionis non convenerint ⁝ duos fratres mittere teneantur et mittant. qui in dicto capitulo generali referant magistro et diffinitoribus. que circa divisionem viderint expedire. quod si modum divisionis predicte. infra predictum tempus memoratis magistro et diffinitoribus non presentaverint ⁝ nichilominus predicti magistri et diffinitores ad divisionem procedant ⁝ et nomina ipsis provinciis imponant. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. immediate post premissa. volumus autem. quod in provinciis divisis modo predicto. illa provincia. ubi primo fuit conventus fratrum locum consuetum retineat in capitulo generali. relique vero post provinciam Grecie in choro [dextro] et ultramarinam in choro sinistro habeant locum suum. ita videlicet quod novus provincialis Hyspanie sit primus post provincialem Grecie in choro dextro et novus [provincialis Provincie] sit primus in choro sinistro post provincialem Terre sancte. et similiter omnes provinciales alii collocentur. Et hec habet ·ii· capitula.

Iste sunt inchoaciones. Inchoamus has. In capitulo de inclinacionibus. ubi dicitur. item in capitulo ad oracionem. sancta Maria. deleatur. in capitulo.

Item. Infra in eodem capitulo. ubi dicitur. ad antiphonam. Salve. addatur. et in missa in prefacione.

Item hanc. In capitulo de domibus concedendis. ubi dicitur. nulla domus concedatur nisi a priore provinciali. addatur. vel eius vicario.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. pene gravioris culpe debite subiacebit. addatur. nisi hoc fiat de licencia magistri ordinis ⁝ vel prioris provincialis.

---

3) hanc *om.* B.— 21) hanc *om.* B. — 23) locum] suam *add.* A2. — 31) item] iterum B. — 33) infra *om.* B. — 34) in missa *om.* B. — 37) hanc *om.* B.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. vel in electione prioris provincialis. addatur. aut in priorem provincialem nullatenus eligatur.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. et quacumque ex causa. deleatur. et. et ponatur. vel.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum generalis vel provincialis capituli. ubi dicitur. per disquisicionem prioris provincialis. addatur. vel eius vicarii.

Item hanc. In capitulo de itinerantibus. in fine ubi dicitur. nisi per magistrum vel diffinitores capituli generalis. addatur. si vero conversus fuerit. privetur voce in accusacionibus aliorum. et ubique novissimum locum teneat. nisi per magistrum vel diffinitores capituli generalis fuerit restitutus. et nichilominus penitenciam faciat gravis culpe.

Item hanc. In capitulo de predicatoribus. ubi dicitur. in dyocesi illius episcopi. addatur. ex causa racionabili.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur. nisi fuerint revocati. addatur. postquam autem in aliquo studio per tres annos ad plus fuerint commorati. ipso facto sint ab illo studio absoluti. nisi de magistri ordinis licencia speciali. et hoc idem circa studentes eiusdem provincie observetur.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur ·iiii^{or}· autem provincie scilicet. Provincia. Lombardia. etc. deleatur et dicatur sic. quinque provincie scilicet. Provincia. Lombardia. Romana provincia etc.

Item hanc. De sanctis Ieronimo et Ambrosio. fiat festum semiduplex. et in ordinario. ubi dicitur. sancti Ambrosii episcopi. deleatur et dicatur sic. in festo sancti Ambrosii episcopi in primis vesperis super psalmos antiphona. iste sanctus. responsorium. sancte Ambrosii Christi confessor. et oracio. deus qui populo tuo.

Item. In eodem ordinario. ubi dicitur. sancti Ieronimi presbyteri. deleatur et dicatur sic. in festo sancti Ieronimi presbiteri in primis vesperis super psalmos antiphona. iste sanctus. responsorium. sancte Ieronime Christi confessor. et oracio. deus qui nos.

Item hanc. In collectario ubi dicitur. in rubrica. est autem sepeliendus frater cum tunica et capucio velante faciem eius. deleatur. et dicatur sic. est autem sepeliendus frater cum tunica et scapulari et capa facie eius velata.

---

2) provincialem *om.* B. — 11) accusacionibus] accusacione B. — 12) magistrum] ordinis *add.* B.— 17) autem *om.* B. — 19) idem] quidem B. — 21) autem *om.* A1. — 22) scilicet Provincia Lombardia *om.* B. — quinque] autem *add.* B. — 25) episcopi *om.* B. — 27) sanctus] digne *add.* B. — 29) presbiteri *om.* B. — 30) presbiteri *om.* B. — 31) sanctus] digne *add.* B. — 34) eius] eiusdem B. — 35) et *post* tunica *om.* B.

Iste sunt admoniciones. Admonemus. quod priores provinciales et diffinitores et ceteri fratres qui sunt de corpore capituli provincialis intersint peticionibus examinandis in capitulo provinciali et generali porrigendis.

Item. Admonemus. ne diffinitores et quecumque alie persone publice ordinis nostri. sigillent vel sigillari faciant literam aliquam vel scripturam. nisi prius ab eisdem audita vel inspecta fuerit diligenter.

Item. Monemus. quod litera aliqua non sigilletur sigillo conventus: nisi prius in capitulo coram fratribus lecta fuerit. et ibidem in conspectu omnium sigilletur.

Item. Admonemus. quod fratres extra refectorium comedentes gracias dicere non incipiant. quousque de mensa surrexerint: et extra mensam fuerint collocati.

Item. Monemus. quod provincie que non habent studia generalia. determinent in suis capitulis provincialibus tres conventus ad minus. in quibus sentencie legantur cursorie. et studentes aliqui assignentur. et in ipsis frequencius ordinarie disputetur.

Item. Rogant diffinitores magistrum ordinis. quod studentes provinciarum Grecie et Terre sancte missos ad studia generalia. aliis provinciis non assignet: quousque per aliquot annos in eisdem provinciis exercuerint officium lectorie.

Item. Volumus et mandamus. ut gracie studentibus per magistrum concesse: eis integraliter conserventur.

Item. Precipit magister de consensu diffinitorum in virtute obediencie. ne aliquis frater fratri alicui carceri deputato: det consilium. auxilium vel favorem. quod de ipso carcere fugiat vel evadat. quod si aliquis contrarium fecisse deprehensus fuerit: pene culpe subiaceat gravioris.

Item. Idem magister ordinis de consilio et assensu diffinitorum inhibet districte: ne quis inductiones faciat in scrutiniis super retencione vel absolucione priorum. et si quis contrarium fecerit: ipso facto subiaceat pene taxate in precedenti capitulo generali Burdigale celebrato contra facientes inductiones in electionibus ordinis (1).

Declaramus. quod in electionibus electorum prioris provincialis: prior conventualis habeat primam vocem.

---

3) generali] capitulo *add.* B. — 5) admonemus ne] monemus quod... non sigillent B. — 11) admonemus] monemus B. — 17) ordinarie *om.* B. — 18) provinciarum *om.* A2. — 22) magistrum] ordinis *add.* B. — 24) item *om.* A1, 2. — 29) quis] aliquis B. — 30) et si quis] quod si aliquis B. — 31) generali *om.* A2. — Burdegale] Burdegalis B.

---

(1) Cf. supra pag. 239 l. 23 sqq.

Item. Declaramus. quod vicarii magistri ordinis vel prioris provincialis. fratres ad loquendum in mensa ˀ licenciare non possunt.

Item. Volumus. quod modus dividendi provincias ˀ a toto provinciali capitulo tractetur. et quod maiori parti visum fuerit ˀ per duos fratres mittendos generali capitulo intimetur.

Concedimus provincie Hyspanie ·i· domum. ponendam in regno Legionis. provincie Provincie ˀ ·ii· provincie Francie ˀ ·i· ponendam in Gracianopoli. sine alterius provincie preiudicio. provincie Lombardie ˀ ·ii· Romane provincie ·iii· provincie Theotonie ˀ ·iii· sine alterius provincie preiudicio. provincie Ungarie ˀ ·ii· Polonie ·ii· Dacie ·i· Terre sancte unam.

Letania more solito dicatur.

Absolvimus priorem provincialem Grecie.

Item. Absolvimus priores conventuales Pistoriensem. etc.

Conventualem Fogetanum. qui male recepit diffinitorem Grecie.

Volumus autem. quod priores hoc anno in capitulo generali absoluti ˀ in eisdem conventibus ad eadem officia nullatenus assumantur.

Item. Mandamus et volumus. quod fratres de conventu Duraceno recepti de contrata eiusdem ˀ ad dictum conventum. ubicumque fuerint. revertantur.

Iste sunt penitencie.

Cum propter absenciam fratris G. de Odone. (1) qui non adquievit ordinacioni precedentis capituli Burdigale celebrati de se facte. (et) scola nostra Parisiensis diu vacaverit in magnam ordinis confusionem et studii iacturam ˀ eius correctionem magistro ordinis committimus faciendam. et volumus et ordinamus. quod magistri in theologia actu regentes Parisius. non recedant de conventu nec mitti valeant tempore lectionum nec vacacionum. nisi forte per tres septimanas vel per mensem ad plus. et hoc ipsis vacacionibus pro causa necessaria et de licencia magistri ordinis vel prioris provincialis Francie. ita tamen quod alter eorum semper remaneat in conventu.

Item. Omnibus fratribus. qui irreverenter habuerunt se ad fratrem Salvum. vicarium venerabilis patris magistri ordinis in quibusdam conventibus. iniungimus tres dies in pane et aqua. tres missas. tres letanias.

---

6) ponendam — Legionis *om.* B. — 7) ponendam — provincie *om.* B. — 9) Romane provincie ·III· *om.* A1, 2. — 9) provincie *om.* B. — sine — provincie *om.* B. — 10) Polonie — unam *om.* A1, 2. — 12) dicatur] in profestis diebus *add.* B. — 14) item — etc. *om.* B. — 15) conventualem — Grecie *om.* A1, 2. — 17) assumantur] resumantur B. — 19) de] in B. — ad dictum conventum *om.* B. — 21) iste sunt — *acta capituli sequentis om.* B. — 29) hoc] in *add.* A2.

---

(1) De fr. Guilermo de Odone cf. supra p. 242 l. 1.

tres disciplinas. non sacerdotibus loco misse ·vii· psalmos. conversis? ·c· pater noster cum ave Maria.

Item. Cum diverse questiones a diversis provinciis ad nos pervenerint super limitacione terminorum. iniungimus omnibus prioribus illarum provinciarum. qui predictas habent questiones. quod committant duobus fratribus ydoneis de propinquioribus conventibus. qui infra tres menses post celebracionem capitulorum provincialium? huiusmodi terminent questiones. quod si non concordaverint? magister ordinis tercium adhibeat vel per se ipsum terminet huiusmodi questiones infra sequens capitulum generale.

Absolvimus omnes predicatores generales de provincia Lombardie et iniungimus priori provinciali et diffinitoribus capituli provincialis. quod instituendos instituant absque omni parcialitatis nota. (1) et quod in prima ordinacione studencium Parisius mittendorum? duos de parte inferiori Parisius transmittant. et ad alia studia equaliter.

Committimus magistro ordinis ordinacionem studii Parisiensis et aliorum studiorum generalium. ut ipse de magistris et bacallariis ordinet et disponat? prout generali utilitati ordinis viderit expedire.

Item. Volumus et iniungimus. ut diffinitores generalis capituli preteriti(!) et futuri. veniendo et redeundo deducantur de conventu ad conventum. et provideatur eis secundum morem ordinis. prout actenus exstitit observatum.

Capitulum generale sequens assignamus apud Treverim in provincia Theotonie. et diffinitores sint ibi dominica infra octavas ascensionis. Nullus aliorum fratrum. eciam si licenciam habuerit. intret locum capituli ante ·vi^{tam}· feriam pentecostes vigiliam precedentem.

Sentencias iudicum approbamus.

Actis additae sunt litterae Nicolai IV; cf. Potthast *II. n. 22648; et litterae magistri ordinis; cf. app. n. XXXIX.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS APUD TREVERIM CELEBRATI ANNO DOMINI ·M°·CC°·LXXXIX°·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de apostatis. ubi dicitur. fuerit restitutus. addatur. que restitucio non fiat per eosdem? ante tres annos ad minus. Et hec habet tria capitula.

---

30) apud Treverim] Treveris B. — 32) *confirmationes, approbationes, inchoationes om.* B.

---

(1) Absolutis omnibus praedicatoribus generalibus a capitulo generali, provinciale capitulum provinciae Lombardiae Arimini celebratum anno 1288 quinquaginta duos alios instituit. Cf. MOPH II p. 103.

Item hanc. In capitulo de domibus concedendis. ubi dicitur. hac eadem districtione precipimus. usque ad illud. ordini committatur. deleatur totum et dicatur sic. prohibemus districte. ne quis recipiat curam predictarum nisi per tria capitula continua fuerit approbatum. et nisi cura predictarum per dominum papam ordini committatur. Et hec habet tria capitula.

Approbamus has. In capitulo de inclinacionibus. ubi dicitur. ad antiphonam salve. addatur. et in missa in prefacione. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de domibus concedendis. ubi dicitur. nulla domus concedatur nisi a priore provinciali. addatur. vel eius vicario. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. et quacumque ex causa. deleatur. et. et ponatur. vel. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. vel in electione provincialis. addatur. aut in priorem provincialem nullatenus eligatur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum generalis et provincialis capituli. ubi dicitur. per disquisicionem prioris provincialis. addatur. vel eius vicarii. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de itinerantibus. in fine ubi dicitur. nisi per magistrum vel diffinitores capituli generalis. addatur. si conversus fuerit. privetur omni voce in accusacionibus aliorum. et ubique novissimum locum teneat. nisi per magistrum ordinis et diffinitores capituli generalis fuerit restitutus. et nichilominus penitenciam faciat gravioris culpe. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de predicatoribus. ubi dicitur. in dyocesi illius episcopi. addatur. nisi ex causa racionabili. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur. nisi fuerint revocati. addatur. postquam autem in aliquo studio per tres annos fuerint commorati: ipso facto sint ab illo studio absoluti. nisi de licencia magistri ordinis speciali. et hoc idem circa studentes eiusdem provincie observetur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur ·iiii^{or}· provincie. scilicet. Provincia. Lombardia etc. deleatur et dicatur sic ·v· autem provincie. scilicet Provincia. Lombardia. Romana provincia etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Iste sunt inchoaciones. Inchoamus has. In capitulo de domibus con-

---

17) electione] prioris *add.* A2. — 23) magistrum] ordinis *add.* A2.

cedendis et construendis. ubi dicitur. si quis vero contrafecerit ? pene gravioris culpe debite subiacebit. deleatur et dicatur sic. si quis vero contrafecerit ? gravius puniatur.

Item hanc. In capitulo de rasura. ubi dicitur. rasura fiat. deleatur totum et dicatur sic. rasura vero fiat a pascha usque ad festum omnium sanctorum ? de quindena in quindenam. a festo autem omnium sanctorum usque ad pascha ? de tribus in tribus septimanis.

Item hanc. ·vi· provincie scilicet. Hyspania. Provincia. Lombardia. Romana provincia. Theotonia. Polonia dividantur. ita quod quelibet earum dividatur in duas. si vero omnes relique provincie vel alique ex ipsis exceptis Grecie et Terre sancte dividi voluerint et pecierint ? in eodem ·iii^{o}· capitulo. in quo hec constitucio fuerit confirmata. quelibet earum modo simili dividatur. Quam divisionem magister ordinis et diffinitores capituli generalis immediate sequentis. postquam hec constitucio fuerit confirmata. facere teneantur et faciant secundum modum eis tradendum a singulis provinciis dividendis. quem modum ipse provincie dividende tradere teneantur infra nominatum capitulum immediate sequens post confirmacionem predictam. Et si alique provincie in modum divisionis non concordaverint ? duos fratres mittere teneantur et mittant. qui in dicto capitulo generali referant magistro et diffinitoribus capituli generalis ? que circa divisionem viderint expedire. Quod si modum divisionis infra predictum tempus memoratis magistro et diffinitoribus non presentaverint ? nichilominus predictus magister et diffinitores ad divisionem procedant ? et nomina ipsis provinciis divisis imponant. Provinciis autem divisis illa provincia. ubi primo fuerat conventus fratrum ? retineat locum suum in capitulo generali. relique vero provincie post provinciam Grecie in choro dextro. et post ultramarinam in choro sinistro quelibet habeat locum suum. ita videlicet. quod novus provincialis Hyspanie sit primus post provincialem Grecie in choro dextro et novus provincialis Provincie sit primus in choro sinistro post provincialem Terre sancte. et similiter omnes provinciales alii collocentur. Si autem aliquis prior provincialis petitus fuerit in priorem a maiori parte alicuius provincie. cui magister ordinis et diffinitores nomen imponere habeant ? remaneat prior provincialis illius provincie. nisi eis aliud ex causa racionabili videretur. Et quicquid in constitucionibus divisioni contrarium vel dissonum inventum fuerit ? magister et diffinitores generales capituli sequentis. postquam hec constitucio fuerit confirmata ? corrigant vel immutent. et in capitulo de domibus concedendis. addatur in fine sic. hec sunt nomina provinciarum ordinis talia et talia. expressis nominibus

---

20) capituli generalis *om.* A2. — 29) post — primus *om.* A2.

singularum. et addatur sic. et priores provinciales hunc modum ordinent in capitulo generali. Primus in choro dextro post magistrum ordinis provincialis talis provincie. secundus: talis provincie et sic de singulis. in choro vero sinistro: primus provincialis talis provincie: secundus provincialis talis et sic de singulis. expressis nominibus singularum.

Item hanc. In capitulo de electione magistri ordinis. ubi dicitur. Parisiensis provincialibus etc. deleatur usque ad illud. teneatur quam cicius intimare.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. provinciales vero ·xii· provinciarum. deleatur totum et dicatur sic. provinciales ergo predictarum provinciarum. etc.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. tres de prioribus provincialibus. qui inter alios priores provinciales ·xii· primitus habitum nostre religionis susceperunt. deleatur ·xii· et dicatur sic. tres de prioribus provincialibus. qui inter alios priores provinciales habitum nostre religionis primitus susceperunt.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum capituli generalis vel provincialis. ubi dicitur. statuimus. quod in singulis annis in singulis capitulis provincialibus. deleatur usque ad illud ·iiii^or^· fratres. et dicatur sic. statuimus. quod in singulis annis in singulis capitulis provincialibus talis et talis provincie expressis nominibus ·iiii^or^· fratres etc.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. statuimus enim per duos annos in dictarum ·xii· provinciarum capitulis. deleatur ·xii· et dicatur. in dictarum provinciarum capitulis.

Item hanc. In capitulo de capitulo generali. ubi dicitur. predicti vero ·xii· provinciarum diffinitores. duobus annis. et priores provinciales tercio anno. deleatur ·xii· et dicatur sic. predicti autem provinciarum diffinitores duobus annis. et priores provinciales tercio anno.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur. tres autem fratres tantum mittantur Parisius de provincia ad studium etc. usque ad illum locum. ydoneos ad studendum. deleatur totum et dicatur sic. duo fratres tantum mittantur Parisius ad studendum de provincia tali et tali. expressis nominibus universarum. Cetere vero provincie. quamdiu remanserint indivise: ad illud studium possint mittere tres studentes. Quatuor autem provincie scilicet. provincia in qua [est] conventus Montispessulani. in qua est conventus Bononiensis. in qua est conventus Coloniensis. in qua est conventus Oxoniensis. provideant. ut semper in aliquo conventu ydoneo sit generale studium et solempne. et ad illum

---

2) dextro *om.* A2. — 3) provincie] etc. A2. — 5) talis] provincie *add.* A2. — 14) susceperunt — primitus *om.* A2. — 23) deleatur — capitulis *om.* A2. — 27) deleatur — anno *om.* A2.

locum quelibet provincia. que potest mittere duos studentes Parisius; habeat potestatem mittendi tercium studentem. que autem potest mittere tres studentes; potestatem habeat mittendi ad illum locum duos fratres ad studendum. Et si studium generale in aliqua provincia alia a predictis fuerit per ordinem assignatum; idem modus circa missionem studencium observetur.

Item hanc. In capitulo de predicatoribus. ubi dicitur. provideant diligentissime priores. ne committant predicacionis officium. addatur. vel confessionis vel lectorie.

Admonemus et districte iniungimus. quod studentes provinciarum in studiis generalibus necnon et ceteri fratres. quantum eorum officium et occupaciones permittunt; vadant ad scolas et audiant lectiones. et ibi remaneant nullam vagam occasionem querentes exeundi. nec portent alios libros nisi illos qui ibi leguntur. et quod surgant ad divinum officium cum conventu. et priores et eorum vicarii; puniant acrius transgressores.

Item. Inhibemus districte. ne fratres litteras vel cedulas seu alia quecumque memorialia legant vel transmittant vel sibi transmissa aperiant; sine suorum superiorum inspectione vel licencia speciali.

Item. Quia discursus irregularis et inutilis quam plurimum ad capitula generalia vel provincialia veniencium. qui non sunt de corpore capitulorum. in ordinis turbacionem. et proximi deedificacionem. expensarum inutilium effusionem. et ordinem nostrum gravat. et dissolucionem inducit quamplurimam. ideo inhibet magister ordinis et ordinat de assensu diffinitorum. ne aliquis qui non est de corpore capituli generalis sine licencia magistri ordinis speciali veniat ad capitulum generale. nec ad capitulum provinciale sine licencia speciali magistri vel prioris provincialis. si autem aliqui contra hanc ordinacionem fecerint; ultra penam in constitucione debitam. sint per annum omni voce privati. nisi in accusacione propria.

Item. Cum insolencie crescant non modicum ex defectu correctionis in multis conventibus et incauta combinacione ac fratrum combinatorum separacione. mandamus et districte iniungimus prioribus et eorum vicariis. quod insolentes corrigant et compescant. et discrete fratres combinent.

---

1) studentes] fratres A2. — 11) generalibus] deputati *add.* B. — officium] studia B. — 12) et ibi — divinum] vagam exeundi causam non querentes nec alios libros quam ibi portatos legantur et surgant ad dicendum divinum B. — 15) et priores] priores autem B. — acrius] durius B. — 16) alia quecumque *om.* B. — 17) transmittant... transmissa] mittant... missa B. — 19) irregularis] irregulatus A2. — inutilis] fratrum *add.* B. — 20) vel] et B. — veniencium *om.* B. — 21) capitulorum — ideo] capituli et inconveniencia inducit. B. — 23) et ordinat *om.* B. — 24) generalis — speciali *om.* B. — 25) speciali *om.* A1, 2. — 26) prioris *om.* B. — 27) si — fecerint] qui autem contrafecerint B. — ultra] supra B. — 28) debitam] positam B. — per] unum *add.* B. — 31) fratrum *om.* B. — combinatorum separacione] separatorum combinacione A1. 2. — 32) mandamus] monemus B.

nec fratres combinati se separent. quin ab invicem videantur et sibi possint testimonium perhibere. Et si quos transgressores invenerint et severius non correxerint: ipsi priores seu eorum vicarii. per vicarios prioris provincialis vel visitatores acrius puniantur.

Item. Monemus. quod admoniciones et ordinaciones capitulorum generalium et provincialium quater in anno ad minus in quolibet conventu legantur et strictius observentur. et visitatores inquirant et corrigant transgressores.

Item. Vult magister ordinis et monet. quod fratres qui habent certa miracula et probata. que de novo evenerint de beato Dominico sive de beato Petro martyre. conscribant diligencius et curent quam cicius magistro ordinis intimare.

Item. Districte iniungimus. quod preceptum magistri ordinis. datum de consilio diffinitorum. in virtute obediencie. in capitulo Burdigale celebrato. anno domini · m^{o} · cc · lxxxvii · a fratribus universis diligencius observetur. scilicet quod in alquimia non studeant nec doceant nec discant nec aliquatenus operentur nec aliqua scripta de illa sciencia teneant. sed prioribus suis restituant. quam cicius poterunt bona fide. per eosdem priores prioribus provincialibus assignanda. et qui contra fecerint et deprehensi fuerint et convicti: preter penam inobediencie carcerali custodie mancipentur (1).

Item. Monemus. quod ordinacio contra inductiones et inducentes facta in capitulo Burdigale celebrato anno domini · m^{o} · cc^{o} · lxxxvii: arcius observetur (2).

Item. Iniungimus prioribus et eorum vicariis. quod constitucio de non equitando. nisi in casu necessario ab ipsis et subditis arcius observetur. et literas testimoniales ab hospitibus non notis. qui ad ipsos declinant: inquirere non obmittant. et ipsi eisdem ostendere teneantur.

Item. Iniungimus prioribus universis. quod cellas in quibus sunt

---

1) fratres *om.* B. — ab] ad A1, 2. — et — perhibere *om.* B. — 2) transgressores] corrigendos A2. — 3) seu] et B. — 4) prioris *om.* B. — vel] per *add.* B. — 5) admoniciones] moniciones B. — 9) ordinis et monet *om.* B. — 10) evenerint del emerserint sive de B. — 11) conscribant — intimare] scribantur et eidem magistro mittantur B. — 13) magistri] a magistro B. — datum — obediencie *om.* B. — 16) nec doceant — sciencia] non doceant non discant. nec circa scienciam illam aliquid operentur. nec aliquos libros de sciencia B. — 18) restituant *om.* B. — poterunt] possunt assignent B. — 19) assignanda] assignandos B. — 22) item — observetur] iniungimus quod monicio facta de inductionibus in capitulo Burdegalensi arcius observetur B. — 25) quod] vehiculis utentes arceant et emendent et *add.* B. — 26) ab — subditis *om.* B. — arcius] strictius B. — 27) non notis] ignotis B. — 28) inquirere] priores requirere B. — eisdem] eis B. — 29) cellas — clare] lectus. sedes et discus clare et lucide B.

---

(1) Cf. supra pag. 238 l. 34 sqq.

(2) Cf. supra pag. 239 l. 23 sqq.

lecti. taliter ordinent et disponant. quod katedra. lectus et pulpitus clare a transeuntibus videantur. et hoc teneantur facere infra mensem : postquam hec acta receperint. alioquin ieiunent singulis septimanis una die in pane et aqua : quousque perfecerint.

Item. Monemus. quod in conventibus. ubi vestes debent distribui fratribus : loco vestium pecunia non distribuatur. sed prout facultas domus portaverit : unicuique provideatur.

Item. Iniungimus prioribus universis. quod non permittant conversos habere lata scapularia in scapulis scissa et dimissa. ad modum cape clause. sed prout dicit constitucio induantur.

Item. Admonemus. quod priores provinciales et eorum vicarii. non faciant mutaciones : nisi ex causa racionabili.

Item. Declaramus. quod ad magistrum ordinis vel ad priorem provincialem non possint ire fratres : sine prelati sui licencia speciali.

Item. Declaramus. quod solus magister ordinis et priores provinciales et eorum vicarii : possint dare licenciam recipiendi episcopatum.

Item. Cum conventus Parisiensis multis debitis in pecunia sit oppressus : volumus et ordinamus. quod provincie induant suos studentes. et illi qui sunt de gracia. vel de conventibus illuc missi ad studium predictum : induantur a suis conventibus vel amicis. quousque status illius conventus fuerit melioratus (1).

Item. Volumus et ordinamus. quod quilibet frater hospes. qui ad illum conventum declinaverit. post secundam diem sue hospitalitatis singulis diebus. quibus moratus fuerit. solvat unum Turonensem album procuratori. nec volumus quod prior. vel eius vicarius. vel procurator. in hoc dispenset cum aliquo.

Item. Cum facultas se obtulerit de testamentis vel de aliis casibus. studeant fratres illi conventui subvenire.

Concedimus provincie Provincie : ·i· domum. provincie Theotonie : ·ii· provincie Polonie : ·ii· unam ponendam in regno Bohemie. alteram in Polonia. provincie Ungarie : ·ii· provincie Grecie : ·i·

---

3) ieiunent] ex tunc in *add.* B. — 5) quod — fratribus *om.* B. — 6) pecunia — provideatur] non pecunia. sed vestes unicuique tribuantur prout facultas permiserit B. — 9) dimissa] divisa A2. — 11) non — racionabili] translacionem capitulorum provincialium non faciant sine causa necessaria et urgente B. — 13) quod] sive *add.* B. — vel] sive B. — 14) non possint ire fratres] frater non potest ire B. — 16) episcopatum] episcopatus B. — 17) item *om.* B. — debitis — quod] debitis sit gravatus. volumus et mandamus quod B. — 19) conventibus — a suis *om.* B. — 20) illius] dicti B. — 22) volumus et *om.* B. — 23) illum] dictum B. — singulis diebus quibus] omni die quo ibi B. — 24) quibus] ultra *add.* A2. — 25) volumus — aliquo] in hoc casu prior vel procurator cum eo dispenset B. — 27) de *ante* aliis *om.* B. — 28) illi conventui subvenire] predicto conventui providere B. — 29) concedimus — quod *om.* B.

---

(1) Eandem admonitionem vide supra pag. 109 et not. 1.

Item. Volumus. quod letania more solito dicatur in profestis diebus.

Absolvimus priores provinciales Lombardie et Ungarie.

Item absolvimus priores conventuales Hyspalensem. Ysnacensem. etc.

Volumus. quod priores absoluti hoc anno in capitulo generali in eisdem provinciis et conventibus. ad eadem officia: nullatenus resumantur.

Capitulum generale sequens: assignamus Ferrarie in provincia Lombardie.

Actis additae sunt litterae magistri ordinis; cf. app. n. XL.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS FERRARIE CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· XC°·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de inclinacionibus. ubi dicitur. ad antiphonam. salve. addatur. et in missa in prefacione. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. vel in electione prioris provincialis. addatur sic. aut in priorem nullatenus eligatur. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. et quacumque ex causa. deleatur. et. et ponatur. vel. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum generalis et provincialis capituli. ubi dicitur. per disquisicionem prioris provincialis. addatur. vel eius vicarii. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de predicatoribus. ubi dicitur. in diocesi illius episcopi. addatur. nisi ex causa racionabili. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur. nisi fuerint revocati. addatur. postquam autem in aliquo studio per ·iii· annos fuerint commorati: ipso facto. sint ab ipso studio absoluti. nisi de licencia magistri ordinis speciali. et hoc idem circa studentes eiusdem provincie observetur. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. ·iiii^{or}· autem provincie scilicet Provincia. Lombardia. etc. deleatur totum et dicatur sic ·v· autem provincie scilicet Provincia. Lombardia. Romana provincia. etc. Et hec habet ·iii· capitula.

Approbamus hanc. In capitulo de domibus concedendis et construendis. ubi dicitur. si quis vero contrafecerit pene gravioris culpe debite

2) absolvimus — provincia Lombardie *om.* B. — 12) *confirmationes, approbationes, inchoationes om.* B. — 32) Romana provincia *om.* B. — 35) pene — contrafecerit *om.* A2.

subiacebit. deleatur et dicatur sic. si quis vero contrafecerit⁊ gravius puniatur. Et hec habet ·ii· capitula.

Inchoamus has. In capitulo de capitulo generali. ubi dicitur. eadem districtione precipimus etc. deleatur totum usque ibi. statuimus. ut si in anno diffinicionis etc. et dicatur sic. eadem districtione precipimus. ne quis verbo vel facto ad divisionem nostri ordinis audeat laborare. vel ad absolucionem cuiuscumque prelati nostri ordinis. seu immutacionem generalis status ordinis nostri. verbo. vel scripto. vel alio quocumque modo. directe vel indirecte. mediate vel immediate. cum personis constitutis extra obedienciam nostri ordinis studeat procurare. Quicumque autem scienter contrafecerit⁊ ipso facto. ex vi presentis statuti. omni voce tam in accusacionibus aliorum. quam in electionibus omnibus et tractatibus eorum. que mittenda sunt ad generale vel provinciale capitulum. et omni gradu. prelatura. lectoria. et aliis graciis nostri ordinis⁊ penitus sit privatus. nec ad predicta restitui valeat nisi per magistrum ordinis. vel diffinitores capituli generalis. et pene nichilominus subiaceat gravioris [culpe].

Item hanc. In capitulo de suffragiis. ubi dicitur. idem eciam fiat per totum ordinem pro diffinitore etc. deleatur usque ibi. idem eciam [fiat] pro procuratore ordinis etc. et dicatur sic. idem eciam fiat pro priore provinciali. et diffinitore capituli generalis. et pro sociis eorumdem. et pro electoribus magistri ordinis euntibus ad capitulum generale. si aliquem vel aliquos ex ipsis. eundo vel redeundo in via mori contigerit.

Item hanc. In capitulo de cibo. ubi dicitur. fratres nostri tam priores. quam alii. deleatur totum usque ibi. singulis diebus etc. et dicatur sic. fratres nostri tam priores quam alii. in locis. ubi conventum vel domum habuerimus. nisi cum regibus et reginis et episcopis. et cum electis in episcopos et confirmatis. seu maioribus hiis. aut in domibus religiosorum collegiatis. et hoc raro. extra conventum vel domum⁊ comedere non presumant.

Item hanc. In capitulo de gravi culpa. ubi dicitur. quod si accusatus negaverit etc. deleatur totum usque ibi. ne autem vicia occultentur. etc. et dicatur sic. quod si accusatus negaverit. et accusans in probacione defecerit⁊ accusans pena accusato debita puniatur.

Item hanc. In capitulo de itinerantibus. in fine ubi dicitur. nisi per magistrum ordinis vel per generalis capituli diffinitores. addatur. si vero fuerit conversus. ipso facto voce nisi in accusacione propria sit privatus. et ubique locum novissimum teneat. nisi per magistrum ordinis vel diffinitores generalis capituli fuerit restitutus. et nichilominus penitenciam faciat gravis culpe.

---

8) status] statuti A1, 2. — 21) alii — quam *om.* A2. — 35) capituli — generalis *om.* A2.

Item hanc. In ordinario in rubrica de thurificacione. ubi dicitur. hepdomadarius vel aliquis prelatus quo alius maior est. etc. deleatur totum usque ibi. porro circa modum thurificandi etc. et dicatur sic. quicumque in duplicibus et totis duplicibus. vel alias officium fecerit. in choro. cum capa serica in vesperis. seu in matutinis. stet in sede prioris. nisi aliquis prelatus maior eo sit ibidem. et tunc ille officians ad sinistrum chorum se transferens: stet in sede supprioris.

Item hanc. In ordinario in rubrica de octavis sanctorum. post illud. sanctorum innocencium. addatur. et beati Petri martyris. et quod in rubrica beati Petri martiris dicitur. fiat eciam cotidie memoria etc. usque in finem ex integro deleatur.

Iste sunt admoniciones. Admonemus. ut fratribus indigentibus et petentibus: prelati providere de vestibus necessariis teneantur. et transgressores per priores provinciales vel eorum vicarios seu visitatores: acrius puniantur.

Item. Monemus prelatos seu eorum vicarios. ne faciles sint ad excommunicacionis sentenciam. seu eciam ad precepta obediencie fulminanda.

Item. Pene per generalia vel provincialia capitula imposite. et sentencie per iudices ordinis late. et per diffinitores approbate et confirmate: diligencius observentur. et non facientes: ad hec per prelatos suos sollicicius compellantur.

Item. Fratres. qui vadunt ad completorium. dicto completorio. non redeant ad loquendum nisi in necessitatis articulo. et tunc teneantur dicere completorium iterato.

Item. Fratres et precipue vicarii. vel subpriores instantibus electionibus suis vocibus non resignent.

Item. In locis. ubi conventus habemus vel domos: fratres extra claustrum a potu abstineant. nisi ubi comedere nobis licet.

Item. Fratres ad conventus quibus assignati sunt. infra octo dies recedere compellantur. et ab aliis discursibus illicitis et inutilibus arceantur.

Item. Fratres constitucionem de non equitando melius observent. et per loca. ubi conventus vel domus fratrum sunt: non equitent. et per priores provinciales vel eorum vicarios seu visitatores: transgressores acrius puniantur.

Item. Volumus et ordinamus. ut fratres extra domum et loca com-

---

1) dicitur] nisi *add.* B. — 6) prelatus *om.* A2. — 9) et quod — martiris *om.* A2. — 13) de] in B. — 14) eorum] ipsorum B. — 17) eciam *om.* B. — 20) per] eosdem *add.* B. — 24) loquendum] nec post — modum bibant *add.* B. — 28) habemus vel domos] vel domus fratrum sunt B. — 28) licet] liceat B. — 30) ad conventus] conventibus A1, 2. — 31) ab *om.* A2. — illicitis] frequentibus B. — 32) melius] solito *add.* B. — 36) item *om.* B.

munia et in domo eciam pecunias diucius non teneant. sed eas ponant quam cicius in libris. seu in aliis necessariis expendant.

Item. Volumus et ordinamus. quod priores et alii fratres accelerent cimiteriorum benedictiones. et ad ecclesiarum consummatarum consecracionem: dent operam efficacem.

Item. Volumus et ordinamus. quod in quolibet studio generali. biblia cursorie et biblice legatur. si autem in scholis publice non legatur: quilibet doctor in theologia legat semper cursorie aliquid de textu. lectione dumtaxat de sentenciis non obmissa.

Item. Volumus et ordinamus. ut fratres circa monasteria sororum commorantes ab ingressu interiori. nisi pro necessitate evidenti. abstineant. et alias nisi ex causa racionabili et urgenti illuc ingredi non permittantur. fratres eciam declinantes ad monasteria. in quibus non est fratrum residencia: claustrum ingredi non presumant.

Item. Volumus et ordinamus. ut pro bono statu et conservacione nostri ordinis. et ut ordinem deus preservet ab instantibus periculis. fiat cotidie per ordinem memoria de beata virgine. preterquam in duplicibus et supra. tam in vesperis quam in matutinis. Fiat autem semper ante memoriam de beato Dominico. et dicatur in matutinis antiphona. sancta dei genitrix etc. in vesperis autem antiphona. sub tuum presidium. etc. et utrobique versiculus. post partum. etc. et oracio. protege domine famulos tuos. etc. fiat eciam cotidie memoria de beata virgine Maria in missa per oracionem. concede nos. preterquam in duplicibus et supra. dummodo non sint tot memorie sanctorum. que numerum excedant prescriptum.

Item. Ordinamus. volumus et mandamus. ne aliquis verbo vel facto ad divisionem nostri ordinis audeat laborare. vel absolucionem cuiuscumque prelati. vel immutacionem generalis status nostri ordinis verbo. scripto. vel quocumque alio modo directe vel indirecte. mediate vel immediate cum personis constitutis extra obedienciam nostri ordinis studeat procurare. Quicumque vero scienter contrafecerit: ex nunc ut ex tunc privatus [sit] omni voce. preterquam in sui accusacione. omni gradu. prelatura. doctoria. et omnibus aliis graciis ordinis. nec ad predicta restitui valeat nisi per magistrum ordinis et diffinitores capituli generalis. et nichilominus pene culpe subiaceat gravioris.

Item. Ordinamus. volumus et mandamus. ut omnes provincialium

---

2) in *post* seu *om.* B. — 4) benedictiones] benedictionem B. — ad *om.* B. — 7) si autem] summa B. — legatur] et *add.* B. — 8) cursorie aliquid *om.* B. — lectione] aliquam lectionem B. — 12) alias] alios B. — permittantur] permittant B. — 14) residencia] intra *add.* B. — ingredi] intrare B. — 15) et — ordinis *om.* A1, 2. — 16) periculis] sive malis *add.* B. — 17) per] totum *add.* B. — 18) supra] totis duplicibus B. — semper] cantando *add.* B. — 20) etc.] et B. — autem *om.* B. — etc. et utrobique] et utrolibet B. — 21) etc. et *om.* B. — 22) etc. *om.* B. — Maria *om.* B. — 23) in] festis *add.* B. — 25) item — gravioris *om.* A1, 2. — 35) provincialium] provinciarum A1, 2.

socii scribant et secum ad suas provincias deferant literam sanctissimi patris domini Nycholay pape quarti. missam modo ad capitulum. et iniungimus et mandamus universis fratribus districte. ut circa admonicionem et mandatum dicti sanctissimi patris Nycholay pape quarti. ad observacionem de interdictis et sentenciis prelatorum servandis. diligenciam adhibeant pleniorem.

Item. Inhibemus districte. ne fratres aliqui. cuiuscumque status et gradus. sine licencia capituli generalis. loca recipiant ad edificandos conventus. quod si secus fuerit attemptatum? iuxta ordinacionem capituli Florentini. anno domini · m°· cc°· lxxxi°· ordinamus. quod talis accepcio irrita sit et inanis ipso facto. et receptores huiusmodi omni voce preterquam in sui accusacione. quousque per magistrum ordinis restituantur? penitus sint privati (1).

Item. Inhibemus. ne fratres pro se. vel pro aliis mutuo se obligent. nisi forte in aliqua pecunia modica. cum ex talibus obligacionibus multiplex ordini proveniat dispendium et iactura.

Item. Inhibemus. ne in conventibus nostris organa aut due campane simul ad horas pulsentur. preterquam Bononie. ubi ob reverenciam beati Dominici patris nostri hoc permittatur. ita tamen? quod hoc cum decencia et honestate debita observetur.

Item. Inhibemus districte. ne fratres dissoluti et de aliqua suspecta familiaritate notati ad studia generalia vel specialia. sive in suis provinciis. sive extra suas provincias assignentur. et si qui tales missi fuerint? ad requisicionem conventuum. ubi studuerint. per provinciales suos. omni excusacione et dilacione seposita? ab ipsis studiis revocentur.

Item. Inhibemus districte. ne fratres et precipue iuvenes nisi existente necessitate. ad monasteria mittantur. et districte mandamus. ut ibidem vel alias nisi in conspectu suorum sociorum cum monialibus. vel aliis mulieribus non loquantur.

Item. Ordinacionem factam de non veniendo ad capitula generalia vel provincialia in preterito capitulo innovamus. et addimus novam penam. ut quicumque venerint illicenciati. per duos annos omni voce nisi in accusacione propria? sint privati.

---

2) modo] generale B. — et *om.* B. — 3) admonicionem — observacionem] iniunctionis et mandati dicti sanctissimi domini observacionem B. — 5) et] vel B. — 10) anno dom. 1281 *om.* B. — accepcio] recepcio B. — 17) aut] vel B. — 19) hoc — decencia] antiqua permissio et consuetudo cum decencia tamen B. — 21) dissoluti] et discoli *add.* B. — aliqua] precipue *add.* B. — 26) ne... mittantur] nt... non mittantur B. — existente] exigente B. — 28) vel aliis] seu aliis B. — 31) vel provincialia *om.* A2. — 32) quicumque] scilicet *add.* B.

---

(1) Cf. supra p. 214 l. 20 sqq.

Letania preterquam in festis simplicibus et supra? more solito dicatur.

Concedimus provincie Francie ·i· domum. ponendam in dyocesi Sagiensi. provincie Theotonie? ·i· provincie Polonie? ·i· provincie Terre sancte? aliam. ponendas omnes. ubi prioribus provincialibus et diffinitoribus illarum provinciarum videbitur expedire. et non ponantur in preiudicium alicuius alterius provincie.

Absolvimus priores provinciales Romane provincie et Theotonie. Conventuales? Esinensem. sancti Severini. etc.

Volumus autem. ut tam priores provinciales quam conventuales. hoc anno. in capitulo generali absoluti. in eisdem provinciis et conventibus. in instanti anno ad eadem officia nullatenus assumantur.

Ista sunt suffragia pro vivis.

Pro domino papa. quilibet sacerdos ·vi· missas. et quilibet conventus quolibet mense ·i· de beata virgine.

Pro domino fratre Latino cardinali? quilibet sacerdos ·ii· missas. unam de beata virgine. aliam de beato Dominico (1).

Pro domino fratre Hugone cardinali? quilibet sacerdos ·ii· missas. unam de beata virgine. aliam de beato Dominico (2).

Pro dominis Iacobo et Petro de Columpna cardinalibus? quilibet sacerdos ·ii· missas. unam de beata virgine. aliam de beato Dominico. et quilibet conventus ·i· de spiritu sancto (3).

Ista sunt suffragia pro defunctis. Pro domino comite Tholosano etc. Pro fratribus nostris et sororibus et fratribus minoribus. et pro omnibus in capcione Tripolitana defunctis? quilibet sacerdos ·iii· missas.

Pro qualibet missa frater clericus. non sacerdos ·vii· psalmos cum letania. et quilibet conversus ·c· pater noster. cum totidem ave Maria dicant.

Iste sunt penitencie. Fratribus de conventu Racanatensi. qui contra formam constitucionum accusaverunt priorem suum indiscrete. iniungimus cuilibet tres dies in pane et aqua. tria psalteria. tres letanias. et tres disciplinas.

Item. Omnibus fratribus. qui prevenerunt diem assignatam in presenti capitulo generali? ·iii· dies in pane et aqua. ·iii· letanias. ·iii· disciplinas.

---

2) Concedimus — *acta capituli sequentis om.* B.

---

(1) De fr. Latino cf. supra p. 215 l. 8.

(2) Scil. pro fr. Hugone Sequin de Billo O. Praed. aep. Lugdunensi cf. Eubel l. c. pag. 10.

(3) De dominis Iacobo et Petro de Columna cf. Eubel l. c. pag. 9 et 11.

Item. Denunciamus privatos voce per annum omnes illos. qui absque licencia magistri vel prioris provincialis Lombardie. qui a magistro habuit. ut posset licenciari hoc anno. venerunt ad capitulum generale. et preter hoc iniungimus eis ·iii· dies in pane et aqua.

Committimus magistro ordinis ordinacionem [studii] Parisiensis et aliorum studiorum generalium. ut ipse de magistris et bacallariis ordinet et disponat⁏ prout generali utilitati ordinis viderit expedire.

Item. Volumus et iniungimus. ut diffinitores capituli generalis preteriti (!) et futuri anni. in veniendo et redeundo de conventu in conventum peducantur. et provideatur eis secundum modum ordinis. prout hactenus extitit observatum.

Sentencias iudicum approbamus et mandamus. ut inviolabiliter observentur.

Capitulum generale sequens assignamus apud Palenciam in provincia Hyspanie ad peticionem et instanciam domini regis Castelle. qui promisit totum capitulum magnifice procurare. et diffinitores veniant ad locum capituli dominica infra octavas ascensionis. Nullus autem aliorum fratrum. eciamsi licenciam habeat⁏ intret locum capituli ante sextam feriam pentecostes vigiliam precedentem.

Actis additae sunt litterae Nicolai IV; cf. Potthast II, *n. 23264; et litterae magistri ordinis aliaeque ad absolutionem fr. Munionis pertinentes; cf. app. n. XLI–XLVI.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS PALENCIE CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· LXXXXI°·

Iste sunt approbaciones. Approbamus has. In capitulo de gravi culpa. ubi dicitur. quod si accusatus negaverit etc. deleatur totum usque ibi. ne autem vicia occultentur etc. et dicatur sic. quod si accusatus negaverit. et accusans in probacione defecerit⁏ accusans pena accusato debita puniatur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de itinerantibus. ubi dicitur in fine. nisi per magistrum ordinis vel diffinitores capituli generalis. addatur. si vero fuerit conversus. ipso facto voce nisi in accusacione propria sit privatus. et ubique novissimum locum teneat. nisi per magistrum ordinis vel dif-

9) in conv.] ad conv. A2. — 10) modum] morem A2. — 17) dominica *om.* A2. — 24) Palencie] apud Palenciam B. — 25) Magister ordinis frater Munio. qui post illud capitulum per aliquos menses fuit per litteram summi pontificis. domini Nycolai papae ·IIII· a magisterio absolutus *add. in marg.* A1, 2. — 26) has] constituciones *add.* B. — 31) in fine *om.* B. — 32) vel] et B.

finitores capituli generalis fuerit restitutus. et nichilominus penitenciam faciat gravis culpe. Et hec habet ·ii· capitula.

Iste sunt inchoaciones. Inchoamus hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur. ·v· autem provincie. deleatur totum usque ibi. Provincia. et dicatur sic. sex autem provincie scilicet. Ispania. Provincia. Lombardia. etc.

Iste sunt admoniciones. Admonemus. quod priores provinciales et visitatores. et vicarii. provideant. quod in singulis conventibus et domibus habeantur constituciones correcte. et faciant. quod constituciones que pro tempore confirmantur⁊ in rubricis propriis cicius inserantur.

Item. Constituciones et admoniciones etsi non omnes. tamen ille que magis competunt conversis. saltem quater in anno per magistrum conversorum vel alium fratrem exponantur eisdem.

Item. Cum caritas sola sit vinculum perfectionis. fratres inter se obligaciones seu confederaciones alias non requirant. unde fidei prestaciones. iuraciones et literarum cauciones. si que sunt concepte. vel conciliate⁊ vel celebrate sub quacumque forma verborum cassamus et irritas fore nunciamus. decernimus et inanes. prohibentes. ne de cetero fiant. vel factas audeat aliquis observare.

Item. Priores vel eorum vicarii seu socii priorum ad capitulum generale vel provinciale. licet tamquam procuratores suorum conventuum negocia gerere videantur. non faciant alienaciones vel donaciones notabiles de rebus conventus. sive in ordine vel extra ordinem sine consensu conventus vel maioris partis⁊ quia hoc eis asserimus non licere.

Item. Licet apostate unius conventus non sint recipiendi ad ordinem per priorem alterius conventus. tamen sunt a fratribus. in quorum terminis inventi fuerint⁊ capiendi. propter quod magister ordinis de consilio diffinitorum. omnibus prioribus. supprioribus et eorum vicariis ceterisque fratribus universis ipsos capiendi auctoritatem tribuit et liberam facultatem. et volumus. quod capientibus de expensis. quas in capiendo fecerint. secundum ordinacionem provincialis plenius satisfiat.

Item. Inquisitores heretice pravitatis officium suum solito diligencius exequantur. alioquin per priores provinciales corrigantur. vel ab officio penitus amoveantur⁊ proviso quod priores actu non fiant inquisitores. et facti ab altero duorum officiorum. prout cicius fieri poterit. absolvantur.

Item. Ne de lectoribus frustretur expectacio et spes fratrum⁊ volu-

---

4) usque — prov. *om.* B. — 5) provincie] provincie etc. B. — 12) magis *om.* B. — 15) prestaciones] et *add.* B. — 16) et *om.* A2. — 18) fore] esse B. — nunciamus *om.* B. — 21) tamquam *om.* B. — 22) faciant] tunc (?) *add.* B. — vel] sive B. — 26) tamen sunt] cum sint B. — 28) prioribus *om.* B. — 29) universis *om.* B. — ipsos] ipsosque A2. — 30) capientibus] conventibus B. — 31) satisfiat] satisfaciant B. — 33) vel] et B — 35) duorum] predictorum B. — 36) et] nec A2.

mus. quod nullus lector ad prioratus officium assumatur. nisi lectoris officium ad minus exercuerit per tres annos.

Item. Magister ordinis de consilio diffinitorum et assensu ordinat. mandat et districte iniungit. quod contra diffinitores generalium vel provincialium capitulorum. vel eorum aliquem. a fratribus cuiuscumque status vel condicionis existant. nulle fiant aut proponantur excepciones. recusaciones vel protestaciones. quominus in diffinicionibus suis procedant. Si quis autem contrarium facere presumpserit: in penam incidat gravis culpe. et de manu magistri ordinis vel provincialis vel vicariorum eorumdem et cuiuslibet diffinitorum recipiat disciplinam et a capitulo excludatur. ut suo iurgium exeat cum auctore. Si vero aliquis vel aliqui contra diffinitorem aliquem vel aliquos quidpiam habuerit questionis: per magistrum vel provincialem vel eorum vicarios pro loco et tempore poterit expediri.

Item. Quia constitucio et admoniciones facte de occupacione conversorum et de libellis non habendis. et de subalbis scapularibus non portandis. minus bene in aliquibus provinciis sunt servate: volumus. quod diffinitores proximorum capitulorum provincialium eas faciant diligencius observari.

Item. Nullus conversus sive clericus in sacris ordinibus non existens. calicem nude tangat vel corporalia vel patenam.

Item. Quia admoniciones facte hactenus de non equitando vel pecunia non portanda. a pluribus non servatur: qui se asserunt necessitatem vel licenciam habuisse. volumus. quod in capitulis tam cotidianis quam generalibus quam eciam provincialibus. qui in posterum equitataverint vel pecuniam portaverint. huiusmodi necessitatem exponant et de licencia per testes vel per literas doceant et fidem faciant. et si non fecerint: pena eis in constitucionibus expressa iniungatur. priores autem tam provinciales quam conventuales super huiusmodi necessitate et licencia: requirant diligencius hospites transeuntes.

Item. Priores provinciales non sepe vel diu committant eisdem fratribus. maxime super eosdem conventus. vices suas. cum plerumque per diversos providos et discretos utilitas ordinis efficacius procuretur. volumus insuper et ordinamus. quod qui hactenus tribus annis vel amplius vicarii officium tenuerint ex vi presentis ordinacionis sint in pro-

---

1) lectoris] lectionis B. — 3) ordinis *om.* B. — ordinat] et *add.* B. — 5) capitulorum] diffinitorum B. — 7) vel] seu B. — suis] libere *add.* B. — 10) recipiat] recipiant A1, 2. — 11) excludatur] excludantur A1, 2. — 12) aliquem] quempiam B. — vel aliquos quidpiam] aliquid B. — 15) constitucio] constituciones B. — facte *om.* B. — conversorum] sunt *add.* B. — 16) de *ante* libellis *om.* A2. — scapularibus] capuciis B. — 20) sive] seu B. — 21) nude] nudum B. — 22) vel] et B. — 23) qui] et B. — 24) vel] et B. — 25) qui] et qui B. — 26) et *om.* A1, 2. — 27) doceant et *om.* B. — si *om.* B. — 28) expressa *om.* B. — 31) vel] aut B. — 35) vicarii] vicarie B. — tenuerint] tenuerant B. — in] proximis *add.* B.

vincialibus capitulis absoluti. et infra biennium ad idem officium nullatenus assumantur.

Item. Omnes fratres caveant diligenter. ne prelatis ecclesiarum dent materiam turbacionis vel scandali alicuius. et de ipsis loquantur tam in privato quam in publico reverenter. et si qui inveniantur fecisse contrarium. acrius puniantur.

Item. Priores conventuales caveant diligenter. ne bona conventuum accipiant et in proprios usus convertant. nisi de consciencia et voluntate conventus vel maioris partis ipsius.

Item. Tam in sepeliendis fratribus mortuis. quam in acolitatu faciendo. in legenda epistola et in aliis. que in ordinario continentur. secundum rubricas uniformitas observetur.

Item. Fratres non habeant molendina vel domos vel aliqua alia. que habere possessionum speciem videantur.

Concedimus provincie Hyspanie tres domos ad peticionem illustrissimi domini regis Castelle. unam ponendam in Licrone (1). aliam ponendam in Oveto (2).

Item. In eadem provincia fratribus de nacione Cathalonie unam ponendam in Zativa. ubi volumus et ordinamus. quod semper sit studium in hebraico et in arabico.

Provincie Provincie. ·ii·

Provincie Theotonie. ·ii·

Provincie Polonie. ·ii· omnes ponendas. ubi prioribus provincialibus et diffinitoribus sine preiudicio aliarum provinciarum videbitur expedire.

Mittimus in provinciam Dacie visitatores. fratrem priorem Heldesemensem. Fredericum priorem Madeburgensem. cum plena auctoritate magistri et nostra. qui tam in capitibus quam in membris inquirant. corrigant. ordinent et emendent. quecumque corrigenda et emendanda viderint et invenerint. et ambo in solidum habeant potestatem. et ordinamus. quod magister ordinis mittat visitatores secundum eundem modum in provincias Grecie et Terre sancte.

Absolvimus priores provinciales Egidium Hispanie. Thomam Fran-

---

3) diligenter *om.* B. — 4) vel] et B. — 10) faciendo] et *add.* B. — 12) rubricas uniformitas] rubricam uniformiter B. — 16) domini *om.* B. — unam — Oveto *om.* B. — 17) Oveto] Aveto A1, 2. — 19) et] eciam *add.* A2. — 20) et *om.* A2. — 21) provincie — expedire *om.* B. — 25) fratrem] fratres B. — Heldesemensem] Ildensemsem et B. — 27) inquirant] et *add.* B. — 28) et emendanda] vel emendanda B. — 29) viderint et *om.* B. — solidum] eandem *add.* B. — 32) absolvimus — dicant *om.* B. — 32) *nomina priorum inter lineas adduntur in nominativo* A1, 2.

---

(1) Unde corrigas, quae *Analecta O. Praed.* I. pag. 62. dicuntur de conventu Lucroniensi.

(2) Unde iterum corrigas, quae *Analecta* l. c. pag. 65. dicuntur de conventu Ovetensi.

cie. Salomonem Ungarie. Egidium Polonie. Oliverium Dacie. Salvum Grecie. Radulphum Terre sancte.

Conventuales: Gerundensem etc. et ordinamus. quod iidem fratres in eisdem provinciis vel conventibus ad eadem officia non assumantur isto anno.

Ista sunt suffragia pro vivis.

Pro domino papa quilibet sacerdos ·vi· missas.

Pro domino Latino. etc. (1).

Ista sunt suffragia pro defunctis.

Pro domino Portuensi: (2) quilibet sacerdos ·i· missam. et quilibet conventus ·i·

Pro domino Alphonso quondam rege Castelle: quilibet sacerdos ·ii· missas.

Pro domina Helyonor quondam regina nuper defuncta: quilibet sacerdos ·vi· missas et quilibet conventus unam. et solempnes vigilias defunctorum pro ipsa.

Pro fratre B. Geraldi quondam priore provinciali Provincie. nuper in festo annunciacionis defuncto: quilibet sacerdos ·i· missam (3).

Pro qualibet missa clericus ·vii· psalmos cum letania. conversus ·c· pater noster. cum totidem ave Maria dicant.

Letania more solito dicatur in profestis diebus.

Committimus magistro ordinis ordinacionem studii Parisiensis et aliorum studiorum generalium. ut ipse de magistris et bacallariis ordinet et disponat: prout utilitati et profectui viderit expedire.

Item. Volumus et iniungimus. quod diffinitores capituli generalis presentis et futuri anni. in veniendo et redeundo deducantur de conventu ad conventum. et provideatur eis secundum morem ordinis. prout hactenus est servatum.

Capitulum generale sequens: apud Coloniam assignamus in pro-

---

6) Summa missarum pro vivis LIX et quilibet conventus VI *add. in marg.* A1, 2. — 22) studii] studiorum generalium etc. B; *reliqua* — servatum *om.* B. — 29) Capitulum generale fuit translatum de Colonia in Romam auctoritate pape. absoluto magistro fratre Munione *add. in marg.* A1, 2.

---

(1) De fr. Latino cf. supra p. 259 l. 15.

(2) Scil. pro Bernardo de Languissel, aep. Arelatensi; Eubel l. c. pag. 35.

(3) De morte Bernardi Geraldi narrat *B. Guidonis* in *priores provinciales in provincia Provinciae non divisae.* «Plenusque dierum et operibus ac laboribus bonis, in senectute bona quievit in officio provincialatus, ingressus in abundantia sepulcrum in conventu Tholosano, in festo dominicae annunciationis, octavo kalendas aprilis inchoante anno domini m°. cc°. xci°. qua die ordinem intraverat praedicatorum, intrasse creditur chorum et ordinem angelorum». Cf. Douais l. c. p. XXXVI, 7 et indicem.

vincia Theotonie. et diffinitores sint ibi dominica infra octavas ascensionis. Nullus autem aliorum fratrum. eciamsi licenciam habeat. intret locum capituli ante ·vi^{tam}· feriam penthecostes vigiliam precedentem.

Sciant omnes fratres. quod priori provinciali Anglie et socio provincialis Provincie post generale capitulum in via defunctis: tenentur cuilibet illorum in tribus missis. et aliis secundum constitucionem.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS ROME CELEBRATI ANNO DOMINI ·M°·CC°·XCII°·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de gravi culpa. ubi dicitur. quod si accusatus negaverit. etc. deleatur totum usque ibi. ne autem vicia occultentur. etc. et dicatur sic. quod si accusatus negaverit. et accusans in probacione defecerit: accusans pena accusato debita puniatur. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de itinerantibus. ubi dicitur in fine. nisi per magistrum ordinis vel diffinitores generalis capituli. addatur. si vero conversus fuerit: ipso facto voce. nisi in sui accusacione propria sit privatus. et ubique novissimum locum teneat. nisi per magistrum ordinis vel diffinitores capituli generalis: fuerit restitutus. et nichilominus faciat penitenciam gravis culpe. Et hec habet ·iii· capitula.

Iste sunt approbaciones. Approbamus hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur. quinque autem. provincie deleatur totum usque ibi. Provincia. et dicatur sic. ·vi· autem provincie scilicet. Hyspania. Provincia. Lombardia. etc. Et hec habet ·ii· capitula.

Iste sunt admoniciones. Admonemus et iniungimus. quod nullus frater ponat sigillum suum in aliquá litera: nisi prius eam prior audierit et viderit diligenter.

Item. Admonemus et iniungimus prioribus provincialibus et conventualibus. in quorum provinciis sunt studia generalia. ut studentes provinciarum humane et caritative tractent. prout decet. et qui presunt in studiis. eos promoveant secundum eorum merita pace et equitate servata.

---

1) sint ibi dominica] veniant circa dominicam B. — 4) Anglie] defuncto in via *add.* B. — 5) post — illum] similiter defuncto tenetur quilibet fratrer cuilibet eorum B.

Iste socius provincialis erat fr. R. de Caubosio prior Montis albani. vir virtutis et religionis magne *add. in marg.* A1, 2. — 9) In isto generali capitulo. fuit electus in magistrum ordinis. frater Stephanus de Bisuncio. magister in theologia egregius Parisius. ac doctor precipuus. et admodum tam clero quam populo graciosus. prior provincialis Francie tunc. presens erat in capitulo *add. in marg.* A1, 2. — 15) in fine *om.* B. — 26) prior *om.* A1, 2. — 27) et] vel B. — 28) admonemus et *om.* B.

Item. Cum capitulum generale apud Ferrariam celebratum (1) inhibeat. ne aliquis frater qui non sit de corpore capituli veniat ad capitulum generale sine licencia magistri ordinis. vel ad provinciale sine licencia prioris provincialis. et ordinaverit. quod qui contrafecerit. sit per duos annos omni voce privatus? volumus et ordinamus. quod in eamdem penam incidant. qui de suis conventibus recedentes. viam ad capitulum arripuerint. sine licencia speciali.

Item. Omnes licencias generales et speciales et exempciones et privilegia concessa fratribus singularibus. vel sororibus nostris a quibuscumque prelatis ordinis nostri? penitus revocamus.

Cum ex commissione facta dominis nostris cardinalibus. et appellacione contra eam facta et prosecucione indiscreta. multa fuerit per ordinem turbacio subsecuta? notum facimus universis. quod ex hiis que certitudinaliter novimus et tenemus pro firmo. domini cardinales nostri ordinis. sancta et sana intencione et pro ordinis promocione et status eiusdem reparacione? dictam commissionem sibi factam acceptarunt. et ideo districtius inhibemus. ne aliquis occasione predicta linguam suam contra prefatos dominos et patronos laxare presumat. quin pocius ardencius et instancius in suis sanctis et fervidis oracionibus eos habeant commendatos? precipue cum devocio eorum et affectio ad ordinem continue augeantur. si quis vero contrarium facere deprehensus fuerit? per eorum prelatos severius puniatur (2).

Iste sunt penitencie. Iniungimus omnibus fratribus de Hyspania. qui contra ordinacionem capituli generalis priorem provincialem reelegerunt? tres dies in pane et aqua.

Item. Iniungimus omnibus fratribus de Brundisino. qui vocem in electione socii prioris ad provinciale capitulum habuerunt. nec socium elegerunt. et in scrutiniis excesserunt ultra modum debitum? omni septimana per annum. quando capitulum fuerit. unam recipiant disciplinam. et ·vii· psalmos cum letania dicant.

Committimus fratri G. de Sancto Setano. ut ipse inquirat diligenter de culpa quondam subprioris Narbonensis. et aliorum in conventu eodem. qui irreverenciam non modicam. iniurias et improperia intulerunt diffi-

---

1) inhibeat] inhibuerit B. — 3) ad *om.* B. — 6) viam] capituli *add.* B. — 12) eam] hanc B. — 13) turbacio] perturbacio B. — 16) acceptarunt] acceptaverunt B. — 17) linguam suam] linguas suas A1, 2. — 18) prefatos] nostri ordinis *add* B. — laxare] relaxare B. — 19) suis] eorum B. — eos] fratres *add.* B. — 22) puniatur] puniantur B. — iste — dicatur *om.* B.

---

(1) Cf. supra p. 258 l. 30 sqq.

(2) Argumentum, quod agitur, depositionis fr. Munionis de Zamorra fusiori stilo tractabitur in prolegomenis; interim adeas SSOP I, 398 sqq.

nitori Romane provincie redeunti de capitulo. ut nobis relatum est. et secundum exigenciam culparumʔ puniat prout debet. absolvendo et ad alios conventus. si necesse fuerit. deputando.

Concedimus provincie Francie ·i· domum.

Provincie Lombardieʔ ·i· ponendam in Parigia (1).

Provincie Romaneʔ ·i· ponendam in Summa.

Provincie Polonieʔ unam. Dictas autem domos concedimus ponendas absque preiudicio provincie cuiuscumque.

Absolvimus priores provinciales Hyspanie et Provincie.

Conventuales Fulginacensem etc. et ordinamus. quod iidem fratres in eisdem provinciis et conventibus ad eadem officia non assumantur hoc anno.

Ista sunt suffragia pro vivis.

Pro venerabili collegio cardinalium. et pro instanti electione apostolicaʔ quilibet sacerdos ·ii· missas (2).

Ista sunt suffragia pro defunctis.

Pro domino papa Nycholao ·iiii^{o}· quilibet sacerdos ·iiii^{or}· missas etc.

Item. Noverint universi. quod socius diffinitoris Polonie rediens de capitulo anno preterito. obiit Parisius. et diffinitor Anglie. antequam ad suum rediret conventum. obiit in provincia Anglie.

Pro qualibet missaʔ clericus ·vii· psalmos cum letania. conversus ·c· pater noster et totidem ave Maria dicant.

Summa pro vivis missarum ·xlviii· summa pro mortuisʔ ·xix·

Letania in ferialibus diebus more solito dicatur.

Committimus magistro ordinis ordinacionem studii Parisiensis. et aliorum studiorum generalium. ut ipse de magistris et bacallariis ordinet et disponat. prout utilitati ordinis et profectui viderit expedire.

Rogamus. et quantum in nobis est. committimus magistro ordinis. quod ipse disponat et ordinet de provincia Terre sancteʔ prout ei melius videbitur expedire.

Item. Volumus et iniungimus. ut diffinitores presentis et futuri anni. in veniendo et redeundo. deducantur de conventu ad conventum. et provideatur eis secundum morem ordinis. prout hactenus est servatum.

Capitulum generale sequens assignamus in conventu Insulensi. in provincia Francie.

Sentencias iudicum approbamus.

Actis additae sunt litterae magistri ordinis; cf. app. n. XLVII.

---

5) ponendam — ·I· *om.* A2. — 23) in *om.* A. — 24) studii — aliorum *om.* B.

---

(1) Parigia: corruptum sine dubio pro Yporegia.

(2) Mortuo Nicolao IV. april. 4. 1292 sedes apostolica vacat ad iul. 5. 1294, quo die eligitur Coelestinus V.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS APUD INSULAS CELEBRATI ANNO DOMINI · M° · CC° · XCIII°·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de studentibus. ubi dicitur. quinque autem provincie. deleatur totum usque ibi. Provincia. et dicatur sic. sex autem provincie scilicet. Hyspania. Provincia. Lombardia etc. Et hec habet ·iii· capitula.

Inchoamus has. In capitulo de ieiuniis. post illud. assumpcionis sancte Marie. et Bartholomei. addatur. et nativitatis beate virginis.

Item. In eodem capitulo. ubi dicitur. itinerantes tamen bis refici possunt nisi in adventu. addatur. et vigilia purificacionis.

Item. In capitulo de rasura. ubi dicitur. rasura autem fiat hiis terminis. deleatur hoc totum usque in fine capituli. et dicatur sic. rasura vero fiat a pascha usque ad festum omnium sanctorum de quindena in quindenam. deinde autem semel in tribus septimanis. ita tamen quod propter festa solempnia possit per dies aliquot preveniri ⁊ vel retardari.

Item. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. si vero de alia provincia fuerit. post illud. admittantur ad electionem predictam. addatur. infra vero idem tempus non admittantur ad electionem electorum prioris provincialis. nec ad tractatum eorum. que mittenda sunt ad capitulum generale vel provinciale.

Iste sunt admoniciones. Volumus et ordinamus. quod fratres qui libros aut pecuniam a communitate provincie habuerunt. et iam non sunt habiles ad legendum vel studendum in eis ⁊ suo provinciali resignent et reddant. ut ex eis fratribus aptis ad studendum valeat providere.

Item. Inhibemus. ne mittant ad studia generalia insolentes et inquieti. et si qui tales reperti fuerint ⁊ per priorem conventus cum testimonio aliquorum discretorum eorum provincialibus intimentur. et ipsi eos ad suas provincias non differant revocare. Idem volumus circa eos qui ad studia theologie vel arcium infra suas mittuntur provincias observari.

Item. Inhibemus districte. ne aliquis frater artem medicine exerceat. nec de medicina se aliquatenus intromittat. nisi prius in seculo audiverit et fuerit sufficienter instructus.

Item. Inhibemus districte. ne aliquis contrahat debitum sine licencia

---

9) sancte] beate B. — virginis] Marie B. — 11) et] in *add.* B. — 12) fiat — vero *om.* A2. — 15) deinde autem] et ex tunc B. — 16) aliquot] aliquos B. — vel] et B. — 18) alia] aliqua A1. — admittantur] admittatur B. — 19) admittantur] admittatur B. — 23) aut] et B. — 26) generalia] fratres *add.* B. — 33) aliquatenus] aliqualiter B. — prius] primo A2. — audiverit] audierit B.

prioris sui. et qui secus fecerit ; teneatur ieiunare una die in pane et aqua qualibet septimana ; quousque satisfecerit creditori.

Item. Prohibemus. quod fratres non procurent nec petant. quod alii fratres eis attinentes vel alii quicumque eis post mortem in libris vel aliis rebus succedant. et quod tales gracie de cetero a prelatis ordinis minime concedantur.

Item. Ad vitandum nimium discursum fratrum ad capitula generalia et provincialia ; volumus et monemus. quod teneatur ordinacio in capitulis super hoc facta. addentes. quod tam priores quam alii fratres spectantes ad capitulum. mutuo se associent. exceptis diffinitoribus capituli generalis. et sociis sibi a capitulo deputatis. et visitatoribus ; qui poterunt secum adducere socios sibi datos.

Item. Mandat venerabilis pater magister ordinis. quod diffinitores vel socii eorum acta capitulorum suorum provincialium singulis annis portent secum ad capitulum generale.

Item. Cum de alternandis capitulis generalibus facta sit pluries inchoacio. et interdum sequta sit approbacio. et raciones appareant pro et contra ; (1) nolentes circa hoc aliquid attemptare. volumus. quod in singulis capitulis provincialibus huius anni super hoc diligens collacio habeatur. et quod visum fuerit singulis provinciis ; mittatur ad sequens capitulum generale.

Item. Monemus. quod fratres non loquantur in mensa nec dent loquendi licenciam preter formam constitucionum. et nisi unde hoc sibi liceat. per literas apostolicas possint docere. et contrarium facientes ; puniantur sicut transgressores.

Item. Ordinamus et volumus. quod fratres privati vocibus non admittantur ad aliquam electionem vel tractatum eorum. que mittenda sunt ad generale vel provinciale capitulum. nisi per acta vel per litteras docere se valeant restitutos.

Iste sunt penitencie. Fratrem Gentilem de Roma (2) qui clam et sine magistri ordinis licencia. regendi Parisius in theologia licenciam acceptavit ; denunciamus privatum voce et licenciam sic presumptam iudicamus irritam et inanem. inhibentes districte. ne quis de cetero simile

2) qualibet septimana] singulis septimanis B. — 3) prohibemus] monemus A2. — 4) eis *post* fratres *om.* A1. — 7) fratrum — quod] ad capitulum generale et provinciale volumus et ordinamus quod B. — 12) adducere] ducere B. — 14) singulis annis *om.* B. — 18) nolentes circa hoc aliquid] nolentes inconsulte circa hoc iterum (?) aliquid B. — 24) docere] ostendere B. — 31) ordinis *om.* B.

---

(1) Cf. supra p. 158. l. 21 sq.; 222 l. 31 sqq.; 228 l. 1 sqq.; 238 l. 23 sqq.

(2) De fr. Gentili cf. Douais l. c. pag. 579-VI, 600-VII; Denifle *Archiv* II pag. 210.

aliquid attemptare presumat. Volumus insuper. quod magister ordinis diligenter inquirat de fratribus. per quos dicta licencia dicitur fuisse procurata. et eos privatos voce denunciet. et nichilominus gravius puniat secundum exigenciam delictorum.

Item. Cum intellexerimus. quod quidam iuvenes studentes in conventu Pontensi proterve se habuerunt in tractatu de mittendis ad capitulum et pecierunt fratrem quemdam bonum transferri ad aliam provinciam. imponimus provinciali Francie. quod diligenter de hoc inquirat. et quos reos invenerit ? privet studio et amoveat a conventu.

Item. Fratrem Petrum Riperti Avenionensem. qui privatus voce. dum immineret electio prioris. dixit se fuisse restitutum per magistrum ordinis. cum non esset. legens restitucionem suam in cedula superposita littere magistri. que de alia materia loquebatur ? privamus voce. et iniungimus ei ·xii· dies in pane et aqua et quod per annum in singulis septimanis. in accusacione sua recipiat disciplinam.

Concedimus provincie Provincie ? ii· domos.

Provincie Francie ? i·

Provincie Theotonie ? ii· unam ponendam in Liguibus (1) sine preiudicio alterius provincie. aliam in Vismaria.

Absolvimus priorem provincialem Theotonie.

Item priores conventuales Ceno[ma]nensem. Trecensem. Belvacensem. Turonensem. etc. et ordinamus. quod iidem fratres in eadem provincia et in eisdem conventibus ad eadem officia non resumantur hoc anno.

Ista sunt suffragia pro vivis.

Pro statu universalis ecclesie et pro venerabili collegio cardinalium. et creacione summi pontificis ? quilibet sacerdos ·iii· missas etc.

Ista sunt suffragia pro defunctis.

Pro domino Iohanne Chauleti cardinali et legato Francie quondam ? quilibet sacerdos ·i· missam (2).

Pro domino Helia de Malomonte decano sancti Aredii Lemovicensis diocesis. quilibet sacerdos unam missam. etc. (3).

---

3) gravius] graviter A2. — 8) de hoc *om.* A2. — 10) Avinionensem *om.* B. — 11) fuisse *om.* A2.— 14) ei *om.* A2. — 18) provincie *om.* B. — unam — Vismaria *om.* B. — Lignibus] Ligniburne A2. — 20) priorem *om.* A1, 2. — 21) item — item ·III· *om.* B.

---

(1) Lignibus, Ligniburne: legendum esse arbitror in Luzelburgo, qui conventus circa haec tempora fundatur. Cf. KOCH *Das Dominikanerkloster zu Frankfurt am Main.* Freiburg 1892, pag. 6.

(2) Scil. Ioanne Cholet; cf. EUBEL l. c. pag. 10.

(3) Idem legitur in actis capituli provincialis provinciae Provinciae Carcassonae celebrati anno 1293; cf. DOUAIS l. c. pag. 380.

Summa pro vivis ·lviii· summa pro mortuis ˀ ·xxvii· Item ·iii·

Noverint universi. quod frater Bernardus de Trilia quondam prior provincialis Provincie rediens de capitulo generali Romano ˀ obiit antequam rediret ad conventum suum anno precedente ·m°. cc°· xcii°. in vigilia beati Dominici in conventu Avenionensi. propter quod fratres tenentur ei ad suffragia consueta (1).

Pro qualibet missa ˀ clericus non sacerdos ·vii· psalmos cum letania. conversus ˀ ·c· pater noster cum totidem ave Maria dicant.

Letania in profestis diebus more solito dicatur.

Committimus magistro ordinis ordinacionem studii Parisiensis et aliorum studiorum generalium. ut ipse de magistris et bacallariis ordinet et disponat prout utilitati ordinis et profectui viderit expedire.

Item. Volumus et iniungimus. ut diffinitores capituli presentis et futuri anni. in veniendo et redeundo deducantur de conventu ad conventum. et provideatur eis secundum modum ordinis. ut hactenus est servatum.

Sequens generale capitulum assignamus apud Montempessulanum in provincia Provincie. et diffinitores veniant dominica infra octavas ascensionis. Alii autem fratres intrare poterunt locum capituli feria ·vi^a^· sequenti ˀ et non ante.

Sentencias iudicum approbamus.

Actis additae sunt litterae magistri ordinis; cf. app. n. XLVIII.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS APUD MONTEMPESSULANUM CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· XCIIII°·

Iste sunt approbaciones. Approbamus has. In capitulo de ieiuniis. post illud. assumpcionis sancte Marie. et Bartholomei. addatur. et nativitatis beate virginis. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de rasura. ubi dicitur. rasura vero fiat. deleatur usque in finem capituli. et dicatur sic. rasura fiat a pascha usque

---

2) prior *om.* B. — 3) Romano *om.* A2. — 4) anno — Avenionensi *om.* B. — 7) pro — dicant *om.* B. — 10) studii — servatum] studiorum generalium etc. B. — 14) in veniendo et *om.* B. — 19) et non ante *om.* B. — 20) sentencias iudicum approbamus *om.* A1, 2. — 26) has] hanc constitucionem B. — ieiuniis] ubi dicitur *add.* B. — 27) sancte] beate B. — 29) item — capitula *om.* B. — rasura — fiat *om.* A2.

---

(1) De fr. Bernardo de Trilia cf. SSOP I, 432; Denifle l. c. pag. 209, 239; Douais l. c. indicem.

ad festum omnium sanctorum : de quindena in quindenam. deinde autem semel in tribus septimanis. ita tamen quod propter festa solempnia per dies aliquot possit retardari vel eciam preveniri. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. si vero de alia provincia fuerint. post illud. admittantur ad electionem predictam. addatur. infra vero illud tempus non admittantur ad electionem electorum prioris provincialis. nec ad tractatum eorum que ad generale vel provinciale capitulum sunt mittenda. Et hec habet ·ii· capitula.

Inchoamus has. In capitulo de ieiuniis. ubi dicitur. itinerantes autem bis refici possunt nisi in adventu. addatur. et in vigilia nativitatis et purificacionis beate virginis.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. fratres autem post quatuor annos a professione sua. addatur. dum tamen annum ·xxv· etatis impleverint : admittantur.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. si priorem provincialem in capitulo generali. post illud. mori vel amoveri. addatur. seu electionem de ipso factam cassari contigerit. etc.

Item hanc. In capitulo de capitulo provinciali. ubi dicitur. predicatores autem generales. post illud. habeant potestatem. addatur. nec instituantur ab eisdem. nisi sint maturi et discreti. ad negocia ordinis pertractanda.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. infra vero quinquennium ab ingressu ordinis. addatur. et infra ·xxv· annum etatis fratres alii etc.

Item hanc. In capitulo de predicatoribus. ubi dicitur. statuimus autem. deleatur totum usque ibi. nullus assumatur.

Item hanc. In letania ubi dicitur. sancte Benedicte. addatur. s. Bernarde ora pro nobis.

Item. In eadem post illud. s. Maria Magdalena. addatur. s. Martha ora pro nobis.

Iste sunt admoniciones. Admonemus et ordinamus : quod per octavas b. virginis. nativitatis et assumpcionis quando de eis agitur. dicantur ·xv· psalmi graduales. sicut in sabbatis. quando de ipsa fieri consuevit.

Item. Inhibemus omnibus vicariis priorum. quod in absencia ipsorum novicios non recipiant. nec ad sacros ordines fratres faciant promoveri. nisi super iis ab ipsis prioribus facta fuerit specialis et expressa commissio.

Item. Mandamus universis prioribus provincialibus et diffinitoribus

---

4) in capitulo *om.* B. — 9) de ieiuniis *om.* B. — autem *om.* B. — 16) post illud *om.* B. — amoveri] contigerit *add.* A2. — 22) hanc *om.* B. — 26) ubi dicitur] post illud B. — 27) ora pro nobis *om.* B. — 28) in eadem *om.* B. — 29) ora pro nobis *om.* B. — 30) per] intra B. — 32) ·XV· — psalmi graduales] gradus B. — quando de ipsa *om.* B. — 35) prioribus] eis *add.* B. — 37) et] ac B.

capitulorum provincialium ? quod moniciones factas in capitulo generali Montepessulani anno domini ·m°·cc°·lxxxiii°· de iuvenibus informandis. ac de noviciis non recipiendis infra etatem legitimam ? faciant hoc anno in actis suis provincialibus repeti et inseri. et eas exacta diligencia observari. transgressores autem a capitulo predicto penitencia contenta in illis monicionibus puniendo (1).

Item. Inhibemus districte fratribus universis. ne extra conventus carnes comedant cum principibus vel prelatis. eciamsi super hoc privilegium asserant se habere. et puniantur graviter qui inventi fuerint contrarium facientes.

Item. Volumus et ordinamus. quod inquisitores heretice pravitatis teneantur singulis annis de omnibus receptis et expensis prioribus provincialibus veras et certas sub iureiurando prout requisiti fuerint reddere raciones. et iidem provinciales raciones scripto commendatas et sigillo suo ac inquisitorum signatas. venerabili patri nostro magistro ordinis ? transmittere teneantur.

Item. Volumus et mandamus. quod admonicio facta in capitulo Burdegalensi et Montispessulani (2) circa deposita diligencius observetur. videlicet ? quod in singulis conventibus assignentur tres depositarii per conventum. qui sine licencia prioris vel vicarii. ostendendi seu reddendi deposita ? non habeant potestatem. nec prior eciam vel eius vicarius sine ipsis. quod si aliquem predictorum depositariorum abesse contigerit vel alias impediri ? clavis eius tradatur alii cui prior vel eius vicarius assignaverit ? de consilio discretorum. et caveant semper. ne unus simul teneat plures claves. Preter istam autem ordinacionem. nullus frater audeat depositum aliquod recipere vel tenere. et super hoc visitatores inquirant studiose. et acriter puniant contrarium facientes.

Item. Admonemus secundum ordinacionem capituli generalis Florentini (3) universos priores provinciales et conventuales et eorum vicarios. quod laborent diligencius pro apostatis capiendis ? ubicumque ipsos infra terminos suos poterint invenire. Quod si facere non potuerint ? excommunicatos denunciari procurent. ut sic saltem ab aliis evitentur. volumus autem. quod expense que in ipsorum capcione vel detencione

5) autem *om.* A1, 2. — penitencia] pena B. — 7) conventus *om.* A2. — 12) expensis] suis *add.* B. — 15) ac] et B. — signatas] munitas B. — 16) transmittere] mittere B. — 17) admonicio] monicio B. — 18) circa deposita] de depositis B. — 19) videlicet — facientes *om.* B. — 21) eciam *om.* A2. — 28) admonemus] monemus B. — generalis *om.* A2, B. — 30) ipsos *om.* B. — 31) invenire] inveniri B. — potuerint] eos *add.* B. — 33) ipsorum] eorum B.

(1) Cf. supra pag. 222 l. 8 sqq.
(2) Cf. supra pag. 191 l. 4-11; 224 l. 12 sqq.
(3) Cf. supra pag. 214 l. 15 sqq.

fient. a provinciis vel conventibus de quibus fuerint: plene et prompte ipsos capientibus vel detinentibus refundantur.

Item. Cum constitucio dicat. quod fratres viatores testimoniales literas secum ferant: monemus et mandamus. quod priores. subpriores ac vicarii illorum conventuum. ad quos declinaverint: teneantur ipsas litteras exigere et inspicere diligenter.

Item. Cum in capitulo generali apud Montempessulanum proximo celebrato (1) prohibitum fuerit: ne conversi scapularia quasi alba deferrent. et hoc a pluribus appareat non servatum: non solum priores penitenciam ferant pro dissimulacione sicut in actis predictis est expressum: sed eciam ipsi conversi penam luant duplicatam. nisi ipsa scapularia infra quindenam dimiserint. de cetero nullatenus resumenda. nec frater aliquis eos assumat in adiutores misse vel pro sociis in civitatem vel extra: habitum prohibitum deferentes.

Item. Venerabilis pater magister ordinis de voluntate et consilio diffinitorum prohibet districte. ne fratres clerici vel conversi ingrediantur claustra sororum nostrarum. nisi in casibus in earum constitucionibus approbatis.

Prohibemus eciam. quod nulle persone cuiuscumque status. vel condicionis existant. in eisdem claustris comedant. seu dormiant. eciamsi preclare dignitatis aut magnorum meritorum existant. vel ius patronatus pretendant. et tam fratres qui in hoc deliquerint quam sorores que contrarium fieri permiserint vel procuraverint: tribus diebus in pane et aqua ieiunent. in qua penitencia nonnisi per magistrum ordinis vel priorem provincialem valeat dispensari. Similiter admittendi non sunt. sed pocius excludendi. qui dicunt se de introitu claustrorum vel absolucione sororum. cum sint alieni: licenciam habere. nisi super hoc priori loci vel eius vicario per litteras eiusdem magistri fidem faciant evidentem.

Item. Declaramus. quod sine prioris provincialis assensu diffinitores capitulorum provincialium: predicatores non possunt instituere generales.

Item. Ad vitandum nimium discursum fratrum ad capitula generalia et provincialia: volumus et mandamus. quod ordinacio circa hoc facta in capitulis generalibus. Rome et apud Insulas proximo celebratis: (2) arctius observetur. et omnes fratres qui ad presens capitulum sine ma-

---

1) plene — refundantur *om.* B. — 4) et] ac B. — 5) illorum] eorum B. — 6) exigere] exquirere B. — 9) pluribus] evidenter *add.* B. — 10) dissimulacione] dilacione B. — 13) assumat] sumat B. — 14) habitum prohibitum] prohibita B. — 15) venerabilis pater *om.* B. — 17) earum] ipsarum B. — 18) approbatis] expressis B. — 19) nulle] omnino *add.* A2. — persone] eciam *add.* B. — vel] et B. — 25) sed pocius excludendi *om.* B. — 29) assensu] licencia B. — 31) item — observetur *om.* B. — 34) et] item B.

---

(1) Cf. supra pag. 226 l. 16 sqq.

(2) Cf. supra pag. 266 l. 1 sqq.; 269 l. 7 sqq.

gistri licencia venerunt vel ad veniendum ad ipsum iter arripuerunt⁝ per biennium denunciamus voce privatos.

Ista sunt suffragia pro vivis.

Pro statu universalis ecclesie et pro venerabili collegio dominorum cardinalium. et creacione summi pontificis⁝ quilibet sacerdos ·iii· missas etc.

Ista sunt suffragia pro defunctis.

Pro domino Iohanne Chauleti (1) et domino Iordano (2) venerabilibus cardinalibus⁝ quilibet sacerdos ·i· missam etc.

Summa pro vivis⁝ ·xxxvi·

Summa pro mortuis⁝ ·x·

Pro qualibet missa frater quilibet non sacerdos⁝ ·vii· psalmos cum letania. conversi⁝ ·c· pater noster cum totidem ave Maria dicant.

Letania solito more in profestis diebus dicatur.

Iste sunt penitencie. Quia prior provincialis Hyspanie frater Nicolaus Salamantinus quibusdam fratribus nostri ordinis scilicet fratri Munioni episcopatum Palentinum (3) et fratri Guillelmo de Montecatheno Urgellensem. ut episcopatus reciperent. dedit licenciam inconsulte⁝ ipsum in penam suam absolvimus ab officio prioratus. et eidem iniungimus. quod usque ad annum abstineat una die in pane et aqua. et unum psalterium singulis dicat septimanis (4).

Item. Quia frater Iohannes de Laterano contra venerabilem patrem dominum Hugonem tit. s. Sabine presbyterum cardinalem graviter excessit. ac penitenciam sibi ob predictam culpam per vicarios magistri ordinis impositam. prout debuit. non implevit⁝ ipsum provincie Grecie assignamus. eidem iniungentes districte⁝ quod infra mensem. postquam predicta assignacio eidem innotuerit. quoquo modo⁝ iter arripiat. et ad

---

1) vel] et B. — 3) ista — dicatur *om.* B. — 15) frater — Salamantinus *om.* B. — 16) scilicet — Urgellensem *om.* B. — 18) dedit] concessit B. — 19) suam *om.* A2. — 24) vicarios] vicarium B. — 25) ordinis *om.* B. — 27) predicta] presens B.

---

(1) Cf. supra pag. 270 l. 28.

(2) Videtur esse Iordanus Piruntus, iam supra (pag. 154) suffragiis fratrum recommendatus; obiit 1269; vel Iordanus Ursinus, qui obiit 1287.

(3) Resignavit fr. Munio episcopatui Palentinensi 1296, iul. 11. Eubel l. c. p. 405; ex quo corrigas SSOP I, 399.

(4) Cum Guillelmus de Montechateno (ob. 1308. nov. 3.) nonnisi anno 1295. dec. 15. a Bonifacio VIII. sit confirmatus et Munio a quibusdam rerum gestarum scriptoribus dicatur « intrusus per laicalem impressionem » (Eubel l. c. pag. 405; Potthast II. 24371), non sine ratione Hispaniae provincialis supradictis poenis propter licentiam « inconsulte » datam punitus esse videtur. Quod argumentum enucleandum relinquimus nunc nostris Hispanis.

provinciam transeat memoratam. Et nichilominus fratribus Hugoni de Lausana penitenciario in curia Romana. et Salvo (1) condiffinitori nostro pro Romana provincia imponimus. quod omnes fratres quos invenerint fuisse predicti excessus conscios vel fautores puniant ipsos absolvendo ab officiis. in quocumque statu fuerint. iniungendo alias graves penitencias. et aliis provinciis sine more dispendio assignando. et eosdem auctoritate magistri ordinis per preceptum obediencie compellere valeant: ad predicta. secundum quod satisfactioni tanti patris et correctioni tanti excessus adiudicaverint expedire (2).

Item. Cum in actis capituli precedentis mandatum fuerit. quod in singulis capitulis provincialibus anni preteriti super capitulis generalibus alternandis diligens collacio haberetur. et quod visum fuisset singulis provinciis. mitteretur ad capitulum generale. et diffinitores capituli provincialis Francie apud Insulas celebrati hoc anno facere neglexerint: cuilibet ipsorum iniungimus tres dies in pane et aqua (3).

Item. Cum fr. Arnaldus de Prato lector Tholosanus (4) in irreverenciam dominorum cardinalium nostri ordinis dicatur quasdam canciones finxisse: committimus venerabili patri magistro ordinis. quia ipse presens non est in capitulo. ut de hoc inquirat diligenter et graviter puniat. secundum quod eum invenerit excessisse.

Concedimus provincie Theotonie: ·iii· domos ponendas absque preiudicio provincie cuiuscumque.

Item. Provincie Grecie ·iii· domos: ponendas ubi provinciali et diffinitoribus videbitur expedire.

Absolvimus priores conventuales. R. Humandi (!) Tolosanum (5) Massiliensem. Burdigalensem fr. B. de Iucico. Perpiniani. Narbonensem. Bitterrensem. Niciencem. Avinionensem. Alestensem. Nemausensem. Figia-

1) provinciam] quam cicius *add.* B. — 3) Romana *om.* B. — 4) fuisse *om.* B. — ipsos] eos B. — 5) alias graves] aliquas grandes B. — 6) auctoritate] per auctoritatem B. — 7) obediencie *om.* B. — 8) tanti excessus] illius excessus B. — 9) adiudicaverint] indicaverint A2. — 14) anno *om.* B. — 15) ipsorum] eorum B. — iniungimus] imponimus B. — 16) de Prato *om.* B. — 17) dominorum *om.* B. — 18) ipse *om.* B. — 21) ponendas — preiudicio *om.* B. — 23) ponendas — anno *om.* B. — 25) R. Humandi *om.* A2. — 26) fr. B. de Iucico *om.* A2.

(1) De fr. Salvo de Barga cf. Douais l. c. pag. 532, 572, 584.

(2) Excessus gravis fr. Ioannis de Laterano contra fr. Hugonem Seguin de Billo et cantiones fr. Arnaldi de Prato « ficte » in irreverentiam dominorum cardinalium nostri ordinis scil. fr. Hugonis praedicti et fr. Latini iam saepius laudati, non est dubium, quin referri debeant ad depositionem fr. Munionis. Dicti enim cardinalis hac in re primas partes egerunt.

(3) Cf. supra pag. 269 l. 16 sqq.

(4) De fr. Arnaldo de Prato cf. SSOP I, 499; Douais l. c. indicem.

(5) De fr. Raymundo Hunaudi de Lanta cf. Douais l. c. indicem.

censem. Ruthenensem. s. Emiliani. Brageriacensem. Albiensem. Appamiensem. Et ordinamus. quod iidem fratres in eadem provincia et in eisdem conventibus ad eadem officia: non reassumantur hoc anno.

Committimus magistro ordinis. quod de magistris et baccalariis in studiis generalibus ordinet et disponat: prout utilitati generali ordinis viderit expedire.

Item. Volumus et iniungimus. ut diffinitores capituli generalis presentis et futuri: in veniendo et redeundo deducantur de conventu ad conventum. et provideatur eis secundum modum ordinis. prout hactenus exstitit observatum.

Sentencias iudicum approbamus.

Capitulum generale sequens assignamus apud Argentinam in provincia Theotonie. et diffinitores sint in loco capituli: dominica infra octavas ascensionis domini. Fratres autem alii non ingrediantur locum capituli ante feriam ·vi· ante penthecostem.

Actis additae sunt litterae magistri ordinis; cf. app. n. XLIX.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS IN ARGENTINA CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· XCVI°·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de ieiuniis. post illud. assumpcionis beate Marie et Bartholomei. addatur. ac nativitatis beate virginis. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de rasura. ubi dicitur. rasura vero fiat hiis

---

4) quod — observatum] ordinacionem studiorum generalium. B. — 9) modum] morem A2. — 14) domini *om.* B. — autem] vero B. — ingrediantur locum capituli] veniant B. — 15) ante feriam] usque ad feriam A2. — 18) in Argentina] Argentine B.

Post istud capitulum generale. felicis memorie pater frater Stephanus magister ordinis nostri ·VIII· visitato prius monasterio Pruliani. inde iter arripiens visitando conventus huius provincie versus Romanam curiam: cum pervenisset ad conventum Lucanum. infirmitate decumbens migravit ad dominum. Hic in lectu egritudinis ultime positus. et morti propinquus absolvit a provincialatu provincie: fratrem P. de Mulceone. set mox fuit ad idem resumptus in sequenti festo beati Mathie apud Carcassonam.

Anno domini m°.cc°. nonagesimo .v°. intermissum fuit generale capitulum propter mortem magistri ordinis fratris Stephani de Bisuncio magistri in theologia Parisius. qui obiit post festum beati Michaelis in festo s. Cecilie. et sepultus in conventu Lucano Romane provincie in die s. Clementis. scilicet ·IX· kl. decembris. Vir fuit magne facundie et religionis devote. graciosus admodum predicator et in eo lucebat gracia divina. proficiscebatur autem ad curiam Romanam.

19) In isto generali capitulo fuit electus in magistrum ordinis venerabilis semper et omni laude dignus pater ac verus israelita frater Nycholaus de Trivisio Lombardus. virtutum iubar. religionis speculum. devocione sanctus. zelo fervidus. sapiencia clarus. deo et hominibus graciosus. Lucebat insuper in ipsius exteriori homine veneranda humilitas. admiranda sanctitas. in vultu benignitas. mira in conversacione simplicitas: et composita maturitas in incessu. *add. in marg.* A1, 2.

20) has constituciones] hanc constitucionem B. — 22) beate Marie *om.* A1, 2.

terminis. deleatur usque in finem capituli et dicatur sic. Rasura vero fiat: a pascha usque ad festum omnium sanctorum de quindena in quindenam. deinde fiat semel in tribus septimanis. ita tamen quod propter festa solempnia per dies aliquos possit preveniri: vel eciam retardari. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. si vero de aliena provincia fuerit. post illud. admittatur ad electionem predictam. addatur. infra vero idem tempus non admittatur ad electionem electorum prioris provincialis. nec ad tractatum eorum. que ad generale vel provinciale capitulum sunt mittenda. Et hec habet ·iii· capitula.

Approbamus hanc. In capitulo de ieiuniis. ubi dicitur. itinerantes autem bis refici possunt nisi in adventu. addatur. et vigiliis nativitatis et purificacionis beate virginis. Et hec habet ·ii· capitula.

Inchoamus has. In capitulo de inclinacionibus. ubi dicitur. ex Maria virgine. et homo factus est. addatur. crucifixus eciam pro nobis.

Item hanc. In capitulo de domibus concedendis. in principio addatur. omnes provincie ordinis nostri exceptis ·iiii^or^· scilicet. Romana provincia. Cicilie. Grecie et Terre sancte dividantur in duas. quam divisionem faciat magister ordinis vel eius vicarius cum diffinitoribus capituli generalis immediate sequentis. postquam hec inchoacio fuerit confirmata. secundum modum tradendum a singulis provinciis. Quod si aliqua provincia vel provincie in modo non concordaverint. nichilominus magister ordinis vel eius vicarius cum diffinitoribus ad divisionem procedat. et divisis nomina imponat. et de studio Parisiensi et aliis studiis generalibus studens unus subtrahatur. Et si quid in constitucionibus huiusmodi divisioni esset contrarium: magister ordinis vel eius vicarius et diffinitores generalis capituli prefati. corrigant vel immutent.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. si vero mortuo priore vel amoto etc. post illud. aliter ordinaverit. addatur. quod si predicti tres non concordaverint. duorum sentencia ad providendum sive de uno ipsorum sive de aliquo conventuali alio prevalebit.

Item. Inchoamus. quod de sancto Wenceslao martire: fiat festum trium lectionum. in vigilia sancti Michaelis. et annotetur in ordinario et kalendario locis suis. et magister ordinis curet de officio providere.

7) aliena] alia B. — 12) hanc] has A1, 2. — 15) has] hanc B. — 17) addatur *om.* B. — 18) scilicet] videlicet B. — 19) provincia] regni *add.* B. — 21) inchoacio] constitucio B. — 27) esset contrarium] est contrarium vel dissonum B. — vel eius vicarius *om.* B. — 28) prefati *om.* B. — 30) etc. *om.* B. — 32) ipsorum] trium *add.* B. — 34) inchoamus quod] hanc B. — martire *om.* B. — 36) kalendario] et martyrologio *add.* B.

Item hanc. In capitulo de capitulo generali. in principio ubi dicitur. capitulum generale. etc. usque ibi. nisi aliud videatur. etc. deleatur totum et dicatur sic. capitulum generale uno anno intermittatur et in alio celebretur. ubi magistro et diffinitoribus capituli generalis videbitur expedire. et si quid huic inchoacioni contrarium vel intermissioni in constitucionibus inveniretur ˀ magister ordinis vel eius vicarius cum diffinitoribus generalis capituli immediate sequentis. postquam hec inchoacio fuerit confirmata ˀ corrigat vel immutet.

Cum sanctissimus pater dominus Bonifacius papa nuper ordinaverit atque mandaverit. quod festa precipua sanctorum apostolorum. et evangelistarum. doctorum ·iiii^{or}· scilicet. Gregorii. Ambrosii. Augustini et Ieronimi. annuatim sub officio duplici celebrentur ˀ volumus et mandamus ac districte iniungimus. quod predicta ordinacio in omnibus ecclesiis tam fratrum quam sororum ordinis nostri cum omni diligencia observetur. et predicta festa in kalendario sub titulo festi duplicis inserantur (1).

In festis autem sanctorum confessorum. scilicet. Ambrosii. et Ieronimi dicatur. in ·i· vesperis super psalmos antiphona. iste sanctus digne. et ·vi· responsorium de confessoribus. et hoc idem in ordinario annotetur.

Item. Cum dictus sanctissimus pater Romanam provinciam duxerit dividendam (2) et mandaverit provinciam novam provinciam regni Cicilie nominari. et eam immediate ordinari post Romanam provinciam ˀ volentes ex nunc dictam ordinacionem exequi cum effectu mandamus. quod in locis constitucionum nostrarum. videlicet in capitulo de electione magistri. et in capitulo de electione diffinitorum capituli generalis. et in capitulo de capitulo generali. et in aliis locis. si qui invenirentur. ubi ageretur de numero provinciarum. et ubi fit mencio de ordine. ubi dicitur ·xii· dicatur. ·xiii· et in ipsa nominacione provinciarum ubique post Romanam provinciam immediate provincia regni Cicilie nominetur.

Item. Declaramus. quod prior conventualis habet [primam] vocem in electione electorum prioris provincialis. non obstante constitucione illa. que dicit. quod in electione predicta subprior recipiat vota fratrum.

---

2) etc. *ante* deleatur *om.* B. — 3) anno — celebretur] celebretur et alio intermittatur B. — 5) inchoacioni] ordinacioni B. — vel intermissioni *om.* B. — 6) inveniretur] invenitur A2. — vel eius vicarius cum *om.* B. — 10) et *om.* B. — evangelistarum] atque *add.* B. — 11) scilicet] videlicet B. — 15) kalendario] kalendariis B. — 24) ex nunc *om.* B. — dictam] predictam B. — 26) et *om.* B. — et *om.* B. — 28) et] ordine *add.* B. — ordine ubi *om.* B. — 29) ubique *om.* B. — 31) item — fratrum *om.* B.

---

(1) Cf. Potthast II n. 24188.
(2) Cf. Potthast II n. 24034 et 24158.

Item. Declaramus. quod si que gracie facte fuerint per magistrum ordinis ˀ ipso mortuo non expirant.

Iste sunt admoniciones. Cum ex tractatu negociorum secularium et maxime comitum et principum pericula immineant nostro ordini et personis. ex eo quod. dum favor unius partis queritur. alterius odium provocatur ˀ volumus et districte iniungimus prioribus et fratribus universis. quod huiusmodi negocia odiosa et periculosa ad tractandum nequaquam assumant. nec priores provinciales nec conventuales aliquatenus dent licenciam ˀ huiusmodi negocia assumendi.

Item. Inhibemus. quod nulli priori super absolucione sua opcionis litera concedatur. ita quod in potestate sua relinquatur eligere vel non eligere. legere vel non legere. cicius vel tardius. litteram sibi datam.

Item. Volumus et ordinamus ac districte iniungimus prioribus universis. quod in singulis conventibus firmi et securi carceres habeantur. fratres autem pro culpis suis non incarcerentur. absque deliberacione previa et consilio discretorum. postquam autem sic incarcerati fuerint ˀ inde non educantur de facili et sine prioris provincialis et diffinitorum consilio et assensu.

Item. Ordinamus. quod frater qui petit licenciam ad alium ordinem transeundi ˀ et in hoc persistit. privetur omnibus graciis ordinis preter aliam penitenciam imponendam eidem.

Item. Monemus. quod ab absolucionibus priorum conventualium et a notabili mutacione fratrum instante capitulo ˀ generali vel provinciali diligencius caveatur.

Item. Monemus. quod constitucio de non instituendo conventu citra duodenarium numerum fratrum et de numero iam posito non diminuendo arcius observetur.

Item. Monemus. quod constitucio de litteris testimonialibus ferendis a fratribus itinerantibus ˀ arcius observetur.

Item. Monemus. quod fratres qui aliis conventibus assignantur. ad illos conventus non accedant. nisi de assignacione sua possint per litteras vel per aliud certum testimonium facere plenam fidem.

Item. Ordinamus et volumus. quod quandocumque rasura fit in terminis assignatis ˀ fiat communio in eisdem. preter has autem rasuras ordinarias inhibemus. quod nullus rasuram extraordinariam faciat. et qui fecerit ˀ gravius puniatur.

---

4) comitum et *om.* B. — pericula immineant] communitatis multa pericula imminere possint B. — 8) nec conventuales] seu conventuales B. — 12) vel non legere *om.* B. — tardius] secundum *add.* B. — 17) sine *om.* B. — et] vel B. — 20) transeundi] se transferendi A2. — 21) eidem] sibi B. — 23] generali vel provinciali *om.* A1, 2. — 25) item — observetur *om.* A1, 2. — 30) aliis] aliquibus B. — 32) certum *om.* A2. — 33) item] cum nunc sit confirmata constitucio de rasura facienda certis temporibus *add.* B. — 34) fiat] et *add.* B. — has *om.* B. — 36) gravius] durius B.

Item. Cum dominus papa preceperit et capitulum generale ordinaverit. quod fratres professi in ordine Heremitarum ad ordinem nostrum non recipiantur ? volumus. quod fratres a talibus recepcionibus abstineant. cum sint ipso facto irrite et inanes.

Iste sunt penitencie. Cum fr. Iohannes Lateranensis per capitulum generale apud Montepessulanum celebratum. (1) assignatus fuerit provincie Grecie. et ipse obedienciam sibi impositam contempserit adimplere ? iniungimus priori provinciali Romane provincie. in qua adhuc dicitur residere dictus frater. quod eum compellat ad faciendam penitenciam gravioris culpe. qua peracta. eum exire compellat supradictam provinciam et ad provinciam Grecie se transferre. de qua exire non possit sine licencia generalis capituli vel magistri.

Item. Cum fratres Nove civitatis de provincia Theotonie contra districtas inhibiciones magistri ordinis. terminos fratrum de Ungaria ingredi presumpserint. magnas eisdem fratribus molestias et dampna multiplicia continuatis temporibus inferendo ? imponimus eis qui miserunt. et eis qui intraverunt scienter terminos supradictos ? ·v· dies in pane et aqua. ·v· missas. ·v· letanias. et quicumque ex eis de cetero predictos terminos ingressi fuerint. ad predicandum vel mendicandum ? provincialis Theotonie vel eius vicarius eos de conventu predicto removere teneatur. cum sibi fuerit intimatum.

Concedimus provincie Theotonie ? ·vii· domos. provincie Ungarie ? ·iii· provincie Hyspanie ? ·ii· provincie Francie ? ·i· provincie Polonie ? ·iii· provincie Dacie ? ·ii· provincie Terre sancte ·i·

Absolvimus priores conventuales fratrem Symonem et eum ad provinciam Francie revocamus. Coloniensem. Luconiensem. etc. et ordinamus. quod iidem fratres in eisdem conventibus ad eadem officia non resumantur hoc anno.

Ista sunt suffragia etc.

Committimus magistro ordinis ordinacionem studii Parisiensis et aliorum studiorum generalium. ut ipse de magistris et bacallariis ordinet et disponat. prout utilitati ordinis viderit expedire.

---

3) recepcionibus] penitus *add.* B. — 5) cum] item cum B. — 6) apud Montempessulanum] in Montepesulano B. — 7) obedienciam] penitenciam B. — 9) compellat] cogat B. — 13) de provincia Theotonie] de Theotonia B. — 14) magistri] magistrorum A2. — 15) eisdem] eis B. — fratribus *om.* B. — 16) eis] hiis B. — 17) eis] hiis B. — 18) aqua] pro quolibet et *add.* B. — missas] et *add.* B. — predictos] prefatos B. — 19) ingressi fuerint] ingressus fuerit B. — 20) removere] amovere B. — 22) provincie *ante* Ungarie, Hyspanie, Francie, Polonie *om.* B. — 23) ·I·] ·III· B. — provincie Polonie ·III· *om.* A2. — 24) provincie Terre sancte ·I· *om.* A1, 2. — 25) priores — etc.] fratrem Yvonem priorem Nichosiensem B. — 27) Coloniensem — etc. *om.* B. — 30) studii — aliorum *om.* B. — 31) ut — expedire *om.* B.

---

(1) Cf. supra pag. 275 l. 22 sqq.

Item. Volumus et iniungimus. quod diffinitores capituli generalis presentis et futuri anni. veniendo et redeundo deducantur de conventu ad conventum. et provideatur eis secundum morem ordinis; prout hactenus est observatum.

Sentencias iudicum approbamus.

Letania more solito in profestis diebus dicatur.

Notificamus fratribus universis. quod cum fr. Gentilis de Roma. magister in theologia. se excusando de magisterio quod accepit Parisius. viva voce asseruit coram nobis. quod sigillum magisterii resignavit in manu reverende memorie fratris Stephani quondam magistri ordinis. nolens uti eo. nisi secundum beneplacitum ordinis et magistri; excusacionem eius gratanter duximus acceptandam (1).

Capitulum generale sequens assignamus apud Venecias in provincia Lombardie. et diffinitores veniant ad locum capituli generalis; dominica infra octavas ascensionis. Nullus autem alius frater. eciam si licenciam habeat. locum capituli intret ante ·vi· feriam festum penthecostes precedentem.

Actis additae sunt litterae Bonifatii VIII; cf. Potthast *II. n. 24188, et litterae magistri ordinis; cf. app. n. L.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS APUD VENECIAS CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CC°· XCVII°·

Confirmamus hanc constitucionem. In capitulo de ieiuniis. ubi dicitur. itinerantes autem bis refici possunt. nisi in adventu. addatur. et vigiliis nativitatis et purificacionis beate virginis. Et hec habet ·iii· capitula.

Approbamus has. In capitulo de domibus concedendis. in principio. omnes provincie ordinis nostri. exceptis ·iiii^{or}· scilicet. provincia Romana. regni Cicilie. Terre sancte. Grecie; dividantur in duas. Quam divisionem faciat magister ordinis vel eius vicarius cum diffinitoribus capituli generalis immediate sequentis. postquam hec approbacio fuerit confirmata. secundum modum tradendum a singulis provinciis. Quod si aliqua pro-

3) prout] sicut B. — 7) cum *om.* B. — 9) sigillum] sigillo B. — 14) et *om.* B. — 15) autem alius] alter A1, B. — 16) festum] vigiliam B. — 20) apud Venecias] Veneciis B. — 22) hanc constitucionem] has constituciones A1, 2. — 23) autem] tamen B. — et *om.* B. — 24) beate] Marie *add.* A2. — 25) approbamus] iste sunt approbaciones approbamus B *et sic deinceps; quod dictum sit etiam de inchoationibus et admonitionibus.* — has] hanc B. — 26) scilicet] videlicet B. — Romana] provincia *add.* B. — 27) Terre sancte. Grecie] provincie Grecie et provincie Terre sancte B. — 29) hec *om.* B. — approbacio] constitucio B.

(1) Hac de re cf. supra pag. 269 l. 30 sqq.

vincia vel provincie in modum divisionis non concordaverint: nichilominus magister ordinis vel eius vicarius cum diffinitoribus ad divisionem procedat. et divisis nomina imponat. et de studio Parisiensi. et aliis studiis generalibus. studens unus subtrahatur. Et si quid in constitucionibus esset contrarium vel dissonum huiusmodi divisioni: magister ordinis vel eius vicarius et diffinitores capituli generalis corrigant vel immutent. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. si vero mortuo priore vel amoto. post illud. aliter ordinaverit. addatur. quod si predicti tres non concordaverint. ad providendum sive de uno ipsorum trium sive de aliquo conventuali alio: duorum sentencia prevalebit. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. De s. Wenceslao martyre: fiat festum trium lectionum. in vigilia s. Michaelis. et annotetur in ordinario et kalendario locis suis. et magister ordinis curet de officio providere. Et hec habet ·ii· capitula.

Inchoamus has. In capitulo de domibus concedendis. ubi dicitur. mediocres domos. etc. deleatur totum quod sequitur usque ibi. nec fiant in domibus nostris curiositates etc.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. ubi dicitur. quod si ordo magistrum non habuerit etc. deleatur totum quod sequitur usque ibi. provincialis prior eamdem habeat potestatem. etc. et dicatur. quod si ordo magistrum non habeat. ad vicarium magistri ordinis: prioris provincialis confirmacio pertinebit.

Item hanc. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. exceptis absolucionibus priorum provincialium et conventualium aliarum provinciarum. deleatur quod sequitur. et confirmacionibus priorum provincialium. quando de suis provinciis assumuntur.

Item hanc. De nativitate sancti Iohannis Baptiste. et de beatis apostolis Petro et Paulo. et de beata Maria Magdalena. fiat festum totum duplex: et magister ordinis curet de sequenciis (1) providere. et illud quod continetur in ·vi· lectione de Magdalena. translatum est autem. etc. deleatur totum usque in finem.

Item hanc. De beato Nycholao fiat festum duplex.

---

2) ordinis *om.* B. — 6) generalis] prefati *add.* B. — vel] et A2. — 9) vel amoto] et amoto etc. B. — 10) ad providendum] duorum sentencia B. — uno] aliquo B. — 13) item — capitula *om.* B. — 16) has *om.* B. — 17) etc.] habeant fratres nostri B. — quod sequitur *om.* A1, 2. — 18) curiositates] testudines B. — 30) habuerit — non *om.* B. — 26) confirmacionibus] confirmacionum B. — 28) hanc *om.* A2. — de *om.* B. — 29) de *om.* B. — 30) curet *om.* A1, 2. — illud *om.* B. — 31) de Magdalena *om.* A1, 2. — autem *om.* A2. — 32) totum *om.* B.

---

(1) In omni festo toto duplici cantabatur sequentia, nisi a septuagesima ad Christi resurrectionem celebrandum erat.

Iste sunt declaraciones. Declaramus. quod in prima dominica adventus non licet fratribus lacticiniis uti.

Item. Quod non licet fratribus ire ad superiores prelatos: nisi de licencia speciali.

Item. Ordinamus. quod libri et alie res decedencium fratrum qui resident in monasteriis sororum: pertineant ad provisionem prioris provincialis.

Iste sunt admoniciones. Admonemus. quod cum ex ordinacione status nostri pacem ecclesie querere. fovere ac tueri pro viribus debeamus. districte precipimus fratribus universis in virtute obediencie. ne quis illis qui contra dominum nostrum summum pontificem dominum Bonifacium et sanctam Romanam ecclesiam se erexerunt: audeat occulte vel manifeste impendere consilium. auxilium. vel favorem. mandantes nichilominus et districte iniungentes. quod in predicacionibus publicis et alias. cum fuerit oportunum. predicent. doceant et constanter asserant. dominum Bonifacium esse verum papam. successorem Petri: et vicarium Ihesu Christi (1).

Item. Monemus. volumus et ordinamus. quod secundum formam constitucionum predicacionis officium et audiencia confessionum non committatur. nisi fratribus moribus et sciencia approbatis. de consilio discretorum. Fratres quoque. qui de suorum prelatorum licencia audiunt confessiones caveant diligenter: ne prelatis causam turbacionis administrent.

Item. Ordinamus et volumus. quod priores absoluti et lectores vacantes. in questis. predicacionibus aliisque ministeriis: occupentur. nisi evidens racio suadeat aliquando aliquibus esse parcendum. nec ipsis vel aliis quibuscumque sub pretextu consuetudinis et officii. esus carnium concedatur. nisi tunc solum quando debilitas id exposcit. Fratres quoque qui cum prelatis vel cum principibus commorantur. honeste et religiose studeant conversari. et declinent sepius ad conventus. vitamque commu-

---

2) fratribus] nobis A2. — 5) item *om.* B. — alie res] alia B. — 6) prioris provincialis] priorum provincialium B. — 8) admonemus quod *om.* B. — ordinacione] condicione B. — 9) querere *om.* B. — ac tueri *om.* B. — districte *om.* B. — 11) dominum Bonifacium *om.* B. — 12) sanctam *om.* A1, 2. — 13) consilium *om.* B. — 14) et districte iniungentes *om.* B. — publicis *om.* B. — 15) predicent, doceant et *om.* B. — 16) successorem Petri *om.* B. — 18) volumus et ordinamus *om.* B. — 19) audiencia... committatur] audienciam... committant B. — 22) causam] materiam A2. — 23) et volumus *om.* B. — 24) questis] aliis et *add.* B. — 25) aliquando] quandoque A2. — aliquibus *om.* B. — vel] nec A2. — 26) et] vel A2. — carnium] certis temporibus *add.* B. — 27) debilitas] necessitas B. — 28) vel cum] et B. — honeste et *om.* B.

---

(1) Inter principales adversarios Bonifacii VIII. numerantur Philippus, rex Franciae, et Iacobus Colonna cardinalis eiusque familia, quae prima electionem Bonifacii seu potius cessionem Coelestini V. illegitimam esse asseruit.

nem sectentur. seque in capitulis representent. ut accusari et corrigi valeant⁏ prout fuerit opportunum.

Item. Iniungimus prioribus universis et eorum vicariis. quod circa regimen iuvenum curam adhibeant diligentem et arceant a discursibus et evagacionibus. et occupentur in certis studiis lectionum. nec mittantur ad studium arcium. nisi prius in cantu et divino officio sint instructi⁏ et nisi duos annos compleverint ab ingressu.

Item. Iniungimus districte prioribus et eorum loca tenentibus. quod fratribus infirmis de necessariis. ceterisque indigentibus. de vestibus diligenter studeant providere. et qui contrarium fecerint⁏ per priores provinciales et visitatores acrius puniantur. et nichilominus per visitatores diffinitoribus generalis vel provincialis capituli deferantur.

Item. Volumus et ordinamus. quod nullus promoveatur ad sacerdocium⁏ antequam sue etatis compleverit ·xxv· annum.

Ista sunt suffragia pro vivis.

Pro domino papa Bonifacio. etc.

Ista sunt suffragia pro defunctis.

Pro domino fratre P. de Murrone quondam papa Celestino. etc. (1).

Iste sunt penitencie. Fratribus conventuum Bozanensis et Tridentini. qui non concordaverunt in socio faciendo⁏ iniungimus ·iii· dies in pane et aqua et ·i· psalterium.

Item. Cuilibet fratri provincie Lombardie. qui prevenit tempus statutum intrandi locum capituli⁏ iniungimus tres dies in pane et aqua.

Concedimus provincie regni Cicilie ·ii· domos. unam ponendam in Venusio. et aliam in terra nobilis viri comitis sancti Severini. ubi videbitur priori provinciali et diffinitoribus capituli provincialis.

Item provincie Theotonie⁏ ·ii· domos.

Absolvimus priores provinciales Hyspanie. Romane provincie⁏ et Grecie.

Absolvimus priores conventuales Ezinensem. etc. Et isti non assumantur in eisdem provinciis et conventibus ad eadem officia⁏ isto anno.

---

2) prout] cum B.— 3) item *om.* B.— universis *om.* B.— 4) et evagacionibus *om.* B.— 5) lectionum *om.* B. — 6) sint] fuerint diligenter B. — 7) annos] in ordine *add.* B. — ab ingressu *om.* B. — 8) districte *om.* B. — eorum loca tenentibus] vicariis B. — 9) infirmis *om.* A1, 2. — indigentibus *om.* B. — 13) volumus et *om.* B. — 14) antequam — annum] ante ·XXV· annum etatis sue B. — 15) ista sunt — Celestino etc. *om.* B. — Murrone] Varrone A1, 2. — 18) Bozanensis] Boranensis A1, 2. — 19) socio] socium B. — iniungimus] damus B.— 24) ·II· domos] unam domum A1, 2. — 25) Venusio] Ventizio A1, 2. — aliam] ponendam *add.* A2. — nobilis viri *om.* B. — 26) provinciali] provincie memorate *add.* A2. — 27) domos *om.* A1, 2. — 30) absolvimus — anno *om.* B. — Ezinensem] Ezinimensem A1; Emzimensem A2.

---

(1) Coelestinus V. (Petrus de Murrone monachus O. S. B., fundator congregationis cuiusdam O. S. B., quae ab ipso nomen Coelestinorum assumpsit), obiit in castro Fumonis 1296. maii 19, postmodum inter sanctos relatus. Eubel l. c. pag. 11.

Cum fratres nostri Mediolanenses pie ac ferventer desiderent. quod corpus gloriosum beati Petri martyris. apud eos humilius debito repositum. ad eiusdem sancti gloriam et ad devocionem fidelium excitandam. honorabilius et decencius recondatur. ob quam causam disposuerunt sumptuosum opus ad hoc ydoneum construere quamtocius habuerint facultatem. mandamus et imponimus prioribus et fratribus universis. quod suos familiares et alias personas sibi notas efficaciter moneant et inducant. ut operi sic necessario et meritorio: manus porrigant adiutrices (1).

Committimus magistro ordinis ordinacionem studii Parisiensis et aliorum studiorum generalium. ut ipse de magistris et bacallariis provideat. ordinet et disponat. prout utilitati ordinis et profectui viderit expedire.

Item. Volumus et iniungimus. quod diffinitores capituli generalis presentis et futuri anni. veniendo et redeundo deducantur de conventu ad conventum. et provideatur eis secundum morem ordinis: prout hactenus extitit observatum.

Sentencias iudicum approbamus.

Letania more solito dicatur. et post oracionem. ineffabilem. addatur. oracio. ecclesie tue domine preces. etc.

Sequens generale capitulum assignamus apud Methim in provincia Francie. et diffinitores veniant ad locum capituli: dominica infra octavas ascensionis. Nullus autem frater alius. eciam si licenciam habeat. locum capituli intret: ante ·vi· feriam vigiliam penthecostes precedentem.

Actis additae sunt litterae magistri ordinis; cf. app. n. LI.

---

1) nostri *om.* B. — ac ferventer *om.* B. — 2) apud — et *om.* B. — 3) ad *post* et *om.* A2. — 4) et decencius *om.* B. — 5) quamtocius — facultatem *om.* B. — 6) et imponimus *om.* B. — 7) alias *om.* B. — moneant et *om.* B. — 8) necessario et *om.* B. — 10) magistris] lectoribus B. — provideat *om.* B. — 11) prout — item *om.* B. — 13) iniungimus] ordinamus B. — 14) anni] in *add.* B. — 16) extitit] est B. — observatum] ordinatum A2. — 18) dicatur] profestis diebus *add.* B. — 19) oracio] pro ecclesia *add.* A2. — domine preces etc. *om.* B. — 20) apud *om.* B. — in provincia] provincie B.

Magister ordinis erat: Pater reverendissimus felicis memorie. tocius flos religionis et virtutum sacrarium. scilicet Frater Nycholaus de Trevisis. lombardus. qui in sequenti tempore adventus domini. fuit assumptus de magisterio in presbyterum cardinalem tit. s. Sabine. Procedente vero tempore: factus est episcopus Hostiensis et Velletrensis. et hoc fuit suum ultimum capitulum generale. *add. in marg.* A1, 2.

---

(1) Teste Galuagno de la Flamma anno 1300 « cappella beati Petri martyris efficitur » et anno 1312 « circa archam beati Petri facta est cortina cum leunculis marmoreis ». Cf. MOPH II p. 105 et 108.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS APUD METHIM CELEBRATI ANNO DOMINI ·M°·CC°·NONAGESIMO VIII°·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. si vero mortuo priore vel amoto. post illud. nisi aliter ordinaverit. addatur. quod si predicti tres non concordaverint. duorum sentencia ad providendum sive de uno ipsorum trium. sive de aliquo conventuali alio ? prevalebit. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. De sancto Wenceslao martyre fiat festum trium lectionum in vigilia s. Michaelis. et annotetur in ordinario et kalendario locis suis. Et hec habet ·iii· capitula.

Approbamus has. In capitulo de domibus concedendis. ubi dicitur. mediocres domos et humiles habeant fratres nostri. deleatur totum quod sequitur usque ibi. nec fiant in domibus nostris curiositates. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. De nativitate beati Iohannis Baptiste. et beatis apostolis Petro et Paulo. ac de beata Maria Magdalena. fiat festum totum duplex. et magister ordinis curet de sequenciis providere. et illud quod continetur in ·vi· lectione de beata Maria Magdalena. translatum est autem corpus. etc. deleatur usque in finem. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. De beato Nycholao fiat festum duplex. Et hec habet ·ii· capitula.

Inchoamus. quod provincia Hispanie dividatur. et dividimus eam in duas. ita quod Castella. Legio. Gallecia et Portugallia ? sint una provincia et vocetur provincia Hispanie. et teneat primum locum a dextris. Aragonia vero et Cathalonia et Navarra ? sint alia provincia et vocetur provincia Aragonie. et teneat locum in dextro choro immediate post provinciam Grecie.

Item hanc. Quod provincia Polonie dividatur. et dividimus ipsam in duas. ita quod Polonia sit una provincia. et vocetur provincia Polonie. et teneat locum in dextro choro. immediate post provinciam Theotonie. Boemia vero et Moravia ? sint alia provincia et vocetur provincia Boemie. et teneat locum in choro sinistro immediate post provinciam Terre sancte.

Item hanc. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. quod Pa-

---

6) nisi] si B. — *om.* A2. — 7) sentencia] concordia A2. — 10) in *ante* vigilia *om.* B. — locis suis *om.* A1, 2. — 12) has] hanc B. — 14) ibi nec] non B. — 16) hanc] in capitulo *add.* B. — 17) ac] et B. — 18) illud] id B. — 20) corpus *om.* B. — 26) Navarra] Vanda B. — 32) Moravia] Normania A1, 2. — 35) quod *om.* B.

risiensis ⁝ provincialibus Hyspanie. Theotonie. Anglie. Dacie. addatur. Aragonie.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. Bononiensis vero Ungarie. Romane provincie. regni Cicilie. Polonie. Grecie. Terre sancte. addatur. et Boemie.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum capituli generalis et provincialis. ubi dicitur. Grecie et Ierosolimitane. addatur. Aragonie et Boemie.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. statuimus. ut per duos annos in dictarum ·xiii· provinciarum capitulis. deleatur ·xiii· et dicatur ·xv·

Item hanc. In capitulo de capitulo generali. ubi dicitur. predicti ·xiii· provinciarum diffinitores duobus annis. et ·xiii· provinciales. deleatur ·xiii· et dicatur ·xv·

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur. tres fratres tantum Parisius mittantur ad studium de provincia. addatur. exceptis provinciis Hispanie. Polonie. Grecie. Terre sancte. Aragonie et Boemie. de quarum qualibet duo tantum mittantur.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. quod quilibet provincialis potestatem habeat mittendi duos fratres ydoneos ad studium. addatur. exceptis provinciis Hyspanie. Polonie. Grecie. Terre sancte. Aragonie. Boemie. de quarum qualibet possint mittere unum tantum.

Item hanc. In capitulo de graviori culpa. ubi dicitur. si quis autem quod deus avertat. in peccatum carnis lapsus fuerit. deleatur quod sequitur usque ibi. si quis tale quid extra monasterium commiserit. et dicatur sic. carcerali custodie mancipetur.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis post illud. ad tres antiquiores secundum predictam formam confirmacio pertinebit. addatur. Si autem magistrum mori vel amoveri contigerit. antequam electio ad ipsum perveniat. seu confirmacio ad electum. in hoc casu tantum confirmacio ad vicarium pertinebit.

Item hanc. In capitulo de electione magistri. post illud. et confirmacionibus priorum provincialium quando de suis provinciis assumuntur. addatur. nisi forte antequam electio ad magistrum perveniat. seu confirmacio ad electum ⁝ magistrum mori et amoveri contigerit. prout in capitulo de electione prioris provincialis superius continetur.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum capituli generalis

---

1) Hyspanie] Provincie *add.* A2. — 13) ·XIII·] priores *add.* B. — 15) fratres *om.* B. — 19) item — tantum *om.* B. — 23) item — mancipetur *om.* A1, 2. — 27) hanc *om.* B. — 29) magistrum *om.* A2. — 31) confirmacio *om.* A2. — vicarium] ordinis *add.* A1. — 34) addatur *om.* B. — electio *om.* B. — 35) capitulo de *om.* B. — 37) hanc *om.* B.

et provincialis. post illud. cui socius competens a priore provinciali et diffinitoribus assignetur. addatur. qui tamen non fuerit immediate precedentis generalis capituli diffinitor.

Item hanc. De sancto Ludovico confessore. fiat festum simplex ·viii· kalendas septembris. et magister ordinis curet de officio providere. et annotetur in ordinario et kalendario locis suis.

Iste sunt inhibiciones. Inhibemus districte fratribus universis. ne inter se faciant confederaciones. iuraciones. fidei prestationes. litterarum cauciones seu quaslibet obligaciones super mutuis favoribus et simultatibus quibuscumque. et si que facte sunt ? dampnamus. cassamus. ac fore decernimus irritas et inanes. prohibentes easdem aliquatenus observari. Eadem insuper districtione iniungimus prioribus provincialibus et eorum vicariis. ut in suis visitacionibus super hiis diligenter inquirant. et transgressores acrius punientes ? ipsos omni honore. gradu. officio et aliis graciis ordinis privent. donec per generale capitulum vel magistrum ordinis ? fuerint restituti.

Item. Inhibemus districte. ne aliquis frater apud quamcumque personam extra nostrum ordinem constitutam. sine prelati sui licencia. sub quocumque titulo vel nomine ? pecuniam deponat aut depositam teneat. et nisi infra mensem secundum arbitrium sui prelati de ea ordinaverit ? ipsa penitus sit privatus. et pertineat ad conventum de quo est. et ipse tamquam proprietarius puniatur.

Item. Districte iniungimus. quod ordinacio immediate precedentis capituli. de provisione vestium et necessitatibus infirmorum ? diligencius observetur. et priores qui in hoc notabiliter negligentes fuerint ? severius puniantur. et per priores provinciales seu eorum vicarios. vel per diffinitores provincialis capituli a suis officiis absolvantur in penam. et priores provinciales teneantur super hoc adhibere diligenciam. sub pena eis in generali capitulo infligenda (1).

Item. Ne conventus per diutinam priorum absenciam debito regimine defraudentur ? volumus et ordinamus. quod iidem priores non fiant vicarii vel inquisitores. nec alia eis committantur officia. per que oporteat

---

5) kalendas] kalendis A1, 2. — 6) locis suis *om.* A1, 2. — 7) inhibiciones] admoniciones B. — 8) cauciones] auctores B. — 9) favoribus *om.* A2. — et simultatibus] parcialibus vel simulacionibus B. — 10) ac] et B. — 12) insuper] similiter B. — 13) super hiis *om.* B. — 15) donec] de cetero nisi B. — 16) fuerint restituti] restitui mereantur B. — 18) nostrum *om.* B. — sub *om.* B. — 19) quocumque] modo *add.* B. — 21) de quo est *om.* B. — 26) seu — provinciales *om.* A2. — seu] et B. — vel] aut B. — 27) a suis officiis *om.* B.

---

(1) Cf. supra pag. 285 l. 8 sqq.

eos a suis conventibus absentare. et si de aliquibus secus factum est ⁝ ab altero officio absolvantur.

Item. Iniungimus prioribus et eorum loca tenentibus. quod constituciones de non equitando et de ieiunio ·vi· ferie et pena pro fractione silencii ⁝ faciant diligencius observari.

Item. Priores provinciales in suis provincialibus capitulis fratres moneant et inducant. ut vadant ad gentes pro earum conversione et dilatacione fidei christiane. et si quos solide religionis et alias ad hoc ydoneos invenerint ⁝ eos licencient. et cum literis suis mittant. et quid circa hoc egerint ⁝ magistro ordinis studeant intimare (1).

Item. Ut ea que in generalibus et provincialibus capitulis ordinata fuerint. melius observentur ⁝ iniungimus prioribus et eorum vices gerentibus. quod admoniciones capituli generalis et provincialis immediate precedentis. ad minus semel in mense coram fratribus in mensa legi faciant ⁝ et diligencius puniant transgressores.

Item. Cum plures querimonie per aliquos religiosos contra fratres nostri ordinis in Romana curia deponantur. ordinamus. quod priores provinciales in suis provinciis inquirant et inquiri faciant de iniuriis nostro ordini illatis a ceteris religiosis quibuscumque contra privilegia et libertates nostras. et quas diligenti examinacione prehabita. certas et manifestas invenerint ⁝ nunciare procuratori ordinis non obmittant.

Item. Cum dominus papa in ·vi· libro decretalium decreverit (2). quod religiosi mendicantes nova loca non recipiant. nec recepta mutent absque sedis apostolice licencia speciali ⁝ inhibemus districtius. ne aliquis frater pro huiusmodi licencia ad dictam sedem accedat. vel quomodolibet procuret ⁝ magistro ordinis inconsulto.

Iste sunt ordinaciones. Ordinamus. quod fratres in monasteriis sororum continue et per modum collegii sub regimine et cura sui specialis prioris residentes. sicut in sancto Sixto et in Pruliano. et in aliis consimilibus locis. non pertineant ad conventum alium nisi solum quantum ad suffragia. et de eorum tam libris quam aliis rebus prior provincialis post eorum obitum ⁝ ius habeat ordinandi.

Item. In festo sancti Ambrosii. quando tempore paschali evenerit ⁝

1) conventibus] notabiliter *add.* B. — 4) et *ante* de *om.* B.— 15) puniant] corrigant B. — 22) libro *om.* B. — 25) vel] eam *add.* B. — 27) iste sunt ordinaciones] item B. — 28) specialis] specialiter B. — 29) in *post* et *et ante* aliis *om.* B. — 30) solum *om.* B. — 31) eorum] ipsorum B. — 33) sancti] beati B. — quando] in *add.* B.

(1) Qua de re cf. app. n. VI. et Masetti l. c. pag. 457 sqq. de congregatione peregrinantium propter Christum.

(2) Cap. unico, tit. XVII, lib. III.

dicatur in primis vesperis super psalmos antiphona. iste sanctus digne etc. cum alleluia. et responsorium. de ore prudentis etc. et hoc idem in ordinario annotetur.

Iste sunt penitencie. Omnes. qui venerunt ad capitulum generale sine licencia. denunciamus privatos omni voce per biennium : et iniungimus eis tres dies in pane et aqua.

Item. Omnibus. qui sine licencia prevenerunt tempus intrandi capitulum : iniungimus tres dies in pane et aqua.

Iste sunt absoluciones. Absolvimus priorem provincialem Ungarie.

Item. Absolvimus priores conventuales Francie. Ruppellensem. Senomanensem (!) etc. Et isti non assumantur in eadem provincia et conventibus ad eadem officia isto anno.

Hec sunt suffragia pro vivis.

Pro sanctissimo patre nostro domino papa et bono statu universalis ecclesie : quilibet sacerdos ·x· missas et quilibet conventus etc.

Ista sunt suffragia pro mortuis.

Pro domino fratre Hugone de Belonio (!) quondam Hostiensi ac Velletrensi episcopo cardinali et primo sancte Sabine tit. presbytero cardinali : quilibet sacerdos ·iii· missas etc. (1).

Summa pro vivis ·lix· et quilibet conventus ·xiii·

Pro mortuis ·xiii· et quilibet conventus unam.

Committimus magistro ordinis ordinacionem studii Parisiensis et aliorum studiorum generalium. ut ipse de magistris et bacallariis ordinet et disponat : prout utilitati ordinis et profectui viderit expedire.

Item. Volumus et iniungimus. quod diffinitores et socii capituli generalis presentis et futuri anni. in eundo et redeundo. deducantur de conventu ad conventum : prout hactenus extitit observatum.

Sentencias iudicum approbamus.

Letania more solito dicatur in profestis diebus. et post oracionem. ineffabilem : addatur. oracio pro ecclesia. ecclesie tue etc.

Sequens generale capitulum assignamus apud Massiliam in provincia Provincie : et diffinitores veniant ad locum capituli dominica infra octavas ascensionis.

Nullus autem frater alius. eciam si licenciam habeat. locum capituli intret : ante ·vi· feriam vigiliam penthecosten precedentem.

Hec oracio non fuit recepta per magistrum ordinis et diffinitores. licet per Boemos fuerit oblata.

---

2) et *om.* B. — etc. *om.* B. — 7) item — absoluciones *om.* B. — 9) priorem *om.* B. — 10) item — *acta capituli sequentis om.* B. — 16) mortuis] defunctis A2.

---

(1) De fr. Hugone cf. supra pag. 259 l. 17; obiit 28. Dec. 1297.

Deus qui beati Wencezlay nobilitatem in meliorem mutasti dignitatem. et eum per martirii palmam. ad celestem perduxisti gloriam: eius precibus nos quesumus ab omni adversitate libera: et eterne beatitudinis concede perfrui gloria: per dominum.

In festo beati Wenceslai martiris. ex gestis eius.

Lectio ·iª· Sanctus Wenceslaus athleta Christi egregius. ex ingenua prosapia Boemie ortus: spretis cunctis transitoriis: in toto corde ad celestia iugiter anelabat. Doctus sacras litteras. indesinenter eas ruminans: pro viribus opere implevit. Dux vero factus: tanquam lucerna super candelabrum positus: undique radios sancte conversacionis et pietatis diffundebat. Humilis in gloria. purus in consciencia. abstinens in deliciis: caritate plenus dei cultum ampliabat. In iudicio iustus et misericors: in oracione sedulus. in adversitate paciens: super miseros et egenos valde compaciens: clericorum honor. solacium afflictorum: gaudium pauperum. pater orphanorum: defensor viduarum. Tempore quadragesime noctibus ecclesias nudis pedibus gemebundus circumivit: orans pro se et pro populo. nimiique frigoris asperitatem sufferens. usque ad sanguinis de tibiis et plantis effusionem. Tempore eciam vernali agellos suos cum ministro fideli fodiens. triticum in eis seminabat: et in messe latenter metens triturabat: et per singula opera ad farinam perducens. et hostias inde faciens: per ecclesias distribuebat.

Lectio ·iiª· Tempore vindemie de vineis manibus suis plantatis mustum exprimens: depuratum ecclesiis dabat. Ligna noctibus humeris suis detulit: et ante fores pauperum viduarum et orphanorum latenter deposuit. Debilium et infirmorum curam sollicitus gerebat: numquam matutinum tardare voluit officium: nunquam aliarum tardus aut negligens fuit executor horarum canonicarum. Ad missam sacerdotibus et clericis astando ministrabat. Pueros gentilium emere solitus erat: et eos per baptismum Christo regenerabat. Cum ad curiam imperatoris postremus omnium principum. vir dei Wenceslaus advenisset: et ob hoc indignati nobiles. nullum sibi locum dare decrevissent: ecce crux aurea in fronte sua resplenduit: et sancti angeli ipsum intrantem conducebant. Quod videns cesar primus omnium illi concitus assurgens locum dedit: et in multis pre omnibus honoravit. Cum autem tempus adesset. ut pro glorioso certamine dominus militem suum coronare vellet in celis: venit ad quoddam convivium a fratre suo. quem adhuc ferox gentilitas detinebat. in dolo invitatus. Quo peracto dum vir dei nocte ad ecclesiam ad laudandum deum. more solito pergeret: idem frater eius velut alter Cain. cum infidelibus in sanctum dei irruit. et procumbentem in

1) Deus — dominum *om.* A2. — 16) circumivit] circuit A2.

limine ecclesie occidit. Cuius et vulnus. quod inflixerat capiti frater eius. cum in translacione corporis eius. omnia alia vulnera sanata essent reperta preter illud. clamorem sanguinis Abel alius declarabat. In translacione similiter ipsius auricula eius. que in occisione sua fuerat amputata. cum esset ad locum proprium applicata. sic unita est? ut nullum vestigium vulneris appareret. cuius sanctam animam mox sancti angeli cum laudibus ad consorcium civium transferunt supernorum.

Lectio ·iii[a]· Sanguis vero martiris ibidem fusus per multa tempora abradi non potuit vel abstergi. Cumque sacrum corpus transferretur. et vectores propter nimiam inundacionem aquarum. flumen transire nequirent? ad supplicem invocacionem pii martiris. vehiculum cum sacro corpore et iumentis angelico translatum obsequio viderunt ex alia parte fluminis. unde et ipsi confidenter illesi transierunt. Cum autem prope carcerem. qui erat sub urbe Pragensi. in quo multi in vinculis tenebantur. venissent. terremotus factus est? et carcer resplenduit multa luce. et vinctorum manus et pedes absolvuntur. In ipsa igitur nocte regi Dacie Christus crucifixus apparuit in visione? eique sciscitanti. quis sit et quare crucifixus. respondit. ego sum Christus Ihesus quem tu peccatis tuis crucifixisti. ut igitur peccatorum tuorum remissionem accipias? fac ecclesiam in honorem militis mei Wenceslai. Quod ille gaudens implevit. nam monasterium ordinis beati Benedicti construxit? ditans illud possessionibus et aliis necessariis sufficienter. Multa quoque. et alia miracula. tam in vita quam post mortem pii martyris Wenceslai in cecis. claudis. et captivis incarceratis. defunctis. et quibuslibet morbis et afflictionibus meritis eiusdem gloriosi martiris dominus. in diversis locis. magnifice operari dignatus est. cui laus et gloria in secula seculorum. Amen.

Officium in missa.

In virtute tua. domine. letabitur iustus. et super salutare tuum? exultabit vehementer. desiderium anime eius tribuisti ei. Psalmus. quoniam prevenisti eum in benedictionibus dulcedinis. posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Glϙria.

Oracio. Presta. quesumus omnipotens. ut qui beati Wenceslai martiris tui natalicia colimus? a cunctis malis imminentibus. eius intercessionibus liberemur.

Epistola. Beatus vir qui inventus est. Responsorium. domine prevenisti eum in benedictionibus dulcedinis. posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. versiculus. vitam peciit et tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi. alleluia. letabitur iustus in domino. et sperabit in eo. et laudabuntur omnes recti corde.

---

9) corpus] eius *add.* A2. — 16) in — nocte *om.* A2. — 24) afflictionibus] oppressis *add.* A2. — 27) officium in missa *om.* A2.

Evangelium. Si quis vult post me venire.

Offertorium. Posuisti. domine. in capite eius coronam de lapide precioso. vitam peciit a te. et tribuisti ei.

Secreta. Hanc ecclesie oblacionem. omnipotens deus. beati Wenceslai martiris tui. quesumus. intercessio tibi reddat acceptam. et nobis eterne salutis obtineat conferri medicinam. per dominum.

Communio. Magna est gloria eius in salutari tuo. gloriam et magnum decorem imposuisti super eum.

Postcommunio. Sumpta mense celestis sacramenta quesumus. omnipotens deus. intercedente beato Wenceslao martire tuo. nos ab omni peccati macula mundent. et maiestati tue faciant semper esse devotos. per dominum nostrum.

Actis additae sunt quatuor litterae Bonifatii VIII; cf. Potthast II. *n. 24753, 24913, 24941, 24943; et litterae magistri ordinis; cf. app. n. LII.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS MASSILIE CELEBRATI ANNO DOMINI ·M°·CCC°· (1)

Confirmamus has constituciones. In capitulo de domibus concedendis. ubi dicitur. mediocres et humiles domos habeant fratres nostri.

1) evangelium *om.* A2. — 3) et *om.* A2. — 4) beati *om.* A2. — 9) postcommunio] oracio A2. — 10) omni] omnis A2. — 17) Massilie] apud Massiliam B.

Premissa littera summi pontificis lecta in capitulo generali. propositoque prius in medium verbo dei. inclusis electoribus in conclavi. numero ·XXIX· in universo. inter quos erant IX priores provinciales. scilicet. G. de Kayto. Francie. Lombardie. Polonie. Grecie. Provincie B. de Iuzico. regni Cicilie. Anglie. Dacie.

In secundo scrutinio viginti quatuor electores in fratrem Alberthum Januensem. bacallarium Theologie Parisius. tunc lectorem Montispessulani existentem. qui unus de electoribus presens erat. vota sua direxerunt. et ipsum rite et canonice in magistrum nostri ordinis elegerunt. aliique omnes in eundem consenserunt. sabbato sancto penthecostes. scilicet ·V· kl. iunii. videlicet. ·IIII· die maii computando a fine. [id est ·XXVII· maii].

Notandum incidentaliter. quod hoc anno ·VI· kl. septembris. videlicet ·V· die mensis augusti. computando a fine. que fuit sabbatum. in vigilia beati Augustini. traditus est ecclesiastice sepulture Anagine (!) in conventu fratrum. venerabilis pater et tocius humilitatis ac observancie regularis speculum. magister ordinis predicatorum. frater Alberthus Januensis. qui in precedenti sabbato penthecostes. electus fuerat in magistrum. prefuit ordini tribus mensibus tantum. sabbato electus ad laborem magisterii: sabbato in domino requievit. *add. in marg.* A1, 2.

19) concedendis] et construendis *add.* B.

(1) « ... frater Albertus Ianuensis bacchalarius Parisius ad procuracionem et per litteras domini Nicholai cardinalis fit magister ordinis.... ».

« In isto capitulo fuit maxima turbacio, videntes fratres, quod per personas extra ordinem constitutas ordo regeretur. Unde frater Iacobus Tusingiani prior provincialis

deleatur totum quod sequitur usque ibi. nec fiant in domibus nostris curiositates. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. De nativitate beati Iohannis Baptiste et beatis apostolis Petro et Paulo. atque beata Maria Magdalena. fiat festum totum duplex. et magister ordinis curet de sequenciis providere. Et id quod continetur in ·vi· lectione de beata Maria Magdalena. scilicet. translatum est autem etc. deleatur usque in finem. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. De sancto Nycolao ʔ fiat festum duplex. Et hec habet ·iii· capitula.

Iste sunt approbaciones. Approbamus hanc. quod provincia Hispanie dividatur. et dividimus eam in duas. ita quod Castella. Legio. Galecia et Portugallia sint una provincia. et vocetur provincia Hispanie. et teneat primum locum a dextris. Aragonia vero. Cathalonia et Navarra ʔ sint alia provincia. et vocetur provincia Aragonie. et teneat locum in dextro choro immediate post provinciam Grecie. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. Quod provincia Polonie dividatur. et dividimus ipsam in duas. ita quod Polonia sit una provincia. et vocetur provincia Polonie. et teneat locum in dextro choro ʔ post provinciam Theotonie. Boemia vero et Moravia ʔ sint alia provincia. et vocetur provincia Boemie. et teneat locum in sinistro choro immediate post provinciam Terre sancte. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. Parisiensis. provincialibus Hyspanie. Provincie. Theotonie. Anglie. et Dacie. addatur. Aragonie. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. Bononiensis vero. Ungarie. Romane provincie. regni Cicilie. Polonie. Grecie. Terre sancte. addatur. et Boemie. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum capituli generalis et provincialis. ubi dicitur. Grecie et Ierosolimitane. addatur. Aragonie et Boemie. Et hec habet ·ii· capitula.

---

3) de] in B. — et] de *add.* B. — 4) atque] de *add.* B. — 6) de — scilicet *om.* A1, 2. — translatum — finem *om.* A2. — autem *om.* B. — 7) deleatur] totum *add.* B. — 11) dividatur — quod *om.* A1, 2. — Galecia] Gallaxia A1, 2. — 12) et Portugallia *om.* A1, 2. — sint] sit B. — 13) vero *om.* A1, 2. — 15) immediate *om.* A1, 2. — provinciam] provincialem B. — Grecie — provinciam *om.* B. — 17) hanc *om.* B. — 20) provincia *post* alia *om.* B. — 21) immediate *om.* A1, 2. — 25) addatur] et *add.* B. — 26) in eodem capitulo *om.* A1, 2. — 27) Polonie *om.* A1, 2. — 29) in capitulo *om.* A1, 2.

Romane provincie habuit ·VII· voces, frater Raymundus Romani diocesis Lugdunensis, prior Parisiensis habuit ·V· voces; frater Robertus Bononiensis habuit unam vocem, reliquas habuit frater Albertus, et factum est secundum scruptinium ». MOPH II. pag. 103 ad annum 1300.

Item hanc. In capitulo eodem. ubi dicitur. statuimus. ut per duos annos in ·xiii· provinciarum capitulis. deleatur ·xiii· et dicatur ·xv· Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo generali. ubi dicitur. predicti ·xiii· provinciarum diffinitores duobus annis. et ·xiii· priores provinciales. deleatur ·xiii· et dicatur ·xv· Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur. tres fratres mittantur tantum Parisius de provincia ad studendum. addatur. exceptis provinciis Hispanie. Polonie. Grecie. Terre sancte. Aragonie. Boemie. de quarum qualibet duo tantum mittantur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. quilibet prior provincialis potestatem habeat mittendi duos fratres Parisius ydoneos ad studendum. addatur. exceptis provincialibus Hyspanie. Polonie. Grecie. Terre sancte. Aragonie et Boemie. de quarum qualibet possit mittere unum tantum. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de graviori culpa. ubi dicitur. si quis autem. quod deus avertat. in peccatum carnis lapsus fuerit. deleatur quod sequitur usque ibi. si quis tale quid extra monasterium commiserit. et dicatur sic. carcerali custodie mancipetur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. post illud. ad tres antiquiores. secundum predictam formam. confirmacio pertinebit. addatur. si autem magistrum mori. vel amoveri contigerit. antequam electio ad ipsum perveniat. seu confirmacio ad electum: in hoc casu tantum ad vicarium ordinis confirmacio pertinebit. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione magistri. post illud. et confirmacionibus priorum provincialium. quando de suis provinciis assumuntur. addatur. nisi forte antequam electio ad ipsum magistrum perveniat. aut confirmacio ad electum: magistrum ipsum mori vel amoveri contigerit. prout in capitulo de electione prioris provincialis superius continetur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. De sancto Ludovico fiat festum simplex. octavo kalendas septembris. et annotetur in ordinario et kalendario. locis suis. et magister ordinis curet de officio providere. Et hec habet ·ii· capitula.

Iste sunt inchoaciones. Inchoamus has. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. et sic deinceps retrocedendo. donec in aliqua provinciarum isto modo valeat vicarius inveniri. addatur. postquam vero illa provincia. in quá fuerit generale capitulum celebrandum. priorem pro-

1) in — eodem *om.* A1, 2. — 4) item — capitula *om.* B. — 9) Aragonie] et *add.* B. — 11) item — capitula *om.* A1, 2. — 16) hanc *om.* B. — 18) et *om.* B. — 23) ipsum] magistrum B. — 26) item — capitula *om.* B. — 33) kalendario] in *add.* B. — 35) has] hanc B.

vincialem habuerit confirmatum? ipse prior provincialis vices optineat supradictas.

Item hanc. In capitulo de inclinacionibus. ubi dicitur. porro ad. salve sancta parens. et ad veni sancte spiritus. addatur. et ad. veni creator spiritus. in die penthecostes. et per totam epdomadam.

Item hanc. In rubrica de ·lxx^a^· ubi dicitur. non dicatur. te deum. nec deinceps usque ad pascha. nisi in totis duplicibus. addatur. et duplicibus.

Item hanc. Quod de beato Ignacio martire fiat festum trium lectionum. in die qua fit memoria de ipso. et annotetur in ordinario et kalendario locis suis. et magister ordinis curet de officio providere.

Iste sunt admoniciones. Admonemus. quod in lectione sentenciarum non obmittatur· quin totus textus legatur integre. et fratres dum idem textus legitur? non subtrahant se de scolis. quod si contrarium fecerint? per priores et visitatores gravius puniantur.

Item. Admonemus et ortamur sollicite. quod universi fratres et singuli. constitucionem sanctissimi patris domini Bonifacii pape. nuper editam. de predicacionibus. audiencia confessionum. et quarta porcione prestanda? reverenter suscipiant et diligenter ac obedienter observent (1).

Item. Mandamus omnibus fratribus. ut transeundo per civitates et loca. ubi conventum habemus? declinent ad domos nostras. nec hospitentur. nec comedant in domibus secularium. cum ex forma constitucionum nostrarum ad hoc teneantur. si qui autem inventi fuerint fecisse contrarium? per priores dictorum conventuum acriter puniantur.

Item. Monemus. quod cum secundum constitucionem in cappis vilitas debeat observari? provideant priores seu visitatores. quod prefata constitucio diligencius observetur.

Item. Admonemus. quod de subprioribus tenendis vel amovendis. saltem semel in anno per priores cum discretis fratribus collacio habeatur.

Item. Inhibemus. ne novicii in aliis conventibus ad professionem recipiantur. nisi de voluntate et consensu conventus pro quo ad ordinem sunt recepti.

Item. Admonemus. quod priores et eorum vicarii diligenter advertant. ne iuvenes et discoli. in confusionem ordinis et scandalum ho-

---

4) spiritus — creator *om.* B. — 10) kalendario] in *add.* B. — 13) totus *om.* B. — 14) de] a B. — 16) admonemus] monemus B. — 17) pape *om.* B — 21) domus nostras] domum nostram B. — 25) secundum constitucionem *om.* B. — 28) admonemus] monemus B. — 32) et consensu *om.* A2. — 34) admonemus] monemus B.

---

(1) Cf. POTTHAST II. n. 24913.

minumˀ ad evagandum et discurrendum. in quibuscumque terminis combinentur.

Item. Inhibemus districte. ne littere. que diriguntur magistro ordinis vel prioribus provincialibus. legantur ab aliquoˀ eciamsi mittantur. vel inveniantur aperte.

Iste sunt absoluciones. Absolvimus priores Narbonensem. Baionensem. Petragoricensem. Biterrensem fr. P. Berengarii (1). Arelatensem. Montis Albani. sancti Emiliani. Figiacensem.

Item. Absolvimus omnes priores conventuales provincie Theotonie. et isti non assumantur in eisdem conventibus ad eadem officia isto anno.

Instituimus vicarios in provincia Theotonieˀ fratrem Nycholaum. nuper priorem Magdeburgensem et fratrem Hugonem. nuper priorem Turricensem. cum plena auctoritate magistri et nostra. qui prefatam provinciam visitent. excessus inquirant. corrigant et emendent. et singula queque faciant. que pro correctione. reformacione et tranquillitate dicte provincie viderint expedire. gravia tamen et enormia que invenerintˀ diligenter et seriose conscripta deferant ad sequens capitulum generale.

Item. Magister ordinis predictos fratres instituit vicarios prioris provincialis Theotonie. donec ipsa provincia priorem provincialem confirmatum habuerit et presentem.

Iste sunt penitencie.

Omnibus fratribus. qui venerunt sine licencia ad capitulum generale. vel ad loca propinquaˀ iniungimus tres dies in pane et aqua. et ordinamus. quod si aliqui fratres sine licencia ulterius venerintˀ vapulent ad pedes magistri et omnium diffinitorum. et nichilominus secundum constitucionum nostrarum tenoremˀ a capitulo excludantur.

Ista sunt suffragia pro vivis.

Pro domino papa etc.

Ista sunt suffragia pro defunctis.

Pro domino Latino. (2) et domino Hugone etc. (3).

Item pro fratre Munione quondam magistro ordinis hoc anno Rome defuncto. undecimo marcii anno domini ·m°·cc°· nonagesimo ·ix· (4) quilibet sacerdos ·iiï· missas.

---

6) iste sunt — *acta capituli sequentis om.* B. — 7) fr. P. Berengarii *om.* A2. — 16) invenerint] et *add.* B. — 22) sine] absque A2. — 29) defunctis] mortuis A2. — 31) item — ·III· missas *om.* A2.

---

(1) De fr. Petro Berengarii cf. Douais l. c. indicem.

(2) De fr. Latino cf. supra pag. 264 l. 8.

(3) De fr. Hugone cf. supra pag. 291 l. 17.

(4) De die mortis fr. Munionis nostri multum inter se discrepant, quorum diversas sententias legere poteris SSOP I, 400; cf. etiam MOPH II p. 103 ad annum 1291.

Summa pro vivis? ·liii· et quilibet conventus ·xi·

Summa pro mortuis? ·xxiiii· in universo.

Committimus magistro ordinis ordinacionem studii Parisiensis et aliorum studiorum generalium. ut ipse de magistris et bacallariis ordinet et disponat? sicut promocioni et utilitati studii viderit expedire.

Item. Volumus et iniungimus. quod provinciales. diffinitores et socii generalis capituli presentis et futuri anni? veniendo et redeundo deducantur de conventu ad conventum et provideatur eis secundum morem ordinis hactenus observatum.

Sentencias iudicum approbamus.

Letania more solito dicatur in profestis diebus.

Sequens generale capitulum assignamus apud Coloniam in provincia Theotonie. et diffinitores veniant ad locum capituli dominica infra octavas ascensionis.

Nullus autem frater alius. eciamsi licenciam habeat. locum capituli intret? ante sextam feriam. vigiliam pentecostes precedentem.

De beato Wencezlao martire.

Lectio ·i· Sanctus Wencezlaus dux Boemorum. sic deum dilexit? ut spretis rebus seculi spiritualibus se applicaret. qui postquam sacras litteras didicit? cepit deinceps cum miro fervore ad celestia inhyare. Dux igitur factus non ad superbiam. parentum accepit dominii dignitatem? sed ut multis prodesse posset. se suaque cotidie pauperibus impendebat. In apice autem principatus sui? velut in candelabro lucernam se cunctis exhibuit sanctitatis. Erat enim in iudicio rectus? in oracione devotus? pietate compaciens. sicque omnes pauperes diligebat? quasi caritatis visceribus singulos concepisset. Nam de suis agris et vineis in quibus interdum propriis manibus laborabat? quicquid recolligere poterat. ministrans ecclesiis vinum et hostias pro sacrificio Ihesu Christi. residuam partem clericis et pauperibus erogabat? De suis eciam redditibus parvulos gentilium emebat? et eos sacro baptismate Christi filios generabat.

Lectio ·ii· Cum autem semel ad imperatoris curiam cum aliis principibus postremus omnium advenisset? et ob hoc indignati alii principes locum sibi ad sedendum dare nullatenus decrevissent? cum subito intraret vir dei. viderunt crucem auream in fronte ipsius. et ipsum hinc inde angelos comitantes. cui cesar hoc visu. mox assurgens ipsum nimio cum honore suscepit? et deinceps pre omnibus honoravit. Interea frater eius quem adhuc ferox gentilitas detinebat. cum ceteris infidelibus magnum

5) expedire *om.* A1. — 17) de — martire *om.* A2. — 24) rectus] et *add.* A2. — 33) postremus *om.* A2. — 35) ipsius] eius A2.

celebravit convivium : et sanctum Wenceзlaum invitavit in dolo. Quo peracto crudeli convivio. properantem ad ecclesiam more solito sanctum dei : frater eius furore fratricidii ebrius plusquam vino. cum infidelium turba prosequitur. et procumbentem ante fores ecclesie et orantem. velut alter Chaym crudelis occidit. cuius animam mox sancti angeli ad celestia detulerunt. Et sanguis loco passionis effusus. quasi clamans contra fratricidam : per multa annorum curricula. nec abradi potuit nec abstergi.

Lectio ·iii· Post multum vero temporis cum fideles Christi corpus eius vellent transferre : invenerunt eius vulnera plene sanata. excepta auricula que abscissa fuerat tempore passionis. quam loco proprio applicantes. statim consolidata : nullum vulneris vestigium dereliquit. Cum autem flumen quoddam propter aquarum inundanciam transire non possent. invocantes sancti praesidia. subito viderunt vehiculum cum sacro corpore ad aliam partem fluminis : mira celeritate translatum. Quod et ipsi. sine ullo periculo. transierunt. Qui cum ad civitatem Pragam pervenissent cum sacro corpore : carcer qui erat sub ipsa civitate. mox lumine miro illustratur. et terremotu nimio patefactus. solutis captivis liberum prestitit aditum exeundi. In ipsa autem nocte : Christus regi Dacie crucifixus apparuit. Cui interroganti cur esset iterum crucifixus : dominus respondit. Tua me peccata iterum crucifigunt : et nisi in honorem sancti mei martyris Wencezlay ecclesiam feceris : veniam non percipies de commissis. Qui statim expergefactus et territus. ecclesiam mire magnitudinis fabricari fecit : et monasterium fratrum sancti Benedicti ibi instituit. Et multis possessionibus ipsum ditans : in eo sancti corporis reliquias collocavit. Ubi dominus per sanctum suum : multa miracula operatur. Cecis visum. surdis auditum. claudis gressum : et mortuis vitam restituens : ad sui gloriam et honorem. Tu autem.

Actis additae sunt litterae magistri ordinis; cf. app. n. LIII.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS APUD COLONIAM CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CCC°· I°·

Confirmamus has constituciones. Quod provincia Hyspanie dividatur. et dividimus eam in duas. ita quod Castella. Legio. Gallexia. et Portugallia ; sint una provincia. et vocetur provincia Hyspanie. et teneat primum locum a dextris. Aragonia vero et Cathalonia et Navarra ; sint alia provincia. et vocetur provincia Aragonie. et teneat locum in dextro choro ; post provinciam Grecie. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. Quod provincia Polonie dividatur et dividimus ipsam in duas. ita quod Polonia sit una provincia. et vocetur provincia Polonie. et teneat locum in dextro choro ; post provinciam Theotonie. Boemia vero et Moravia sint alia provincia. et vocetur provincia Boemie. et teneat locum in sinistro choro ; post provinciam Terre sancte. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. Parisiensis conventus ; provincialibus Hyspanie. Provincie. Anglie. Dacie. addatur. et Aragonie. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. Bononiensis vero ; Ungarie. Romane provincie. regni Cicilie. Polonie. Grecie. Terre sancte. addatur. et Boemie. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. De electione diffinitorum generalis capituli et provincialis. ubi dicitur. Grecie. Ierosolimitane. addatur. Aragonie et Boemie. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. Statuimus. ut per duos annos in ·xiii· provinciarum capitulis. deleatur ·xiii· et dicatur ·xv· Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In capitulo de capitulo generali. ubi dicitur. predicti ·xiii· provinciarum diffinitores duobus annis. et ·xiii· provinciales. deleatur ·xiii· et addatur ·xv· Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur. tres autem fratres

---

3) In isto capitulo fuit electus in magistrum ordinis ; fr. B. de Inzico. tunc existens prior provincialis Provincie. cum essent ·XXIX· numero electores in secundo scrutinio fuit a ·XVIII· electoribus nominatus. Ceterisque omnibus consencientibus in eum. rite et canonice et pacifice est electus. sabbato sancto penthecostes. quod fuit ·XIII°· kl. iunii. in crastino Potenciane virginis. anno domini m°. ccc°. i°. *add. in marg.* A1, 2.

4) constituciones] confirmamus quod *add.* A1, 2. — dividatur — Hispanie *om.* B. — 5) et *om.* B. — 10) ipsam] eam B. — 11) et vocetur provincia *om.* A2. — 14) choro] immediate *add.* B. — 16) in capitulo *om.* B. — 25) item — capitula *om.* A2. — eodem capitulo] capitulo de studentibus B. — 29) provinciales *om.* A1, 2.

tantum mittantur Parisius de provincia ad studium. addatur. exceptis provinciis Hyspanie. Polonie. Grecie. Terre sancte. Aragonie et Boemie. de quarum qualibet duo tantum mittantur. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. Quilibet provincialis potestatem habeat mittendi ad studium duos fratres. addatur. exceptis provinciis Hyspanie. Grecie. Polonie. Terre sancte. Aragonie et Boemie. de quarum qualibet possit mittere unum tantum. [Et hec habet tria capitula].

Item hanc. In capitulo de graviori culpa. ubi dicitur. Si quis autem. quod deus avertat in peccatum carnis lapsus fuerit. deleatur quod sequitur. usque ibi. Si quis autem tale quid extra monasterium commiserit. et dicatur sic. carcerali custodie mancipetur. Et hec habet tria capitula.

Item hanc. De s. Ludovico fiat festum simplex ·viii°· kl. septembris. et annotetur in ordinario et kalendario locis suis. et magister ordinis curet de officio providere. Et hec habet tria capitula.

Approbamus hanc. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. et sic deinceps retrocedendo. donec in aliqua provinciarum isto modo valeat vicarius inveniri. addatur. postquam vero illa provincia. in qua fuerit generale capitulum celebrandum. priorem provincialem habuerit confirmatum ? ipse prior provincialis vices optineat supradictas. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de inclinacionibus. ubi dicitur. porro ad salve sancta parens. et veni sancte spiritus. addatur. et ad veni creator spiritus. in die penthecostes. et per totam epdomadam. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In rubrica de ·lxx^a^· ubi dicitur. non dicatur. te deum. nec deinceps usque ad pascha nisi in totis duplicibus. addatur. et duplicibus. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. De beato Ignacio martyre fiat officium trium lectionum. in die qua fit memoria de ipso. et annotetur in ordinario et kalendario locis suis. et magister ordinis curet de officio providere. Et hec habet ·ii· capitula.

Iste sunt inchoaciones. Inchoamus hanc. quod provincia Provincie dividatur. et dividimus eam in duas. ita quod conventus Tholosanus. Carcassonensis. Appamiensis. Castrensis. cum ceteris conventibus versus

1) ad studium *om.* A1, 2. — 2) et Boemie *om.* A1, 2. — 3) qualibet — quarum *om.* A1, 2. — 11) monasterium] claustrum A2. — 15) et kalendario *om.* B. — 21) et hec habet ·II· capitula *om.* B. *et sic in sequentibus.* — 27) ubi dicitur *om.* A1, 2. — 30) martyre *om.* B. — officium] festum B. — 31) die] in *add.* B. — 32) ordinis *om.* B. — 36) Appamiensis] Apriguiensis B.

Lemovicam. Burdegalam et Baionam : cum monasteriis sororum interclusis sint una provincia. et vocetur provincia Tholosana. et teneat primum locum in sinistro choro. Conventus vero Montispessulani cum conventibus Narbonensi. Biterrensi. cum tribus conventibus de dominio regis Maioricarum et conventibus Amiliavi. Podiensi. Albenacii. Marologii. Alestensi. Nemausensi. et conventibus ultra Rhodanum. cum monasteriis sororum interclusis : sint alia provincia. et provincia Provincie nominetur et teneat locum in dextro choro post provinciam Aragonie.

Item hanc. [In capitulo] de electione magistri. ubi dicitur. Parisiensis conventus : provincialibus Hispanie. Provincie. deleatur. Provincie. et dicatur. Tholosane provincie. Anglie. Dacie. Aragonie et provincie Provincie.

Item hanc. [In capitulo] de electione diffinitorum generalis et provincialis capituli. ubi dicitur. Hyspanie. Provincie. deleatur. Provincie. et dicatur. Tholosane provincie. Francie. Lombardie. Romane provincie. regni Cicilie. Ungarie. Theotonie. Anglie. Grecie. Polonie. Dacie. Ierosolimitane provincie. Aragonie. Boemie. et provincie Provincie.

Item hanc. Ubi dicitur. in ·xv· provinciarum capitulis. deleatur. ·xv· et dicatur. ·xviii·

Item hanc. De capitulo generali. ubi dicitur. predicti ·xv· provinciarum diffinitores duobus annis. et ·xv· provinciales. deleatur. ·xv· et dicatur ·xviii·

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur. tres autem fratres tantum mittantur Parisius de provincia ad studium. addatur. exceptis provinciis Hispanie. provincie Tholosane. Polonie. Grecie. Terre sancte. Aragonie. Boemie et provincie Provincie. de quarum qualibet duo tantum mittantur.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. prior provincialis potestatem habeat mittendi ad studium duos fratres. addatur. exceptis provinciis Hispanie. Tholosane provincie. Polonie. Grecie. Terre sancte. Aragonie. Boemie. et provincie Provincie. de quarum qualibet possit mittere unum tantum.

Item hanc. In eodem capitulo de electione magistri. ubi dicitur. provinciales igitur priores ·xiii· provinciarum. deleatur ·xiii· et ponatur ·xviii·

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. qui inter alios ·xiii· deleatur ·xiii· et ponatur ·xviii·

---

1) Lemovicam — Baionam] Leriom cum Burdegala et Baiona B.— 3) vero *om.* A1, 2.— cum] et B.— 6) Nemausensi] Vomnasensi B. — cum] et B. — 7) alia] una A1, 2. — nominetur] vocetur B. — 10) deleatur] tollatur B.— 12) generalis et provincialis capituli *om.* A1, 2. — 19) dicatur] addatur B.— 22) ·XVIII· *om.* A1. — 24) studium] studendum B. — 26) Aragonie — Provincie *om.* A2. — duo — qualibet *om.* A1, 2. — 33) in — capitulo *om.* B. — 34) priores *om.* B. — provinciarum *om.* B. — 35) item — ·XVIII· *om.* A1, 2.

Inchoamus hanc. quod provincia Lombardie dividatur. et dividimus eam in duas. ita quod conventus Marchie Anconitane et Romaniole cum Bononia. Mutina. Regio. Parma. et Ferraria. et omnes conventus de patriarchatu Aquileiensi et Gradensi. excepto conventu Cumano: sint una provincia. et vocetur Lombardia inferior et teneat secundum locum in choro sinistro iuxta provinciam Tholosanam. Omnes autem conventus de archiepiscopatu Mediolanensi. et Ianuensi. cum conventibus Papiensi. Placentino. Cumano: sint alia provincia. et Lombardia superior nominetur. et teneat locum in dextro choro post provinciam Provincie.

Item hanc. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. Bononiensis vero Ungarie. Romane provincie. regni Cicilie. Polonie. Terre sancte. Grecie. Boemie. addatur. et superioris Lombardie.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum generalis et provincialis capituli. ubi dicitur. et provincie Provincie. addatur. et Lombardie superioris.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur. tres autem fratres tantum mittantur Parisius ad studium de provincia. exceptis provinciis Hyspanie. Tholosane provincie. addatur. Lombardie inferioris. Et in eodem capitulo ubi dicitur. provincia Provincie. addatur. Lombardie superioris.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. quilibet prior provincialis habeat potestatem mittendi duos fratres ad studium exceptis provinciis. Hyspanie. Tholosana provincia. addatur. provincia Lombardie inferioris.

Item. In eodem capitulo. ubi dicitur. provincia Provincie. addatur. Lombardie superioris.

Inchoamus hanc. quod provincia Theotonie dividatur. et dividimus eam in duas. ita quod Austria cum adiacentibus conventibus. Bavaria. Suevia. Franconia. Renus usque in Coloniam inclusive. cum Brabancia: sint una provincia. et vocetur provincia Theotonie. et teneat locum in dextro choro: post Romanam provinciam. Misna vero. Turingia. Assia. Saxonia. Marchia. Sclavania. Frisia. Wesfalia. Celandia. et Oglandia: sint alia provincia. et nominetur provincia Saxonie. et teneat locum in sinistro choro. immediate iuxta Boemiam.

Item hanc. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. Aragonie. addatur. et Saxonie.

---

1) inchoamus] item B. — 2) conventus] omnes *add.* B. — 3) cum] et cum B. — 4) Aquileiensi] Aquilensi B. — Gradensi] Grandensi A2. — 8) Placentino] et *add.* B. — 13) in capitulo *om.* B. — 17) studium] studendum B. — provincia] addatur *add.* B. — exceptis] ex quarum B. — 21) item — inferioris *om.* A1, 2. — 26) inchoamus] item inchoamus B. — 29) vocetur] nominetur B. — 30) Misna] Misnia A1, 2. B. — Assia] Accasia B. — 31) Marchia] Marsia B. — Sclavania] Sclavia A1, 2. B. — Celandia] Gelandia A1, 2. — 34) in capitulo *om.* B. — dicitur] et *add.* B.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum capituli generalis et provincialis. ubi dicitur. et Lombardie superioris. addatur. et Saxonie.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur. et superioris Lombardie. addatur. et Saxonie.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. superioris Lombardie. addatur. et Saxonie.

Item. Inchoamus hanc. In capitulo de capitulo generali. ubi dicitur. uno anno etc. usque ibi. predicti autem. deleatur totum et dicatur sic. ubi magistro vel eius vicario et diffinitoribus capituli generalis videbitur. de tercio anno in tercium celebretur. nisi magistri electio fuerit celebranda. in quo casu constitucio de electione magistri super hoc edita teneatur.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. post illud. ad tres antiquiores secundum predictam formam confirmacio pertinebit. addatur. si autem magistrum mori vel amoveri contigerit. antequam electio ad ipsum perveniat. vel antequam electum confirmet. in hoc casu tantum ad vicarium ordinis confirmacio pertinebit. si vero post confirmacionem. antequam ad electum confirmacio ipsa perveniat. magistrum mori vel amoveri contigerit ⁝ nichilominus confirmacio suum sorciatur effectum.

Hee sunt moniciones et ordinaciones.

Ordinamus et firmiter volumus observari. quod altera saltem scolarum Parisiensium toto tempore quo legitur ordinarie ⁝ semper habeat presentem alterum magistrorum. actu legencium. quod si secus actum fuerit ⁝ per magistrum ordinis qui contra fecerit graviter puniatur. Prior vero provincialis Francie sive prior Parisiensis. licenciandi tales non habeant potestatem ⁝ nisi talis et tam urgens casus occurrerit ⁝ quod licencia negari racionabiliter non deberet.

Item. Inhibemus districte prioribus provincialibus. ne dum in suis provinciis presentes extiterint ⁝ prioribus vel lectoribus actu legentibus super provinciam vel partem provincie committant officium vicarie. nisi forte ad tempus. et ex causa racionabili et urgente.

Item. Districtius inhibemus. ne fratres de suis mutentur conventibus imminente provinciali capitulo sive electione aliqua facienda ⁝ nisi urgens et racionabilis causa subsistit.

Item. Volumus et ordinamus. quod diffinitores capituli generalis et provincialis. durante auctoritate ipsorum. non solum in capitulo. sed eciam in choro et refectorio et ubique super omnes fratres tam priores. quam alios fratres ⁝ teneant loca sua.

---

2) et *post* dicitur *om.* B. — 5) eodem *om.* B. — dicitur] et *add.* B. — 6) et Saxonie *om.* B. — 10) anno *om.* B. — tercium] annum *add.* B. — 11) hoc *om.* B. — 12) in capitulo *om.* B. — illud] id B. — 15) ad — electum *om.* A1, 2. — antequam — confirmet] quam electum confirmari B. — 19) hee] hec B. — 22) actum] factum B. — 24) habeant] habeat B. — 25) licencia] talis *add.* B. — 32) sive] seu B.

Item. Districte iniungimus et ordinamus inviolabiliter observari. quod in presentacione bacallariorum. et eorum expedicione. ille ordo servetur : qui hactenus est servatus. ita quod posterior in lectura sentenciarum nullatenus preponatur. nec licenciam aut recipere vel recepta uti valeat. nisi magistro. vel eo mortuo vel amoto : ipsius magistri vicario ex causis racionabilibus aliter videretur. Si quis autem contrarium per se vel per alium fieri procuraverit : magisterio in theologia perpetuo sit privatus.

Item. Districte iniungimus. quod super preceptis datis fratribus ad obedienciam ordinis pertinentibus : nullatenus recurratur ad consilium seculare. quicumque autem contrarium fecerit : pene gravioris culpe debite subiacebit.

Item. Districte inhibemus et iniungimus fratribus universis. quod nullus arbitrium in aliqua causa litigiosa suscipiat : extra ordinem constituta.

Item. Volumus et mandamus. quod transgredientes constitucionem de non revelando secreta ordinis extraneis : preter penam a constitucione inflictam. pene gravis culpe subiaceant. et ad eam faciendam a suis provincialibus compellantur.

Absolvimus priores provinciales Dominicum Hyspanie. Egidium Polonie et Regni Cicilie.

Item. Priores conventuales Sosaciensem. Ma[gde]burgensem etc. Et ordinamus. quod priores absoluti non assumantur in eisdem conventibus : isto anno.

Instituimus in provincia Hyspanie fratrem Egidium de Arevalo. vicarium (1).

Item. In provincia Aragonie fr. B. Pelegrini (2).

Item. In provincia Polonie fratrem Lippoldum priorem Cracoviensem.

Item. In provincia Boemie : fr. Dislavum nuper provincialem Polonie. quorum cuilibet committimus. quod sue provincie fratrum discretorum requisito consilio : provideat et ordinet de loco et tempore magis aptis pro celebrando provinciali capitulo. et diem statuat : ad eligendum provin-

---

4) aut *om.* B. — 5) valeat *om.* B. — ipsius] illius B. — 7) alium] fecerit vel *add.* B. — 8) sit] est B. — 10) recurratur] recurrant B. — 18) eam] ipsam B. —20) Dominicum *et* Egidium *inter lineas* A1, 2. — Polonie *om.* B. — 22) item *om.* A1, 2. — conventuales] etc. *add.* B. *reliqua* — in hoc casu *om.* B.

---

(1) De fr. Aegidio Arevalo cf. Douais l. c. pag. 620-V-1 ; 642.

(2) Nescio an fr. Bernardus Pelegrini sive Peregrini idem sit atque ille Bernardus, quem capitulum provinciale Barcinonae celebratum anno 1299. conventui Illerdensi pro doctore assignavit. Cf. Douais l. c. p. 644 n. 35.

cialem futurum. Et ordinamus. quod si in aliquibus conventibus dictarum provinciarum tractatus foret iam factus eorum. que mittenda sunt ad provinciale capitulum: in sua maneat firmitate. et secundus non oporteat fieri in hoc casu.

Iste sunt penitencie. Fratrem Iacobum de Sinsinge. quondam priorem Coloniensem. per quinquennium privamus officio prioratus. subprioratus. vicariatus. officio prediçacionis. audiencia confessionum. exceptis confessionibus fratrum. voce in omni electione et in accusacione aliorum. et predicacione generali. et assignamus eum provincie Ungarie et damus ei ·xxv· dies in pane et aqua.

Fratrem Ulfrannum priorem Maguntinum absolvimus ab officio prioratus. et privamus eum prioratu. subprioratu. vicariatu. lectoratu per quatuor annos. infra quod tempus non audiat confessiones nisi fratrum. nec predicet. nec vocem habeat nisi in sui accusacione. et damus ei ·x· dies in pane et aqua. et assignamus eum conventui Treverensi.

Fratrem Arnaldum de Iriberin (!) privamus per decennium omni officio ordinis. voce in omni electione. quod nec eligere nec eligi possit. nec audire confessiones preterquam fratrum. nec predicare. et privamus eum predicacione generali. et damus ei unam diem in panem et aqua per annum qualibet septimana. et assignamus eum provincie Dacie. ad quam ire teneatur infra tres menses. et deinde exire non possit absque magistri ordinis licencia speciali.

Fratrem Tilmannum de Tulpeto privamus voce per annum. et assignamus eum conventui Traiecti superioris. et damus ei ·x· dies in pane et aqua.

Fratrem Tilmanum de Bolim. priorem quondam Columbariensem: privamus per triennium officio prioratus. subprioratus. et damus ei ·x· dies in pane et aqua.

Fratrem Tiringum. quondam Columbariensem priorem. per quinquennium privamus officio prioratus. subprioratus. vicariatus. officio predicacionis. audiencia confessionum. exceptis confessionibus fratrum. voce in omni electione et accusacionibus aliorum. et predicacione generali. et assignamus eum provincie Ungarie et damus ei ·xxv· dies in pane et aqua.

Fratrem Albertum de Treverbin: privamus officio prioratus per triennium et damus ei ·x· dies in pane et aqua.

Fratrem Conradum Hilcasavensem: assignamus conventui Rigensi

---

5) penitencie] date pro scandalo quod contigit in provincia Theotonie. sed quia multe et diverse fuerunt. dimittantur et non scribantur ad presens *add.* B; *sequentia* — constitucionum tenorem (p. 310 l. 18) *om.* B. — 23) Tilmanum] Limanum A2. — 26) priorem *om.* A2. — 35) Treverbin] Tresebin A1, 2. — 37) Hilcasavensem] Hilttilsaviensem A1, 2.

et imponimus ei penam gravioris culpe per ·xv· dies faciendam. et eam cum ad predictum conventum venerit. teneatur facere post tres dies. et privamus eum omni voce per annum. et damus ei ·i· diem in pane et aqua per annum qualibet septimana.

Fratrem Mondingerium de Stambeo: assignamus conventui Tarbatensi. et imponimus ei penam gravioris culpe. faciendam per quindenam. et teneatur ipsam facere: post ·iii· dies postquam pervenerit ad conventum. et damus ei ·i· diem in pane et aqua singulis septimanis per annum. infra quod tempus: careat omni voce.

Fratres Iohannem de Arestol. et Iohannem de Bienis. Albertum de Duri. Theotoricum de Nathaim. Nycholaum de Flandria. Hermannum de Luone. Henricum de Stalberco. Iohannem Lunpmum. privamus per annum voce. et damus eis ·x· dies in pane et aqua.

Fratrem G. de Pinlaria (!) assignamus conventui Coelensi et imponimus ei penam gravioris culpe faciendam per ·xv· dies postquam venerit ad conventum. et damus ei ·i· diem in pane et aqua. singulis septimanis per annum. infra quod tempus careat omni voce.

Fratrem Lodolfum de Lombree: privamus officio prioratus. subprioratus. vicariatus. officio predicacionis. audiencia confessionum. exceptis confessionibus fratrum. voce in omni electione et accusacione aliorum. et assignamus eum provincie Polonie.

Imponimus provinciali Theotonie et mandamus districte. quod fratrem Talelongum Nivelinum. conversum de conventu Columbariensi. quam cicius poterit. puniat secundum ordinacionem venerabilis patris magistri ordinis: et diffinitorum capituli generalis.

Fratrem Iohannem Cufarium: assignamus conventui Betoviensi. et imponimus ei penam gravioris culpe faciendam per ·xv· dies. et teneatur eam facere post ·iii· dies. postquam pervenerit ad conventum. et damus ei ·i· diem in pane et aqua. singulis septimanis per annum. infra quod tempus careat omni voce.

Fratres vero Rabaudum. Iohannem Grabot. Iohannem de Sabernia. Ioh. Conversum: volumus et mandamus simili pena per priorem provincialem puniri: si eos. inquisicione facta sollicita. invenerit deliquisse.

Volumus eciam et mandamus priori provinciali. quod super prefatis excessibus et similibus in tota provincia. per se vel per alios diligentem inquisicionem faciat. et quos secundum quantitatem delicti invenerit excessisse: puniat secundum modum fratrum superius punitorum. nulli condicioni. statui vel persone parcendo. Et quidquid super hoc fecerit: teneatur mittere sequenti capitulo generali.

5) Stambeo] Scabeo A1, 2. — 14) Coelensi (?)] Coclensi A1, 2. — 18) fratrem - Polonie *om.* A2. — 31) Rabaudum] Raubandum A2.

Item. Volumus et ordinamus et districte inhibemus. ne frater aliquis de punitis superius. accedere audeat ad conventus Coloniensem. Columbariensem. Augustensem. Farcemensem. in quibus scandala facta sunt plura? absque magistri ordinis licencia speciali.

Fratrem Iohannem de Dur. cursorem Coloniensem. assignamus conventui Traiecti inferioris. et privamus eum per biennium lectione et voce. et damus ei ·i· diem in pane et aqua per annum singulis septimanis propter versus notabiles factos contra fratrem Conradum bone memorie provincialem Theotonie. et alios quosdam de provincia memorata.

Absolvimus in penam priorem Traiecti superioris. et assignamus eum conventui Traiecti inferioris. eo quod male recepit provinciales quosdam et diffinitores. venientes ad capitulum generale.

Item. Absolvimus subpriorem Amburgensem in penam. quia petivit litteram testimonialem a diffinitore Dacie. et non recognovit eum diffinitorem esse. antequam sibi de hoc per constitucionem constaret. et damus ei ·x· dies in pane et aqua.

Item. Absolvimus in penam. fratrem Hugelerium priorem Bucensem provincie [Ungarie]. quia male recepit diffinitorem Ungarie venientem ad capitulum generale.

Item. Fratrem Gotfredum lectorem Sindonie (!) eo quod provinciali Dacie posito in dormitorio communi cum uno infirmo. non cessit de camera provincialis. quam occupabat. non contentus camera lectoris. et quia impedivit subpriorem. ne mitteret pro priore. qui vicinus erat? suspendimus ab omni officio lectionis per annum. et assignamus eum conventui Gizimensi.

Item. Absolvimus in penam priorem Aurelianensem. et approbamus penitenciam sibi impositam? per auditores culparum.

Item. Quia per venerabilem patrem fr. Albertum quondam magistrum ordinis (1) mandatum fuit diffinitoribus capituli provincialis Hyspanie. quod sibi numerum predicatorum generalium ipsius provincie studerent transmittere. et per eorum relacionem predicatorum generalium numerum invenimus excessivum? videlicet ·clxx· vel circa. absolvimus omnes illos qui fuerunt in Hoscensi et Barchinonensi capitulis instituti. Et quia adhuc effrenata remanet multitudo? mandamus provincialibus et diffinitoribus capitulorum provincialium Hyspanie et Aragonie. quod retentis fratribus

22) occupabat] occupaverat A2.

(1) Obiit fr. Albertus Ianuensis mag. generalis anno 1300. VI. kal. septembris. Cf. supra pag. 291.

magistro Dominico (1) et Egidio de Arevalo (2). et aliis. iuxta merita personarum. secundum numerum conventuum. dictarum provinciarum. in suis provincialibus capitulis proximo celebrandis; alios omnes absolvant (3).

Ista sunt suffragia pro vivis.

Pro sanctissimo patre nostro domino papa. et bono statu universalis ecclesie; quilibet sacerdos ·vi· missas. et quilibet conventus ·vi· missas. etc.

Summa missarum pro vivis; quilibet sacerdos ·lx· et quilibet conventus; ·xi·

Ista sunt suffragia pro defunctis.

Pro dominis Latino et Hugone quondam Hostiensi et Velletrensi episcopis; quilibet sacerdos ·i· missam. etc. (4).

Summa pro mortuis ·xviii· et quilibet conventus ·i·

Sciant fratres. quod frater Nycholaus Salmantinus de provincia Hyspanie. diffinitor precedentis capituli generalis (5). et fr. Sincius Romanus elector magistri ordinis in precedenti capitulo Massiliensi. pro Romana provincia. precedenti anno mortui sunt in via in reditu. et fratres tenentur eis ad ·iii· missas. secundum constitucionum tenorem.

Committimus magistro ordinis ordinacionem studii Parisiensis et aliorum studiorum generalium. ut ipse de magistris et bacallariis ordinet et disponat. sicut utilitati et promocioni studiorum viderit expedire.

Item. Volumus et ordinamus. quod provinciales et diffinitores capituli generalis presentis et futuri in redeundo et veniendo deducantur de

---

20) generalium *om.* B. — 21) et promocioni *om.* B. — 22) ordinamus] iniungimus B. — provinciales et *om.* B.

---

(1) De fr. Dominico de Alquessa cf. Denifle *Archiv* II. p. 209; SSOP I. 492.

(2) De fr. Egidio de Arevalo cf. supra pag. 306, l. 24.

(3) « Duabus (autem) primis saeculis... magisterium erat merum officium ab omnibus privilegiis, et immunitatibus vacuum; tertio vero ineunte saeculo coepit ornari, et augeri, pluribus tamen piis viris reclamantibus. Titulus dignitatis, summusque gradus habebatur *praedicatio generalis,* quem dignioribus ferme in unoquoque Capitulo Provincia in mercedem laborum solebat impertire, nedum illis qui sacris concionibus sedulo operam dedissent, sed et iis qui docendo insudassent, unde in Const. (Dist. II. cap. VII.) habemus – *Praedicatores Gen. dicimus Magistros in Theologia* – ». Masetti l. c. pag. 143.

Cum ergo primo saeculo nostrae religionis *praedicatio generalis* titulus dignitatis summusque gradus haberetur, mirum non est, quod tunc temporis tot fratres praedicationem generalem anhelabant. Unde et tot capitulis generalibus eorum numerus excessivus restringitur.

(4) De ff. Latino et Hugone cf. supra pag. 298. l. 30.

(5) De fr. Nicholao Salamantino cf. Douais l. c. pag. 639-13; 655-XII.

conventu ad conventum. et provideatur eis secundum modum hactenus observatum.

Sequens generale capitulum assignamus apud Bononiam in provincia Lombardie? et diffinitores veniant ad locum capituli? dominica infra octavas ascensionis.

Nullus autem alius frater eciam [si] licenciam habeat. locum capituli intret ante ·vi· feriam vigiliam penthecostes precedentem.

Omnibus fratribus. qui venerunt ad capitulum sine licencia magistri vel provincialis Theotonie vel diffinitorum? iniungimus ·vii· dies in pane et aqua. et ·vii· psalteria et ·vii· letanias et ·vii· disciplinas. ad quam penitenciam faciendam? per suos priores cum effectu efficaciter compellantur. et cras ante prandium exeant de conventu.

Sentencias iudicum approbamus.

Letania more solito dicatur.

Actis additae sunt litterae magistri ordinis; cf. app. n. LIV.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS BONONIE CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CCC°· II°·

Confirmamus has constituciones. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. et sic deinceps retrocedendo. donec in aliqua provinciarum isto modo valeat vicarius inveniri. addatur. postquam vero illa provincia. in quá fuerit generale capitulum celebrandum. priorem provincialem habuerit confirmatum. ipse prior provincialis vices optineat supradictas. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de inclinacionibus. ubi dicitur. porro ad salve sancta parens. et ad veni sancte spiritus. addatur. et ad veni creator spiritus. in die penthecostes et per totam epdomadam. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In rubrica de ·lxx^a^· ubi dicitur. non dicatur te deum. nec deinceps usque ad pascha. nisi in totis duplicibus. addatur. et duplicibus. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. de beato Ignacio martyre fiat festum ·iii· lectionum. in die qua fit memoria de ipso. et notetur in kalendario et ordinario. in locis suis. et magister curet de officio providere. Et hec habet ·iii· capitula.

---

1) eis *om.* A1, 2. — modum] morem B. — 3) apud Bononiam] Bononie B. — 4) et diffinitores — conventu *om.* B. — 14) letania — dicatur *om.* B. — 19) constituciones] primo hanc *add.* B. — 21) valeat] possit B. — postquam — s. spiritus addatur *om.* A2. — 26) ad *om.* B. — ad *om.* B. — 32) beato] sancto B.

Iste sunt approbaciones. Approbamus hanc. quod provincia Provincie dividatur. et dividimus eam in duas. ita quod conventus Tholosanus. Carcassonensis. Appamiensis. Castrensis. cum ceteris conventibus versus Lemovicam. Burdegalam. et Baionam. cum monasteriis sororum interclusis: sint una provincia. et vocetur provincia Tholosana. et teneat primum locum in choro sinistro. Conventus vero Montispessulanus cum conventibus Narbonensi. Bitterrensi. cum tribus conventibus de dominio regis Maioricarum. et conventibus Amiliavi. Podiensi. Albenacii. Marologii. Alestensi. Nemausensi. et conventibus ultra Rhodanum. cum monasteriis sororum interclusis: sint alia provincia. et provincia Provincie nominetur. et teneat locum in dextro choro: post provinciam Aragonie. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. Parisiensis conventus: provincialibus Hispanie. Provincie. deleatur. Provincie. et dicatur. provincie Tholosane. Anglie. Dacie. Aragonie. et provincie Provincie. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum generalis et provincialis capituli. ubi dicitur. Hyspanie. Provincie. deleatur. Provincie. et dicatur. provincie Tholosane. Francie. Lombardie. Romane provincie. Regni Cicilie. Ungarie. Teotonie. Anglie. Grecie. Polonie. Dacie. Ierosolymitane provincie. Aragonie. Boemie. et provincie Provincie. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. Ubi dicitur. In ·xv· provinciarum capitulis. deleatur ·xv· et ponatur ·xviii· Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. [In capitulo] de capitulo generali. ubi dicitur. predicti ·xv· provinciarum diffinitores duobus annis. et ·xv· provinciales. deleatur ·xv· et ponatur ·xviii· Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur. tres autem fratres tantum mittantur Parisius de provincia ad studium. addatur. exceptis provinciis Hispanie. Tolosane provincie. Polonie. Grecie. Terre sancte. Aragonie. Boemie. et provincie Provincie. de quarum qualibet duo tantum mittantur. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. prior provincialis potestatem habeat mittendi duos fratres ad studium. addatur. exceptis provinciis Hispanie. Tholosane provincie. Polonie. Ungarie. Grecie. Terre sancte. Aragonie. Boemie et provincie Provincie. de quarum qualibet possit mittere unum fratrem. Et hec habet ·ii· capitula.

---

3) versus — Baionam] Lemovicensi. Burdegalensi et Baionanensi B. — 7) cum] et B. — 9) Nemausensi] Neumasensi B. — 14) Provincie *ante* deleatur *om.* B. — 17) in capitulo *om.* B. — 23) item — capitula *om.* B. — 25) hanc *om.* B. — 33) dicitur] quod *add.* A2. — 36) Boemie *om.* B. — 37) fratrem] tantum B.

Item hanc. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. provinciales igitur priores ·xiii· provinciarum. deleatur ·xiii· et ponatur ·xviii· Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. Quod inter alias ·xiii· deleatur ·xiii· et ponatur ·xviii· Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. Quod provincia Lombardie dividatur. et dividimus eam in duas. ita quod omnes conventus Marchie Anchonitane et Romaniole. cum Bononia. Mutina. Regio. Parma. et Ferraria. et omnes conventus de patriarchatu Aquileiensi et Gradensi. excepto conventu Cumano. sint una provincia. et vocetur Lombardia inferior. et teneat secundum locum in choro sinistro. iuxta provinciam Tholosanam. Omnes autem conventus de archiepiscopatu Mediolanensi et Ianuensi. cum conventibus Placentino. Papiensi et Cumano. sint alia provincia. et superior Lombardia vocetur. et teneat locum in choro dextro post provinciam Provincie. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. Bononiensis vero. Ungarie. Romane provincie. regni Cicilie. Polonie. Terre sancte. Grecie. Boemie. addatur. et superioris Lombardie. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum generalis et provincialis capituli. ubi dicitur. provincie Provincie. addatur. et Lombardie superioris. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur. tres autem fratres tantum mittantur Parisius de provincia ad studium. exceptis provinciis Hispanie. Tolosane provincie. addatur. Lombardie inferioris.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. provincie Provincie. addatur. Lombardie superioris. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. quilibet prior provincialis potestatem habeat mittendi duos fratres ad studium. exceptis provinciis Hispanie. Tolosane provincie. addatur. et Lombardie inferioris. Et in eodem capitulo. ubi dicitur. provincie Provincie. addatur. Lombardie superioris. Et hec habet ·ii· capitula.

Item. Approbamus hanc. quod provincia Theotonie dividatur. et dividimus eam in duas. ita quod Austria cum adiacentibus conventibus. Bavaria. Suevia. Franconia. renus. usque in Coloniam inclusive. cum Brabancia. sint una provincia. et nominetur provincia Theotonie. et teneat locum in dextro choro post Romanam provinciam. Myssna vero.

---

4) alias] provincias *add.* B. — 8) Parma] Sperma A1, 2. — 9) Gradensi] Grandensi A1, 2. — sint] sit B. — 10) vocetur] nominetur B. — 11) in choro dextro *om.* B. — 16) in capitulo *om.* B. — 20) item — capitula *om.* A2. — in capitulo *om.* B. — 26) hanc *om.* B. — 28) item — capitula *om.* A1, 2. — 36) sint] sit B. — 37) Myssna] Missya A1, 2, B.

Turingia. Assia. Saxonia. Marchia. Sclavania. Frisia. Vuestfalia. Celandia. Olandia ; sint alia provincia ; et provincia Saxonie nominetur. et teneat locum in sinistro choro immediate post Boemiam. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. et Aragonie. addatur. et Saxonie. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum capituli generalis et provincialis. ubi dicitur. et Lombardie superioris. addatur. et Saxonie. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur. inferioris Lombardie. addatur. et Saxonie. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. et superioris Lombardie. addatur. et Saxonie. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. post illud. ad tres antiquiores prioris provincialis secundum predictam formam confirmacio pertinebit. addatur. si autem magistrum ordinis mori. vel amoveri contigerit. antequam electio ad ipsum perveniat. vel antequam electum confirmet ; in hoc casu tantum ad vicarium ordinis confirmacio pertinebit. si vero post confirmacionem. antequam ad electum confirmacio ipsa perveniat. magistrum mori vel amoveri contigerit ; nichilominus suum electio sorciatur effectum. Et hec habet ·ii· capitula.

Iste sunt inchoaciones. Inchoamus hanc. In capitulo de graviori culpa. ubi dicitur. non notetur ad aliquod officium. nec ulla ei committatur obediencia. addatur. nec vocem habeat. nisi in sua accusacione.

Item hanc. In capitulo de apostatis. in fine capituli addatur. nec possint habere officium prioratus. subprioratus et lectoratus vel vicariatus sine magistri ordinis licencia speciali.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur. sex autem provincie. etc. deleatur. [sex]. et ponatur. quelibet autem provincia. exceptis Dacie. Grecie. Terre sancte. provideat ; ut semper in aliquo conventu ydoneo sit generale studium et solempne.

Iste sunt admoniciones. Volumus et mandamus. quod ordinaciones precedentis capituli Colonie celebrati. de magistris in theologia Parisius. actu regentibus. se non absentandis. et de bacallariis presentandis ; inviolabiliter observentur (1).

1) Assia] Archya A1, 2. — Sclavania] Flavia A1, 2. — Salavia B. — Westfalia] Vestalia A1, 2. — Celandia *om.* A2. — Celandia] Saulandia A1. — 2) Olandia] Colaudia A1, 2. — Ausadia B. — 3) post] iuxta B. — 4) et *om.* B. — 7) et *ante* Saxonie *om.* A1. — 9) inferioris] superioris B. — 11) item — capitula *om.* A2. — 13) prioris provincialis *om.* B. — 25) et *om.* B. — vel vicariatus *om.* A1, 2. — 28) etc. *om.* B. — ponatur] apponatur B. — 33) regentibus] legentibus B.

(1) Cf. supra pag. 305 l. 20 sqq. et p. 306 l. 1 sqq.

Item. Distincte iniungimus prioribus provincialibus. quod in conventibus tam de subpriore et lectore ac fratrum numero. formam constitucionis observent; et faciant diligencius observari. alioquin per magistrum ordinis acrius puniantur. Eadem districtione iniungimus. quod priores. subpriores et eorum vicarii. constitucionis formam de esu carnium; studeant exacta diligencia observare.

Item. Volumus et ordinamus. quod quilibet conventus securum habeat carcerem. nisi loci impediat notabilis arctitudo.

Item. Omnes literas et gracias a quibuscunque prelatis ordinis concessa de librorum. pecuniarum et rerum quarumlibet successione. que infra mensem a noticia ordinacionis huius. suum non sorcientur effectum; penitus revocamus.

Item. Districte inhibemus. ne studentes in generalibus studiis se occupent in beguinariis aut familiaritatibus notabilibus mulierum. sed intendant studio. ad quod sunt per suas provincias deputati. mandantes et iniungentes prioribus et subprioribus universis. necnon vicariis conventuum eorumdem. quod discurrendi vel declinandi ad loca huiusmodi licenciam non concedant. facientes contrarium severius puniendo.

Item. Ordinamus et volumus. quod quelibet provincia suo diffinitori. in eundo et redeundo ad generale capitulum. provideat in expensis. nichilominus tamen priores vel eorum vicarii eos charitative recipiant et pertractent. et ubi propter viarum pericula ipsis securus transitus non patebit; provideant de conductu. Diffinitores vero presentis capituli more solito deducantur.

Item. Declaramus et ordinamus. quod vicarii priorum provincialium fratres sibi commissos possint a fractione silencii in mensa absolvere; et penam super hoc impositam relaxare.

Item. Ordinamus et volumus. quod pro conservacione et bono statu ordinis dicatur in vesperis antiphona. Sancta dei genitrix. in matutinis vero; sub tuum presidium. cum versiculo. ora pro nobis. et collecta. protege domine famulos.

Item. Districte inhibemus prioribus et fratribus universis. ne novicium aliquem recipiant alterius provincie vel conventus; sine voluntate et consensu prioris provincialis vel conventualis loci illius. unde dictus novicius fuerit oriundus. locis exceptis; ubi viget studium generale.

Iste sunt absoluciones. Absolvimus priores provinciales Ungarie. Dacie. Terre sancte.

---

4) eadem] eciam *add.* B. — 5) formam] taxatam *add.* B. — 6) exacta diligencia] diligencius B. — 11) huius] huiusmodi B. — 14) aut] ac B. — notabilibus *om.* B. — 17) licenciam *om.* A1, 2. — 20) in expensis] de expensis B. — 21) vel] et B. — 23) vero] tamen B. — 24) deducantur] conducantur B. — 30) vero *om.* B. — presidium *om.* B. — 31) domine famulos *om.* B. — 34) loci *om.* B. — 35) ubi] in quibus A2. — 36) Dacie] et *add.* B.

Item. Priores conventuales ⁊ Mediolanensem. Paduanum. etc. Hii absoluti in eisdem provinciis vel conventibus. hoc anno. ad eadem officia nullatenus resumantur.

Iste sunt penitencie. Priori s. Petri martyris in Neapoli. qui diffinitorem Terre sancte noluit recipere debilem et infirmum ⁊ iniungimus ·v· dies in pane et aqua ·v· missas ·v· disciplinas.

Diffinitori Hyspanie et eius socio. qui nec venerunt nec miserunt excusacionem ad capitulum. imponimus eorum cuilibet ·vii· dies in pane et aqua. super quibus nec prior provincialis eorum nec conventualis cum eis valeat dispensare.

Item. Fratribus de Serluma (1) qui in die tractatus socium non fecerunt ⁊ cuilibet eorum absque dispensacione· iniungimus ·vii· dies in pane et aqua.

Item. Fratribus singulis. qui venerunt ad capitulum generale sine licencia magistri ordinis vel prioris provincialis Lombardie vel alicuius diffinitoris licencia ⁊ iniungimus ·vii· dies in pane et aqua indispensabiliter infra ·vii· septimanas proximas ieiunandos.

Privamus autem voce ad duos annos universos fratres et singulos. qui deinceps ad generale vel provinciale capitulum venire presumpserint ⁊ sine eius qui dare potest licencia speciali.

Ista sunt suffragia pro vivis.

Pro sanctissimo patre domino Bonifacio papa ·viii· et bono statu universalis ecclesie ⁊ quilibet sacerdos ·vi· missas. et quilibet conventus ·vi· missas. etc.

Summa pro vivis ⁊ quilibet sacerdos ·lx· et quilibet conventus ·xi·

Summa pro defunctis ⁊ quilibet sacerdos ·xv·

Committimus· magistro ordinis ordinacionem studii Parisiensis et aliorum studiorum generalium. ut ipse de magistris et bacallariis ordinet et disponat. sicut utilitati et promocioni studiorum viderit expedire.

Letania. more solito. adiuncto s. Bernardo in fine post confessores. et beata Martha post Magdalenam. in profestis diebus dicatur.

Item. Districte iniungimus prioribus provincialibus et eorum vicariis provinciarum inferius contentarum. videlicet. Francie. Theotonie.

---

1) item] absolvimus *add.* B. — Mediolanensem — resumantur] etc. B. — 4) martyris *om.* A2. — 6) missas ·V·] psalteria et totidem *add.* B. — 7) diffinitori] item diffinitori B. — 9) super] in B. — prior *om.* B. — nec conventualis *om.* B. — 11) item — ieiunandos *om.* B. — Serluma] Serulunia A2. — 14) ad capitulum generale *om.* B. — 15) provincialis] vel *add.* A2. — vel alicuius] aut alicuius B. — 16) diffinitoris] diffinitorum B. — 18) universos] omnes B. — 21) ista — sacerdos ·XV· *om.* B. — 23) ecclesie] et *add.* A2. — 31) post] Mariam *add.* B. — dicatur] dicant B. —

---

(1) Serluma: legendum esse arbitror Sulmona.

provincie Provincie. Anglie. Lombardie. Ungarie. ut de qualibet duas marcas argenti. Provincie vero Romane. regni Cicilie. Hyspanie. Aragonie. Polonie. Boemie. Grecie. Dacie? de qualibet unam marcam procuratori ordinis in Romana curia. infra sequens festum nativitatis domini? curent fideliter mittere. vel per securum nuncium assignare.

Sentencias iudicum approbamus.

Sequens capitulum generale assignamus apud Bisuncium in provincia Francie. ordinantes. quod diffinitores veniant ad locum capituli? dominica infra octavas ascensionis. Nullus autem frater alius. eciamsi licentiam habeat. locum capituli intret? ante ·vi· feriam vigiliam penthecostes precedentem.

De consilio diffinitorum precipit magister ordinis in virtute sancte obediencie fratribus universis. ut nullus frater ad curiam Romanam valeat accedere? sine eius licencia speciali.

Item. Districte iniungit eisdem. ut a scribendis incautis rumoribus? caveant diligenter.

Actis additae sunt litterae magistri ordinis; cf. app. n. LV.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

ACTA CAPITULI GENERALIS APUD BISUNCIUM CELEBRATI ANNO DOMINI · M°· CCC°· III°.

Confirmamus has constituciones. Primo hanc. quod provincia Provincie dividatur. et dividimus eam in duas. ita quod conventus Tholosanus. Carcassonensis. Appamiensis. Castrensis cum ceteris conventibus versus Lemovicam. Burdigalam et Baionam. cum monasteriis sororum interclusis? sint una provincia. et vocetur provincia Tholosana. et teneat primum locum in choro sinistro. Conventus vero Montispessulani. cum conventibus Narbonensi. Bitterensi. et tribus conventibus de dominio regis Maioricarum. et conventibus Amiliavi. Podiensi. Albenacii. Marologii. Alestensi. Nemausensi. et conventibus qui sunt ultra Rhodanum. cum monasteriis sororum interclusis. sint alia provincia. et provincia Provincie nominetur. et teneat locum in choro dextro post provinciam Aragonie. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. Parisiensis conventus? provincialibus Hyspanie. Provincie. deleatur. Provincie. et

1) de qualibet] quelibet B. — 2) Hyspanie *om.* A2. — 3) Dacie de qualibet] et Dacie quelibet B. — 5) curent] procurent B. — 8) ordinantes — precedentem *om.* B. — 13) fratribus universis *om.* B. — 15) districte *om.* B. — 29) Nemausensi] Lemovicensi B. — qui sunt *om.* B. — 30) Provincie *om* A1, 2.

dicatur. provincie Tholosane. Anglie. Dacie. Aragonie. provincie Provincie. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum capituli generalis et provincialis. ubi dicitur. Hyspanie. Provincie. deleatur. Provincie. et dicatur. Tholosane provincie. Francie. Lombardie. Romane provincie. regni Cicilie. Ungarie. Theutonie. Anglie. Grecie. Polonie. Dacie. Ierosolimitane provincie. Aragonie. Boemie. et provincie Provincie. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. In singulis ·xv· provinciarum capitulis. deleatur ·xv· et ponatur ·xviii. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. De capitulo generali. ubi dicitur. predicti ·xv· provinciarum diffinitores. duobus annis. et ·xv· provinciales etc. deleatur ·xv· et ponatur ·xviii· Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur. tres autem fratres mittantur tantum Parisius de provincia ad studium. addatur. exceptis provinciis. Hyspanie. Tholosane provincie. Polonie. Grecie. Terre sancte. Aragonie. Boemie. et provincie Provincie: de quarum qualibet duo tantum mittantur. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. quilibet prior provincialis potestatem habeat mittendi duos fratres ad studium. addatur. exceptis provinciis. Hyspanie. Tholosane provincie. Polonie. Grecie. Terre sancte. Aragonie. Boemie. et provincie Provincie. de quarum qualibet: possit mittere unum fratrem. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. provinciales igitur ·xiii· provinciarum. deleatur ·xiii· et dicatur ·xviii· Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. quod inter alios ·xiii· deleatur ·xiii· et dicatur ·xviii· Et hec habet ·iii· capitula.

Item confirmamus hanc. quod provincia Lombardie dividatur. et dividimus eam in duas. ita quod conventus omnes Marchie Anconitane et Romaniole cum Bononia. Mutina. Regio. Parma. et Ferraria. et omnes conventus patriarchatus Aquileiensis et Gradensis. excepto conventu Cumano: sint una provincia et vocetur Lombardia inferior. et teneat secundum locum in choro sinistro. iuxta provinciam Tholosanam. Omnes autem conventus de archiepiscopatu Mediolanensi et Ianuensi. cum conventibus Papiensi. Placentino. et Cumano: sint alia provincia. et Lom-

1) Aragonie] et *add.* B.— 9) item — capitula *om.* B.— 12) item — capitula *om.* A2.— 13) etc. *om.* B. — 14) ponatur] dicatur B. — 16) tantum *om.* B. — 18) et *om.* B. — 20) item — capitula *om.* B. — 25) item — capitula *om.* B. — 30) confirmamus *om.* B. — 32) et *ante* Romaniole *et* Ferraria *om.* B. — 33) patriarchatus] de patriarchatu B. — Gradensis] Grandensis A1, 2. — 36) cum] et B. — 37) sint] sit B.

bardia superior nominetur. et teneat locum in choro dextro post provinciam Provincie. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum generalis et provincialis capituli. ubi dicitur. provincie Provincieˀ addatur. et Lombardie superioris. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. Bononiensis veroˀ Ungarie. Romane provincie. regni Cicilie. Polonie. Terre sancte. Grecie. Boemieˀ addatur. et superioris Lombardie. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur. tres autem tantum fratres mittantur de provincia Parisius ad studium. exceptis provinciis Hyspanie. Tholosane provincie. addatur. et Lombardie inferioris. Et in eodem capitulo. ubi dicitur. provincie Provincie. addatur. Lombardie superioris. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In eodem capitulo. ubi dicitur. quod quilibet prior provincialis habeat potestatem mittendi duos fratres ad studium. exceptis provinciis Hyspanie. Tholosane provincie. addatur. Lombardie inferioris. Et in eodem capitulo. ubi dicitur. provincie Provincie. addatur. Lombardie superioris. Et hec habet ·iii· capitula.

Item. Confirmamus hanc. quod provincia Theutonie dividatur. et dividimus eam in duas. ita quod Austria cum adiacentibus conventibus. Bavaria. Svevia. Franconia. Renus usque in Coloniam inclusiveˀ cum Brabanciaˀ sint una provincia. et nominetur provincia Theotonie. et teneat locum in choro dextroˀ post Romanam provinciam. Mysna vero. Turingia. Assia. Saxonia. Marchia. Sclavania. Frisia. Gelandia (!) et Olandia. sint alia provincia. et provincia Saxonie nominetur. et teneat locum in sinistro choro immediate iuxta Boemiam. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione magistri. ubi dicitur. Aragonie et provincie Provincie. addatur. et Saxonie. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de electione diffinitorum generalis et provincialis capituli. ubi dicitur. Lombardie superioris. addatur. et Saxonie. Et hec habet ·iii· capitula.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur. inferioris Lombardieˀ addatur. et Saxonie. Et hec habet ·iii· capitula.

Item. In eodem capitulo. ubi dicitur. et superioris Lombardie. addatur. et Saxonie. Et hec habet ·iii· capitula.

---

3) in capitulo *om.* B. — 4) et *om.* B. — 6) item — capitula *om.* B. — 21) cum] et B. — 22) cum] et B. — 23) sint] sit B. — 25) Sclavania] Sclavia A1, 2, B. — Frisia] Frigia A1, 2. — Gelandia *om.* B. — Olandia] Orlandia B. — 26) sint] sit B. — 27) iuxta] post B. — 29) et prov. Provincie *om.* B. — 35) Saxonie] Theutonie A1, 2. — 36) item — capitula *om.* B.

Item hanc. In capitulo de electione prioris provincialis. post illud. ad tres antiquiores secundum predictam formam ? confirmacio pertinebit. addatur. Si autem magistrum ordinis mori vel amoveri contigerit ? antequam electio ad ipsum perveniat. vel antequam electionem confirmet. in hoc casu tantum ad vicarium ordinis ? confirmacio pertinebit. Si vero post confirmacionem. antequam ad electum confirmacio ipsa perveniat ? magistrum mori vel amoveri contigerit ? nichilominus confirmacio suum sorciatur effectum. Et hec habet ·iii· capitula.

Iste sunt approbaciones. Approbamus hanc. In capitulo de graviori culpa. ubi dicitur. non notetur ad aliquod officium. nec ulla ei committatur obediencia. addatur. nec vocem habeat nisi in sui accusacione. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de apostatis. in fine addatur. nec possit habere officium prioratus. subprioratus. lectoratus. sine magistri ordinis licencia speciali. Et hec habet ·ii· capitula.

Item hanc. In capitulo de studentibus. ubi dicitur. sex autem provincie. deleatur totum et dicatur. quelibet autem provincia exceptis provinciis Dacie. Grecie. Terre sancte. provideat. ut semper in aliquo conventu ydoneo sit generale studium et solempne. Et hec habet ·ii· capitula.

Iste sunt inchoaciones. Inchoamus has. In capitulo de silencio. ubi dicitur. prior tantum provincialis etc. deleatur totum usque ibi. si quid autem etc. et dicatur sic. prior tamen provincialis. absente magistro ordinis fratribus secum comedentibus in sua duntaxat provincia possit dare licenciam loquendi. in alia autem provincia tantum uni.

Item. In eodem capitulo. ubi dicitur. tunc ipse taceat. addatur. exceptis magistris in theologia (1).

Item hanc. In capitulo de electione prioris conventualis. ubi dicitur. que ad generale vel provinciale capitulum sunt mittenda. addatur. studentes vero. qui missi fuerint ad studia generalia aliarum provinciarum. excepto studio Parisiensi. vocem non habeant in electione prioris conventualis. nec in electione socii prioris conventualis. nec in electione electorum prioris provincialis. nec in tractatu eorum. que ad generale vel provinciale capitulum sunt mittenda.

10) ulla] ei *add.* B. — 14) subprioratus] vel *add.* B. — 17) provinciis *om.* B. — 18) provideat *om.* B. — 31) nec — conventualis *om.* A1, 2.

(1) Primum hoc loco occurrit clausula illa famosissima « exceptis magistris in theologia ». Exceptione enim, aetate ordinis aurea, magistri in theologia alia atque ceteri fratres doctrinam sacram vel artium profitentes non fruebantur. Cf. supra pag. 310 not. 3.

Iste sunt admoniciones et ordinaciones. Iniungimus districte et ordinamus inviolabiliter observari. quod in presentacione bacallariorum. et eorum expedicione? ille ordo servetur. qui hactenus extitit observatus. ita quod posterior in lectura sentenciarum? nullatenus preponatur. nec licenciam recipere. nec recepta uti valeat. nec in hoc possit usque ad generale capitulum per aliquem dispensari. Si quis autem contrarium. per se vel per alium fecerit. vel fieri procuraverit? magisterio in theologia perpetuo sit privatus. Precipimus autem in virtute sancte obediencie. quod nullus presentatum. vel presentandum pro magisterio in theologia secundum cursum ordinis consuetum? audeat per se vel per alium quomodolibet impedire.

Item. De consilio diffinitorum precipit magister ordinis in virtute sancte obediencie fratribus universis. ut nullus frater ad curiam Romanam audeat accedere. sine eius licencia speciali.

Item. Cum ex negligencia prelatorum. regulares observancie et ordinaciones capitulorum nimis notabiliter negligantur? iniungimus prioribus universis et vicariis eorumdem. quod circa observanciam predictorum. et punicionem transgressorum. curam adhibeant diligentem. qui autem circa premissa fuerint negligentes? per priores provinciales et visitatores debite puniantur.

Item. Ordinamus et volumus. quod quelibet provincia suo diffinitori et socio dato per capitulum. ac sociis eorumdem. in eundo et redeundo ad generale capitulum provideat de expensis. nichilominus tamen volumus. quod priores et eorum vicarii eos caritative recipiant et procurent. Et ubi propter viarum pericula ipsis securus transitus non patebit? provideant de conductu. Volumus autem et ordinamus. quod prior provincialis in suo provinciali capitulo cum diffinitoribus suis quolibet anno sufficientem taxacionem et solucionem faciant de predictis.

Item. Declaracionem factam in precedenti capitulo generali de dispensacione super fractione silencii mense per vicarios priorum provincialium? nolumus ulterius observari.

Item. Intendentes casibus dubiis et contingentibus obviare? volumus. quod priores provinciales de suis provinciis recedentes vices suas duobus aut pluribus successive committant. ita dumtaxat. quod si unum eorum mori contingeret? alter teneat vices eius.

Item. Volumus. quod memoria de beata virgine in vesperis et ma-

1) ordinamus] precipimus B. — 3) extitit observatus] consuevit observari B. — 4) ita *om.* B. — 6) ad] sequens *add.* B. — 13) ut] quod B. — 15) prelatorum *om.* B. — 17) eorumdem] eorum B. — 19) circa] contra B. — 28) sufficientem taxacionem] sufficientes taxaciones B. — 29) generali *om.* B. — 33) provinciales] dum *add.* A1, 2. — 36) et] in *add.* B.

tutinis. pro conservacione et bono statu ordinis dicatur. sicut in precedenti capitulo generali extitit ordinatum (1).

Item. Facimus visitatorem in provincia Boemie: fratrem Galterum Brugensem. de provincia Francie. dantes ei plenariam potestatem tam in capite quam in membris corrigendi. reformandi. puniendi. absolvendi. mutandi. et alia faciendi que premissis viderit expedire.

Item. Super quibusdam falso impositis fratri Hugoni priori provinciali Romane provincie. (2) et quibusdam aliis fratribus nostri ordinis ponimus vicarios et inquisitores fratrem Tolomeum priorem Lucanum (3) et fratrem Nycholaum Bramasii Perusinum. quondam provincialem regni Cicilie. dantes eisdem plenariam potestatem et committentes. quod in locis et conventibus opportunis inquirant super premissis plenariam veritatem. et quoscumque prelatos et subditos invenerint deliquisse. secundum exigenciam culparum sic acriter puniant: quod sint ceteris perpetuo in exemplum.

Item. Denunciamus esse voce privatos ad duos annos. iuxta ordinacionem capituli precedentis: omnes illos qui sine licencia venerunt ad presens capitulum generale. quam ordinacionem volumus eciam in posterum observari (4).

Item. Ordinamus. quod fratres conversi. qui transeunt ad statum clericalem: sint post omnes fratres illos clericos. quantum ad vocem et locum in electionibus et tractatibus: qui eos in statu precesserint clericali.

Iste sunt absoluciones.

Absolvimus priores provinciales regni Cicilie. Grecie. Lombardie. Provincie. Theutonie. Anglie. et provincialem Ungarie. quia erratum fuit circa decretum et confirmacionem ipsius.

Item. Absolvimus priores conventuales. Brugensem. Gracianopolitanum. Verdunensem. Lausanensem. Duacensem. Blesensem. Valencenensem. Iprensem. Divionensem. Poloniacensem. Ruppellensem. Gandensem. Andegavensem. etc. Hii autem absoluti in eisdem provinciis et conventibus: hoc anno nullatenus reassumantur.

---

1) dicatur] nostri fiat B. — 2) generali *om.* B. — 3) item — expedire *om.* B. — 10) Bramasii] Bramasim B. — 11) plenariam] plenam B. — et *om.* B. — 12) plenariam] plenam B. — 13) subditos] contra *add.* B. — 14) puniant] puniantur B. — 20) conversi *om.* B. — qui] cum B. — 21) illos] alios B. — 26) Anglie *om.* B. — 27) ipsius] eius B. — 28) item — duxerint concedendas *om.* B.

---

(1) Cf. supra pag. 315 l. 28 sqq.

(2) De fr. Hugone cf. Masetti l. c. pag. 246.

(3) De fr. Ptolomaeo cf. Denifle l. c. pag. 229, SSOP I, 541 sq.

(4) Cf. supra pag. 316 l. 18 sqq.

Instituimus vicarios in provincia Tolosana: fratrem Guillelmum Petri de Godino. nuper priorem provincialem (1). In provincia Provincie: fratrem Berengarium Alphandi (2). In provincia Lombardie inferioris: fr. Bertoldum nuper priorem provincialem. In provincia Lombardie superioris: fr. Guidonem de Quoquinate (3). In provincia Theutonie fr. Hugonem. nuper priorem provincialem. In provincia Saxonie fr. Galterum Erfordensem. quorum cuilibet committimus. quod sue provincie fratrum discretorum requisito consilio. provideat de loco et tempore magis apto pro provinciali capitulo celebrando. et diem statuat ad eligendum priorem provincialem futurum. Et ordinamus. quod si in aliquibus conventibus dictarum provinciarum tractatus foret iam factus eorum. que ad provinciale capitulum sunt mittenda: in sua maneat firmitate. et secundum fieri non oporteat in hac parte.

Volumus et ordinamus. quod fratres de provinciis divisis ad suas provincias. unde traxerunt originem. revertantur. et absolvimus illos. qui in officiis prioratus. subprioratus. lectoratus. vel in aliis erant ante.

Item. Instituimus vicarium in provincia Ungarie fr. Aymericum de Cassa.

Item. Ordinamus. quod vicarii provinciarum fratres ante suum capitulum de conventu ad conventum non mutent. sine causa racionabili et multum necessaria. que hoc requirat.

Ista sunt suffragia pro vivis.

Pro sanctissimo patre domino Bonifacio papa ·viii°· et bono statu universalis ecclesie: quilibet sacerdos ·vi· missas. et quilibet conventus ·vi· missas. etc.

Ista sunt suffragia pro defunctis.

Pro venerabili patre fr. Iohanne de Roma. quondam episcopo Bononiensi. nuper defuncto: quilibet sacerdos ·i· missam (4).

Pro qualibet missa superius posita: quilibet frater clericus non sacerdos ·vii· psalmos cum letania. et quilibet conversus ·c· pater noster cum totidem ave Maria: dicant.

Letania. more solito. adiunctis beato Bernardo in fine post confessores. et beata Martha post b. Mariam Magdalenam. in profestis diebus preterquam in diebus rogacionum dicatur.

---

4) superioris] inferioris A2.

---

(1) De fr. Guilermo Petri de Godino cf. Denifle l. c. p. 202.
(2) De fr. Berengario Alphandi cf. Douais l. c. indicem.
(3) De ffr. Bertoldo et Guidone cf. MOPH II, indices.
(4) De fr. Ioanne Savelli cf. Eubel l. c. pag. 144; Bull. Ord. II. 73, 74.

Committimus magistro ordinis ordinacionem studii Parisiensis et aliorum studiorum generalium. ut ipse de magistris et bacallariis ordinet et disponat. prout utilitati et promocioni [studii] viderit expedire.

Volumus et ordinamus. quod preter studium Parisiense et Oxoniense. in quolibet studio generali magister studencium quolibet anno in principio studii per priorem. subpriorem. lectorem. et sublectorem tantum vel per tres ex ipsis. si ·iiii^{or}· non concordaverint. vel si unus eorum presens non fuerit. hoc modo instituatur. incipiendo videlicet a provincia antiquiori. que iudicio predictorum habuerit studentem ydoneum et sufficientem pro dicto officio. tunc presentem. et sic per alias provincias. iuxta ordinem sue antiquitatis. que eorum iudicio studentes pro dicto magisterio habuerint ydoneos procedendo. ita quod provincia. que uno anno magisterium habuerit: habere non possit. quousque alie modo habuerint supradicto. Dictus vero magister studencium semel in anno tantum. cum uno studente in studio antiquiore de qualibet provincia. presente priore. vel eius vicario in absencia prioris: tractabit de lectore et sublectore petendis.

Item. Quia circa studentes secundum constituciones nostras sic dispensandum est. ne propter officium. vel aliud a studio retrahantur: volumus et declaramus. in quibus generaliter debeant occupari. scilicet. quod in omni festo simplici et supra: teneantur venire ad chorum ad omnes horas et missas conventuales. nisi tunc in scolis actus scolasticos exerceant.

Item. Omni tempore et omni die: venire ad completorium teneantur.

Item. Poterunt notari ad epdomadariam. lectiones et responsoria in choro.

Item. Ad serviendum in utraque mensa in refectorio. et ad lectionem mense.

Item. Ad sepulturas funerum. et ad missas sepeliendorum: teneantur interesse. nisi tunc in scolis actus scolasticos exercerent.

Item. Ubi est consuetum: in custodia cellarum valeant occupari.

Item. Volumus et ordinamus. quod a principio studii usque ad quadragesimam: provideatur studentibus de candelis.

Item. In aliis necessitatibus. sicut aliis fratribus conventualibus. communiter provideatur eisdem.

Item. Volumus et ordinamus. quod omnes studentes aliarum provinciarum quocumque modo assignati fuerint sive missi: eisdem libertatibus gaudeant pari passu.

Item. Studentes de provincia. ubi fuerit studium generale. illas libertates habeant de predictis: quas prior provincialis et diffinitores in suo capitulo provinciali eisdem studentibus duxerint concedendas.

Ad instanciam domini regis Cicilie: ponimus studium generale in conventu Neapolitano.

Item. Volumus et ordinamus. quod studia generalia remaneant in conventibus Bononiensi. Coloniensi. Barchinonensi. Montispessulani.

Item. Ordinamus. quod studentes. qui sunt in studiis generalibus provinciarum in presenti capitulo divisarum: remaneant ibidem. quousque per priores provinciales provinciarum divisarum ad suas provincias revocentur.

Item. Volumus et ordinamus. quod quelibet provincia ante unita: possit mittere ·iiiior. studentes ad studia generalia provinciarum divisarum.

Item. Omnibus fratribus. qui venerunt ad locum capituli ante diem determinatam: imponimus ·vii· dies in pane et aqua. exceptis tantum diffinitoribus. et sociis eorumdem.

Sequens capitulum generale assignamus apud Tolosam in provincia Tholosana. ordinantes. quod diffinitores veniant ad locum capituli dominica infra octavas ascensionis. Nullus autem. eciamsi licenciam habeat. locum capituli intret ante ·vi· feriam: vigiliam pentecostes precedentem.

Sentencias iudicum approbamus.

Lectiones sancti Ignacii martiris fuerunt posite in istis actis. Quere in breviario.

---

5) item — eorumdem *om.* B. — 16) ordinantes — approbamus *om.* B. — 21) lectiones — breviario *om.* B.

IMPRIMATUR

Fr. Albertus Lepidi Ord. Praed. S. P. A. Magister.

IMPRIMATUR

Franciscus Cassetta Patriarcha Antioch. Vicesg.

Monumenta Ordinis Fratrum Praedicatorum Historica.

Quorum monumentorum haec edita sunt:

Tomus primus: Fr. GERARDI DE FRACHETO, *Vitae Fratrum Ord. Praed.* ed. REICHERT 1896.

Tomus secundus fasc. I.: Fr. GALVAGNI DE LA FLAMMA, *Cronica Ordinis* ed. REICHERT 1897.

Tomus tertius: Acta capitulorum generalium Ord. Praed. ab anno 1220 ad annum 1303 ed. REICHERT 1898.

Sequentur:

Tomus quartus: Acta capitulorum generalium Ord. Praed. ab anno 1304 ad 1378 (sub prelo).

Tomus quintus: Litterae Encyclicae magistrorum generalium Ord. Praed. sec. XIII. et XIV. (appendix ad tomos III et IV).

Tomus sextus: Raymundiana seu Documenta quae pertinent ad S. Raymundi de Pennaforti Vitam et Scripta edd. BALME-PABAN (sub prelo).

Praeparantur praeterea:

THOMAS CANTIPRATANUS, *Liber qui dicitur Bonum universale de apibus* rec. REICHERT (tom. unicus).

GUILLELMUS DE TOCCO, *Vita S. Thomae Aquinatis* una cum *Actis canonisationis integris* rec. WEHOFER (tom. unicus).

B. IOHANNES DOMINICI *Lucula noctis* rec. MERKLE (tom. unicus).

Fontes ad historiam reformationis Ordinis in Germania pertinentes ed. REICHERT (tom. ca. tres).

Chartularium, kalendarium monasterii Zoffingensis Constantiae in Badenia edd. REICHERT-WEHOFER (tom. unicus).

Vitae primarum sororum Colmariensium de Subtilia ed. REICHERT (tom. unicus).

Chronik der Schwestern von Engelthal (tom. unicus).

Bullarium Ordinis Praedicatorum (*supplementum* continens acta ad provincias Germaniae pertinentia).

Quae volumina emere poteris:

ROMAE
IN DOMO GENERALITIA
10, via dicta « San Sebastiano », 10

STUTTGARDIAE
APUD JOS. ROTH BIBLIOPOLAM
33, via dicta « Kanzleistrasse », 33

Bibliotheca Ascetica Ordinis Praedicatorum Antiqua.

Rmi P. fr. Andreae **Frühwirth** Mag. Gen. iussu edita.

Veneunt volumina in domo generalitia, 10 via S. Sebastiano, Romae.

Vol. I. (fasc. 1, 2) **Brockhausen** fr. Conradi, *Idea Novitii Religiosi,* Pars I, II. rec. fr. Thomas M. Wehofer, Romae 1898.

Vol. II. **Brockhausen,** *Idea,* P. III, IV. (sub prelo).

Vol. III. **Preissig** fr. Henrici, *Recollectio Spiritus,* rec. fr. Thomas M. Wehofer, Romae 1897.

Vol. IV. **Brockhausen,** *Cursus Mensilis (meditationum)* (sub prelo).

Balme-Lelaider, *Cartulaire ou Histoire Diplomatique de Saint Dominique. Avec illustrations documentaires,* Vol. I. 1893, Vol. II, 1897, venit Bureau de l'Année Dominicaine, 94 Rue du Bac, Paris.

Chapotin, *Études Historiques sur la Province Dominicaine de France.* Paris 1890 apud Victor Lecoffre.

Douais, *Acta Capitulorum Provincialium Ordinis Fratrum Praedicatorum. Première Province de Provence, Province Romaine, Province d'Espagne (1239-1302).* Toulouse 1894. Apud Édouard Privat, 45 Rue des Tourneurs.

Fages, *Histoire de Saint Vincent Ferrier, Apôtre de l'Europe.* Tom. I, II. 1893, venit Bureau de l'Année Dominicaine.

Humberti de Romanis, *Opera de Vita Regulari,* edita curante fr. I. I. Berthier. Vol. I. 1888, II. 1889. Romae in domo generalitia, 10 via S. Sebastiano.

Date Due

[illegible]	9/15/69		
FACULTY			
FACULTY			
FACULTY			
OC 29 55			
[illegible]			
[illegible]			
[illegible]			
[illegible]			
[illegible]			
[illegible]			
[illegible]			
[illegible]			
[illegible]			
[illegible]			
[redacted]			